Circa praedicta aduertenda sunt duo. Primum est, quod haec interpretatio primae conclusionis, non est ficta aut noua, sed in corpore articuli in sinuata, vt patet diligenter ponderati quod importat dicere, quod vna existens extendit se, &c. & consideranti quod loquitur de vnitate specifica, quam constat per se vnun constituere. Per hoc enim manifeste excludit rudem interpretationem eorum, qui intelligunt theologiam comprehendere in se practicum & speculativum per modum aggregationis: iam enim non est vna nisi per aggregationem, & non sub vna ratione formali, sed duabus: & proprie non comprehendit sub se vtranque, vt in litera dicitur, sed componeretur ex vtroque. Et quorsum ratio de identitate scientiae Dei adducta esset in litera? Et vt omnis horum euacuetur fantasia, videant Sanctum Thomam secunda secundae quae. 45. art. 3. vbi expressè ponit sapientiam infusam esse altioris ordinis quod sit speculativum & practicum eadem ratione quam hic assumit: quia scilicet quantum est altior ratio, tanto ad plura se extendit vna existens. Et astringit alia ratio: quia scilicet hoc pertinet ad dignitatem: cum ergo ista scientia sit dignissima vt patebit, & habeat rationem vnam communem omnibus practicis & speculatiuis, & sit diuini ordinis: tenebris innotuit opus est eum, qui aliter interpretatur eam comprehendere vtranque, quam vt scientia altioris ordinis. Patet etiam idem ex calce praecedentis articuli: vbi expressè haec doctrina ad alias scientias proportionem habere dicitur, sicut sensus communis ad sensus proprios: & ideo non diuersificari ex differentiis obiectorum earum, vt potest altioris ordinis. Et tangitur vtraque ratio hic assignata, & ex parte vnus rationis formalis altioris: & ex parte imitationis diuinae scientiae: quia scilicet est impressio & sigillatio propria illius, quae est vna & simplex non per aggregationem omnium. Nec obstat comparatio subiuncta in secunda conclusione: quoniam cum hoc quod est eminenter vtranque, fiat quod sit formaliter vtranque, sicut sol est eminenter calefactiuus & exiccatus, & tamen formaliter. Et Deus est eminenter intelligens & volens & exequens, & tamen formaliter. Nec intendit aliud per illam comparationem, nisi quod scientia speculatiua magis accedit ad naturam theologiae quam practica, sicut si diceremus quod sensus communis magis habet de natura visus quam auditus, sensus esset, quod condiciones visus & sensus communis magis conueniunt quam condiciones auditus & sensus communis. Nec secus est in proposito. Nec etiam obstat si alicubi Sanctus Thomas dicit, quod est simpliciter speculatiua, & secundum quod practica: quoniam ratio dicti est, quia speculatiuum sonat differentiam perfectam scientiae, practicum verò minus perfectam: & condiciones speculatiuae magis conueniunt tam excellenti scientiae, quam condiciones practicae. Dicitur ergo speculatiua simpliciter, id est, sine additione aliqua, quia est formaliter speculatiua, eminenter tamen. Dicitur autem practica secundum quod, & non absolute, ne detur intelligi quod sit scientia imperfecta: quales sunt illae, quae absolute dicuntur practicae. Nec refert ad propositum, an ponatur habitus theologiae & vniuersaliter scientiae vnus propter simplicitatem qualitatis: an vnus propter vnitatem ordinis specierum intelligibilium: vtroque namque modo oportet altioris gradus esse vel ordinem vel qualitatem, quam sit ordo, aut qualitas

22. q. 66. a. 5. j. Et 1. prolo. artic. 1. Et 2. contra 6. 4. fin.

Incipit haec epistola, secundum nostrum declinatio ad finem illius, habetur to. 3.

4 a

itas constituit speculatiuam distinctam contra practicam & econuerso. Secundum est, quod ex hac positione manifeste apparet, quod nec ex eo quod condiciones scientiae speculatiuae, nec ex eo quod condiciones scientiae practicae conueniunt huic scientiae, potest inferri: ergo theologia est speculatiua: aut, ergo est practica, vt vna distinguit contra aliam, sed ergo est speculatiua, vel eminenter continens rationem speculatiuam: & similiter ergo est practica vel eminenter continens rationem practicae, & si militet, ergo est affectiua vel eminenter continens rationem affectiuae. Vnde rationes Scoti in prolo. quae. 4. ex distinctione scientiae practicae & ex obiecto huius scientiae: quia scilicet ex eo sumitur principia regulatissima, & humani modi, non concludunt ea esse practica. Sed si valeret, concludunt (vt dictum est) ea esse vel practica, vel eminenter continere rationem practicae. Et propterea, tu qui disputatiouis vacas, vtare & hac responsione, & distinctione illa de praecise & non praecise tali, puta regula operis seu speculati, &c. quod enim est praecise tale, est aut practicum aut speculativum, quod autem est tale, sed non praecise, est quid aliud, vt patet: ex dictis. Iuxta haec remanet questio specialis de praxi & practico seorsum habenda.

ARTICVLVS V. Vtrum sacra doctrina sit dignior alijs scientijs.

AD QUINTVM sic proceditur. Videretur quod sacra doctrina non sit dignior alijs scientijs. Certitudo enim pertinet ad dignitatem scientiae. Sed alijs scientijs de quarum principij dubitari non potest, videtur esse certiores sacra doctrina, cuius principia, scilicet articuli fidei dubitationem recipiunt. Alijs igitur scientijs videtur ista digniores.

Præterea, Inferioris scientiae est a superiori accipere, sicut Musicus ab Arithmetico, sed sacra doctrina accipit aliquid a philosophicis disciplinis. Dicit enim Hieronymus in epistola * ad magnū oratorem vrbis Romae, quod doctores antiqui tantum philosophorum doctrinis atque sententijs suos respererunt libros, vt nescias quid in illis prius admirari debeas, eruditionem seculi, an scientiam scripturarum. Ergo sacra doctrina est inferior alijs scientijs.

SED CONTRA est quod alijs scientijs dicuntur ancillae huius: Prouerbiarum nono, Misit ancillas suas vocare ad arcem.

RESPONDEO dicendum, quod cum ista scientia quantum ad aliquid sit speculatiua, & quantum ad aliqd sit practica: omnes alias transcedit tam speculatiuas quam practicas. Speculatiuarum enim scientiarum vna altera dignior dicitur, tum pp certitudinem, tum pp dignitatem materiam. Et quantum ad vtranque haec scientia alias speculatiuas scientias

Super Quaestio nis primae, Articulum quintum.

Titulus clarus. In corpore vna conclusio binembris, responsiva questio affirmatiue. Sacra doctrina est dignior secundum quod speculatiua omnibus speculatiuis, & secundum quod practica omnibus practicis.

Antequam probetur conclusio, aduerte quare in conclusione ponantur illae specificationes, scilicet secundum quod speculatiua, secundum quod practica: non enim frustra hoc actum est. Sed vt ex precedenti articulo patet, ista doctrina habet in se duo. Primum est, quod est scientia altioris ordinis quam sint scientiae physicae. Secundum est, quod continet condiciones speculatiuae & practicae formaliter. Ratione primi non est dubium quin sit dignior ceteris, cum ponatur altioris ordinis. Sed quod ad secundum poterat dubitari: & propterea licet in titulo fuerit questio absolute, in responsione deuentum est ad id quod poterat sub dubio cadere. Et responsum est, quod ipsa in quantum speculatiua, est dignior speculatiuis: & in quantum practica, practicis: omisso illo liquido quod absolute est omnium dignissima, quia altioris ordinis.

Probatur ergo primo quod ad primam partem. Inter speculatiuas dignior est vna altera propter certitudinem & dignitatem materiam, ex primo de anima: hoc excellit quod ad vtranque: ergo. Probatur minor quod ad primam partem: haec est certa lu-

mine diuino infallibili, alia lumine humano fallibili: ergo ista est certior. Intellige secundum se, non nobis, vt patet ex responsione ad primum. Quod ad secundam verò, haec est de excedentibus rationem humanam, alia de subditis rationi humanae: ergo ista est de dignioribus. Fundatur haec ratio super illud secundi Meta. Sicut oculus noctue ad lumen solis, &c. inde siquidem habetur quod excederet vim intellectus nocturi sunt manifestissimi ma in se ac lucidissimi: ac per hoc propriae rationes substantiarum intellectiuarum, quae remanent occultae propter excellentiam earum, sunt digniores illis earum dem conditionibus, quas ex sensibilibus abstrahere possumus in metaphysica, &c. & ideo cum de huiusmodi excedentibus sit ista scientia, sequitur quod sit de dignioribus, non rebus, quia nulla res Deo est dignior, sed rerum conditionibus. Secunda autem conclusio raris probatur. Practicarum illa dignior, quae ad vltiorem finem ordinatur, sicut ciuili militari. Nam bonum exercitus ad bonum ciuitatis ordinatur. Finis autem huius doctrinae in quantum est practica, est beatitudo aeterna, ad quam sicut ad vltimum finem ordinantur omnes alij fines scientiarum practicarum. Vnde manifestum est secundum omnem modum eam digniorem esse alijs.

SECUNDUM certitudinem quidem: quia aliae scientiae certitudinem habent ex naturali lumine rationis humanae, quae potest errare: haec autem certitudinem habet ex lumine diuinae scientiae, quae decipi non potest. Secundum dignitatem verò materiae: quia ista scientia est principaliter de his quae sua altitudine rationem transcendent. Aliae verò scientiae considerant eam quae rationi subduntur. Practicarum verò scientiarum illa dignior est, quae ad vltiorem finem ordinatur, sicut ciuili militari. Nam bonum exercitus ad bonum ciuitatis ordinatur. Finis autem huius doctrinae in quantum est practica, est beatitudo aeterna, ad quam sicut ad vltimum finem ordinantur omnes alij fines scientiarum practicarum. Vnde manifestum est secundum omnem modum eam digniorem esse alijs.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod nihil prohibet id, quod est certius secundum naturam, esse quoad nos minus certum propter debilitatem intellectus nostri: qui se habet ad manifestissima naturae sicut oculus noctuae ad lumen solis, sicut dicitur in secundo Meta. Vnde dubitatio quae accidit in aliquibus circa articulos fidei, non est propter incertitudinem rei, sed propter debilitatem intellectus humani: et tamen minimus, quod potest haberi de cognitione rerum altissimarum, desiderabilis est quam certissima cognitio, quae habetur de minimis rebus, vt dicitur in vndecimo de animalibus. *

AD SECUNDVM dicendum, quod haec scientia accipere potest

Aduerte hic, quod maior intelligit non absolute vt iacet, sed de practicis subordinatis: quoniam non est verum inter practicas disparatas digniores esse, quae ad vltiorem finem non ordinatur. Dignius namque est ministrare superioris ordinis arti, puta aurifici, quam principari in arte inferioris ordinis, puta figuli: sed inter

practicas, quarum vna subordinatur alteri, proculdubio maior est vera: & propterea in litera non subsumptum est absolute, quod theologiae finis non subordinatur ad alterum, sed subsumpta sunt duo: & quod omnes aliae practicae subordinantur illi, dicendo, illae fines aliarum scientiarum practicarum ordinantur ad finem istius: & quod finis istius est vltimus, &c. Sic enim perfecta est ratio, omni exclusa calumnia. Sed memento hinc primo illius distinctionis finis: scilicet in finem rationis operandi, seu rei operatae: & in finem operantis: quoniam beatitudo aeterna non est finis vltimus omnium operantium, cum multi operentur contra illam ad virtute recedendo, secundum artes tamen recte operando: sed est finis omnium rationum operandi, & omnium rerum operatarum: quoniam omnia ordinantur ad bonum rationis, quod tandem ordinatur in beatitudinem aeternam: & ideo in litera caute dicitur, quod fines aliarum scientiarum: & non dicitur, fines scientiarum ordinantur ad beatitudinem aeternam. Memento secundò alterius distinctionis: scilicet finis intrinseci & extrinseci: & intellige quod finis extrinsecus theologiae in quantum practica, est beatitudo, quae est vltimus finis, id est, visio Dei, licet finis intrinsecus eius vt sic, sit operari. Nec hoc obstat efficaciam rationis in litera factae, quae de fine intrinseco

*art. praecedenti.

D. 1155

1. Mat. to. 62.

*Lib. 1. de partibus animalium c. 9. to. 4.

Intrinsicco practicarum scientiarum loquitur: quoniam litera loquitur de sine proximo...

D. 603

D. 1113

6. a. prolo. art. 3. Et 2. prolo. princ. Et 1. cōtra. ca. 4. fin.

*Lib. 1. cap. 2. tom. 3.

*artic. 2. huius quaest.

*6. ethic. c. 7. Paulo a principio tom. 5.

aliquid a philosophicis disciplinis, non quod ex necessitate eis indigeat, sed ad maiorem manifestationem eorum...

ARTICVLVS VI.

Vtrum haec doctrina sit sapientia.

AD SEPTIMUM sic proceditur. Videtur quod haec doctrina non sit sapientia. Nulla enim doctrina...

¶ 2. Præterea, ad sapientiam pertinet probare principia aliarum scientiarum...

¶ 3. Præterea, haec doctrina per studium acquiritur, sapientia autem...

¶ Et aduertit quod ly simpliciter determinat sapientiam humanam...

¶ Probatur. Sacra doctrina determinat propriissime de Deo secundum quod est altissima causa...

¶ Circa antecedens & eius probationem nota, quod ea, quae nobis naturaliter occulta sunt de Deo, quoniam secundum huiusmodi propria habentur...

sum est assumptum: quoniam, vt sequenti patet articulo, Deus in quantum Deus, est subiectum eius...

¶ Sed contra est, quod dicitur Deut. 4. 1. Hæc est nostra sapientia & intellectus coram populis.

RESPONDEO. Dicendum quod hæc doctrina maxime sapientia est inter omnes sapientias humanas...

¶ Et rursum in genere totius humanæ vitæ prudens sapiens dicitur, in quantum ordinat humanos actus ad debitum finem...

¶ In corpore vna conclusio est responsiva quaesito affirmatiue. Sacra doctrina est maxime sapientia inter omnes sapientias humanas...

¶ In corpore duo ponuntur, primo conclusio ratiua quaesito affirmatiue: secundo referunt aliorum dicta...

¶ Super quaestiones primae articulum septimum.

Lib. 2. dñi parum apud capio tom.

a. 111

Super Quaestiones primae articulum septimum.

In titulo nota terminum vtrumque, ly subiectum stat p subiecto formali, & ly Deus, tenetur formaliter, id est, in quantum Deus...

¶ Consequencia autem probatur: iudicium de inferioribus habetur per causam aliorum...

¶ Tertio vt naturaliter mansuetum: & sic concipitur per accidens: quia esse mansuetum est accidens seu passio hominis...

¶ Ad tertium dicendum, quod iudiciū ad sapientem pertinet secundum duplicem modum iudicandi...

¶ Consideratur namque in huiusmodi Deus vt stat sub conceptu communi, & relatio aut negatio, vt patet. Ante omnes autem hos modos...

¶ In corpore duo ponuntur, primo conclusio ratiua quaesito affirmatiue: secundo referunt aliorum dicta, quod ad primum conclusio est: Deus est subiectum huius scientiæ...

¶ Circa probationem primæ consequentiæ, aduerte quod illa propositio assumpta: sicut obiectum ad potentiam, ita subiectum ad scientiam...

¶ Circa probationem primæ consequentiæ, aduerte quod illa propositio assumpta: sicut obiectum ad potentiam, ita subiectum ad scientiam...

¶ Super quaestiones primae articulum septimum.

ita quod sicut ratio formalis obiecti potentie est ea, qua omnia referuntur ad illam potentiam, ita ratio formalis subiecti scientie est illa, ratione cuius omnia considerantur in illa scientia...

¶ sunt secundum virtutem agenda in quantum ad illa inclinatur. Vnde & in 10. * Ethic. dicitur, quod virtuosus est mensura & regula actuum humanorum...

ARTICVLVS VII.

Vtrum Deus sit subiectum huius scientiæ.

AD SEPTIMUM sic proceditur. Videtur quod Deus non sit subiectum huius scientiæ. In qualibet enim scientia oportet supponere de subiecto quid est, secundum Philosophum in primo posteriorum...

¶ Præterea, Omnia quæ determinantur in aliqua scientia, communiter assignantur...

¶ Circa probationem assumptam in probatione secundæ consequentiæ, scilicet omnia considerantur in hac scientia sub ratione Dei...

¶ Ad primum horum neganda est consequentia propter duplicem rationem. Prima est, quia theologia siue nostra siue beata, est scientia inadaequata subiecto...

¶ Circa probationem primæ consequentiæ, aduerte quod illa propositio assumpta: sicut obiectum ad potentiam, ita subiectum ad scientiam, non est opus quod currat quo ad omnia...

¶ Super quaestiones primae articulum septimum.

Lib. 10. Ethic. cap. 5. parum ante finem & lib. 3. cap. 4. tom. 5.

Cap. 2. parte 1. in fine.

7. 1. Prolo. art. 4. Et 5. Metaph. le. 6.

*No procula prin. li. 10. r.

Lib. 3. de orthod. fide ca. 24.

ma tamen responsio est ad literam.

Subiecto formali per rationem formalem illius ut res est: Deus. n. et si ex ratione deitatis sit infinite cognoscibilis: tamen Deus ut Deus sub participato lumine gloriæ, est cognoscibilis infra certum limitem. Responsum singulorum, & similiter sub participatione luminis gratiæ est cognoscibilis secundum certos fines, &c. & ideo ad verificandam illam conditionalem oportet ad...

θεολογία
λ' ο' γ' ο' ε' π' ε' ρ' ε'
δ' α' β' ε' ο' υ' ρ' .
379
D. 1154

prehenduntur sub subiecto illius scientiæ: sed in sacra scriptura determinatur de multis alijs quam de Deo, puta de creaturis & de moribus hominum: ergo Deus non est subiectum huius scientiæ.

SED CONTRA, illud est subiectum scientiæ, de quo est sermo in scientia: sed in hac scientia fit sermo de Deo (dicitur enim Theologia quasi sermo de Deo) ergo Deus est subiectum huius scientiæ.

RESPONDEO, dicendum, quod Deus est subiectum huius scientiæ. Sic enim se habet subiectum ad scientiam, sicut obiectum ad potentiam vel habitum: proprie autem illud assignatur obiectum alicuius potentie vel habitus, sub cuius ratione omnia referuntur ad potentiam vel habitum. sicut homo & lapis referuntur ad visum in quantum sunt colorata: unde coloratum est proprium obiectum visus. Omnia autem pertractantur in sacra doctrina sub ratione Dei, vel quia sunt ipse Deus: vel quia habent ordinem ad Deum, ut ad principium & finem: unde sequitur quod Deus vere sit subiectum huius scientiæ.

Quod etiam manifestum sit ex principio, in quo salutaris hæc conditio. hic autem assertive determinavit: quod etiam ex tunc inchoauerat: quoniam & ibi dicit, quod omnia considerantur in hac scientia sub ratione Dei: Quare hoc est simpliciter tenendum: illud vero tanquam opinabile audiendum.

Secunda ratio ad conclusionem est hæc, idem est subiectum principiorum, & totius scientiæ: Deus est subiectum principiorum huius scientiæ: ergo Deus est subiectum totius scientiæ. Maior probatur, quia tota scientia virtualiter continetur in principijs. Minor vero, quia Deus est subiectum articulo-rum fidei.

Circa propositionem assumptam ad probandum maiorem, scilicet, tota scientia virtute continetur in principijs, dubium occurrit: quoniam aduersari videtur doctrinæ Sancti Thomæ. Nam sequitur, tota scientia virtualiter continetur in principijs: ergo in subiecto principiorum: ergo in subiecto scientiæ: ergo duarum specierum disparatarum, imo generis & speciei secundum propriam singulis non potest esse scientia vna secundum speciem specialissimam: hoc est falsum apud Sanctum Thomam: quoniam scientia de triangulo, & quadrato, & figura, &c. non solum secundum communia, sed secundum propria singulis vnus est speciei: ut patet in prima secundæ: & in primo Posteriorum: ergo. Prima consequentia patet, quia principia conscribuntur ex subiecti ratione. Secunda etiam patet: quia idem est subiectum principiorum, & scientiæ. Tertia autem, quia scientia vnus speciei omnino disparata, quo ad propria, non continetur virtualiter in alia specie, nec in generis ratione, ut sic: sicut nec passiones vnus speciei continentur virtualiter in alia, nec in ratione generis, ut patet.

Ad hanc obiectionem oportet respondere, non solum ad hominem, sed simpliciter: quoniam ista virtualis continentia ingerit dubium, non solum quia posita est hic in litera, sed simpliciter. Unde Scotus in Prologo questio. 3. tenens, quod virtualis continentia omnium veritatum pertinentium ad aliquam scientiam, est conditio constituens rationem subiecti formalis in scientia, obiectioni præfate consentit, concedens verum esse id, ad quod ratio deducit, quodque reputamus falsum. Sciendum

est igitur, quod duplex est de huiusmodi continentia opinio. Scotus namque putat subiectum scientiæ oportere continere præmo virtualiter ut causam sufficientem omnes veritates pertinentes ad talem scientiam: & probat hoc dupliciter. Primo, quia continet propositiones immediatas, quæ sunt principia virtualiter continentia totam scientiam. Patet hoc, quia propositiones immediate predicatarum continentur in subiecto: subiectum autem est subiectum scientiæ: ergo. Secundo, quia subiectum est adæquate causa habitus: ergo continet primo virtualiter totum ipsum: ergo omnes illius veritates. Et secundum hanc opinionem totæ sunt scientiæ secundum speciem, quæ sunt non solum species rerum omnino disparata: quod dico propter species subordinatas, puta subiectum & passionem: sed etiam quod sunt rationes formales rerum: quarum vnus non continetur virtualiter in alia: & sic alia est scientia de animalibus ut sic, ad quam spectat considerare proprias animalis passiones tantum: quoniam solum ipse virtualiter in animalibus clauduntur: & alia de bove in quantum bos, & alia de leone in quantum leo, &c. Sanctus Thomas vero tenens scientias separari non solum quæ separantur absolute, sed prout sunt scibiles: tenet, quod subiectum formale scientiæ exigit duas conditiones, ut ex litera habetur. Prima est, quod ratione ipsius, omnia attingant ab illa scientia. Secunda, quod virtualiter continuat totam scientiam: non ut causam in seipso sufficientem, ut Scotus voluit, sed in seipso quidem sumptum sufficientem, ut causa prima, id est, in suo ordine, & non simpliciter. Sumptum autem, & in se, & participantibus ipsum, aut quomodolibet attributis ad ipsum sit sufficientem simpliciter. vocatur autem causa simpliciter sufficientem illa, quæ primo, id est, adæquate est causa alicuius, ut subiectum propriæ passionis, siue immediate, siue mediante aliqua prioris passionis. Causa autem sufficientem in suo ordine, quæ licet sola non sufficiat ad effectum, in suo tamen ordine completa, & totalis causa est: ut sol est causa fortis. Et hoc modo, principia prima alicuius scientiæ continent virtualiter omnes veritates illius, scilicet ut primæ propositiones: non enim ex primis propositionibus solis immediate, ut patet, neque mediantibus tantum his, quæ totaliter ex illis pendunt, omnes veritates sciuntur, sed ex illis ut primis, & alijs ut secundis, ac proximis causis conclusiones multæ sciuntur. Et hoc clarius patet in ipsis passionibus, quæ demonstrantur in scientia enim de numero, non oportet omnes passiones scibiles eadem scientia contineri virtualiter in numero primo, id est, adæquate & sufficienter, loquendo de numero in seipso: quoniam sic nec passiones binariæ, nec trinariæ sciuntur ibidem, ut patet: sed bene oportet numerum in se continere virtualiter omnes passiones huiusmodi, ut primam radicem earum: ut distinctum autem, & participatum in binario, & trinario, &c. oportet omnium passionum subiectum esse primum, id est, adæquatum. Ac per hoc principia talis scientiæ, quæ habent numerum pro subiecto, continent virtualiter omnes veritates, ut primæ causæ. Nec oportet, quod sufficientiant ad inferendas omnes conclusiones, nisi adiuncta propositionibus, quarum subiectum sit binarius, aut trinarius, &c. ut causis proximis: quemadmodum nec numerus in se causa est sufficientem ad passiones binariæ, sed ut prima radix earum: & hoc in eo quod scibiles, id est, in quantum sunt in tali specie scibiles: quicquid

quicquid sit inesse naturæ. Et secundum hanc viam manifestum est, quod eandem scientiam secundum speciem, contingit esse de genere, & multis speciebus secundum singulorum propria. Et si queratur, quis ergo erit limes scibilibus in vna scientia? Tam patet responso ex dictis: limitantur namque scientiæ secundum species scibilibus ut sic, & non secundum species rerum. Et ideo totæ species, & genera rerum sub vna possunt comprehendi scientia, quot comprehendit contingit sub vna specie scibilibus. Et ideo illa ratio formalis rerum, quæ primo fundat illam speciem scibilem, id est, cui prius cõuenit in ille modo abstractio-nis, vel distinctionis, vel cognitionis, qui constituit illam speciem scibilem, est ratio formalis subiecti in illa scientia: & est prima radix omnium pertinentium ad illam scientiam ut sic. Quod autem continentia virtualis talis, ut declarata est, sufficit ad subiectum, & principia scientiæ, patet ex processibus scientiarum, tam in Mathematicis, quam in naturalibus. Vtrobique namque multarum specierum passiones proprie traduntur, puta trianguli & quadranguli: quas impossibile est adæquate contineri in subiecto geometriæ, ut patet.

Ad primam ergo Scoti rationem iam dictam vero ex eodem fundamento dicitur, quod subiectum habitus continere virtualiter totum habitum; potest dupliciter intelligi: vno modo, accipiendo subiectum in seipso, alio modo, ut inuentum in alijs per se participatibus quòlibet ipsum. Et sic continere virtualiter dupliciter. Adæquate, & ut primam causam. Subiectum in seipso continet virtualiter, ut prima causa totum habitum, & non partem. sicut sol continet virtualiter totum hominem, & non partem: ut prima tamen sui superior causa. Subiectum autem in se, & in participantibus, continet virtualiter, & adæquate, ut tota causa totum habitum. Et sic patet ad dubium, & simpliciter, & ad hominem.

Quo ad secundum, referuntur tres aliorum assignationes. Prima est Magistri sententiarum. Secunda Hugonis de Sancto Victore. Tertia est Linconiensis.

Sed aduerte modestiam authoris, quoniam primo excusando illos dicit, quod attenderunt ad materiam, quasi diceret, quod non intendebant assignare subiectum formale. secundo omnia supradicta reducit ad subiectum formale a se assignatum, dicens omnia hæc tractari in ordine ad Deum.

Colligitur ex illo super topica Cicero nis lib. 6. non prouol a sine illius. *Homil. 26. in euag. in prin. illius.

8
1. prol. art. 5.
Et Boet. trin.
q. 5. art. 7.
Et 1. cõtra. c.
3. & 8.
2. Lib. 1. de fi-
de ca. 5. non
longe a fine
sententia.

Colligitur ex illo super topica Cicero nis lib. 6. non prouol a sine illius. *Homil. 26. in euag. in prin. illius.

D. 603

quicquid sit inesse naturæ. Et secundum hanc viam manifestum est, quod eandem scientiam secundum speciem, contingit esse de genere, & multis speciebus secundum singulorum propria. Et si queratur, quis ergo erit limes scibilibus in vna scientia? Tam patet responso ex dictis: limitantur namque scientiæ secundum species scibilibus ut sic, & non secundum species rerum. Et ideo totæ species, & genera rerum sub vna possunt comprehendi scientia, quot comprehendit contingit sub vna specie scibilibus. Et ideo illa ratio formalis rerum, quæ primo fundat illam speciem scibilem, id est, cui prius cõuenit in ille modo abstractio-nis, vel distinctionis, vel cognitionis, qui constituit illam speciem scibilem, est ratio formalis subiecti in illa scientia: & est prima radix omnium pertinentium ad illam scientiam ut sic. Quod autem continentia virtualis talis, ut declarata est, sufficit ad subiectum, & principia scientiæ, patet ex processibus scientiarum, tam in Mathematicis, quam in naturalibus. Vtrobique namque multarum specierum passiones proprie traduntur, puta trianguli & quadranguli: quas impossibile est adæquate contineri in subiecto geometriæ, ut patet.

ARTICVLVS VIII.
Vtrū hæc doctrina sit argumentatiua.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quod hæc doctrina non sit argumentatiua. dicit enim Ambrosius in libr. 1. de fide cat. * Tolle argumenta vbi fides queritur. Sed in hac doctrina præcipue fides queritur: unde dicitur Ioannis vigesimo, Hæc scripta sunt ut credatis. Ergo sacra doctrina non est argumentatiua.

2. Præterea, si sit argumentatiua, aut argumentatur ex autoritate, aut ex ratione. Si ex autoritate, non videtur hoc congruere eius dignitati (nam locus ab autoritate est infirmissimus secundum Boet.) * Si etiam ex ratione, hoc non congruit eius fini: quia secundum Gregorium in homilia, fides non habet meritum, vbi humana ratio præbet experimentum. Ergo sacra doctrina non est argumentatiua.

SED CONTRA est quod dicitur ad Tit. 1. de episcopo amplectente eum, qui secundum doctrinam est fidelem sermonem, ut potens sit exortari in doctrina sana & eos qui contradicunt arguere.

RESPONDEO, dicendum, quod sicut alię scientię non argumentantur ad sua principia probanda, sed ex principijs argumentantur ad ostendendum alia in ipsis scientijs: ita hæc doctrina non argumentatur ad sua principia probanda, quæ sunt articuli fidei: sed ex eis procedit ad aliquid ostendendum, sicut Apostolus primæ ad Corinth. 15. ex resurrectione Christi argumentatur ad resurrectionem communem probandam. Sed tamen considerandum est in scientijs philosophicis, quod inferiores scientiæ, nec probant sua principia, nec contra negantem principia disputant, sed hoc

rationes solubiles. Tenet sequela: quia hæc doctrina innititur infallibili veritati.

IN titulo argumentatiua, id est, probatiua eorum, quæ docet, an non, sed forte simpliciter proponit, ut Scotus dicit contra articulum secundum.

relinquunt superiori scientiæ, supra vero inter eas, scilicet Metaphysica, disputat contra negatē sua principia, si aduersarius aliquid concedit: si autem nihil concedit, non potest cum eo disputare; potest tamen soluere rationes ipsius. Unde sacra scriptura, cum non habeat superiorem, disputat cum negatē sua principia, argumentando quidem, si aduersarius aliquid concedat eorum, quæ per diuinam reuelationem habentur: sicut per autoritates sacre doctrinæ disputamus contra Hereticos: & per vnum articulum contra negantes alium. Si vero aduersarius nihil credat eorum, quæ diuinitus reuelantur: non remanet amplius via ad probandum articulos fidei per rationes, sed ad soluendum rationes, si quas inducit, contra fidem. Cum enim fides infallibili veritati innitatur, impossibile autem sit de vero demonstrari contrarium, manifestum est probationes, quæ contra fidem inducuntur, non esse demonstrationes, sed solubilia argumenta.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod licet argumenta rationis humanæ non habeant locum ad probandum, quæ fidei sunt, tamen ex articulis fidei hæc doctrina ad alia argumentatur, ut dictum est.

AD SECVDVM dicendum, quod argumentari ex autoritate est maxime proprium huius doctrinæ, eo quod principia huius doctrinæ, eo quod principia huius doctrinæ, per reuelationem habentur. Et sic oportet quod credatur auctoritati eorum, quibus reuelatio facta est. Nec hoc derogat dignitati huius doctrinæ: nam licet locus ab auctoritate, quæ fundatur super ratione humanæ, sit infirmissimus; locus tamen ab auctoritate, quæ fundatur super reuelatione diuina, est efficacissimus. Vtitur tamē sacra doctrina rationibus solubilibus.

Circa tertiam conclusionem aduerte, quod theologum posse soluere rationes Philosophorum contra ea quæ sunt fidei, contingit dupliciter. Vno modo ex creditis. ut puta, si dicenti, quod omnis vna res numero est vna hypostaticæ: respondet, Nego, quia Deus est trinus. Et sic theologalis solutio non soluit nisi credendo. Alio modo ex propositionibus scitis simpliciter, vel quo ad hoc. ut puta si responderet, Nego in re infinita: non quia sciat eius contradictoriam, scilicet, res infinita est plures hypostaticæ, sed quia scit negatiue nullum haberi efficac medium ad illam probandum. Et dicitur scire negatiue, quando nullo medio cogitur intellectus. Et sic theologus soluit ex scitis quo ad hoc. Quandoque autem ex scitis simpliciter: ut si soluat rationem contra accidentia in Sacramento altaris: quia accidentia

Colligitur ex illo super topica Cicero nis lib. 6. non prouol a sine illius. *Homil. 26. in euag. in prin. illius.

Colligitur ex illo super topica Cicero nis lib. 6. non prouol a sine illius. *Homil. 26. in euag. in prin. illius.

eidentis esse non est inesse actualiter, sed aptitudinaliter. In proposito, literam hanc intelligo de solutione theologali secundo modo. Et si insecetur, quia huiusmodi solutio non est theologica, ut theologus est quia non ex principiis theologiae: negetur assumptum: quoniam theologica, non solum gaudet propriis, sed etiam facit de extraneis propria, dum ad defensionem suam aliarum scientiarum propositionibus utitur propter nos, ut in articulo quinto, ad secundum tactum est. Et quavis pura theologalia oporteat ex principiis manare theologalibus: theologalia tamen ministerialiter non oportet, sed fati eis servire. Sic autem theologales sunt huiusmodi solutiones. Vnde minus bene videtur sentire, qui solvere theologice tribuit, non nisi ex aliqua propositione creata. Et decepti sunt: quia non discreverunt inter solutionis, & probationis naturas. Probatio namque est ex evidentibus, solutio autem est etiam ex his, quae non apparent esse falsa, dato quod non scientur esse vera. Et propterea theologus potest semper solvere, nunquam contra intellectum ab aliqua propositione contraria his, quae sunt fidei quamvis eorum falsitate non videat. Circa probationem tertia conclusionis, scito, quod aliud est scire omnes rationes contra fidem esse solubiles: & aliud est scire solvere eas. Primum probatur in litera, & probatio assumitur vnam propositionem creditam, scilicet, haec doctrina inniti veritati infallibilis: & propterea conclusio haec non nobis hic evidens est. Secundum vero in actu exercitio consistit, & liber contra gentes, his plenus est. Et quoniam solutio (ut dictum est & experimur) non requirit evidentiam: non aliter possunt intellectus: & hoc in ipso exercitio solutionis conuincitur, dum ratio cogens non adest: ideo scire solvere, seu solvere contraria huius doctrinae non est credere, aut ex credere, nisi occasionaliter: quoniam ex hoc quod credimus applicamus intellectum ad inueniendum defectus rationum, & propositionum contrarium. Et hanc distinctionem bene nota: quia in aduertentia eius forte quosdam in hac litera errare permisit.

In responsione ad secundum nota. 4. enumerata, scilicet, auctoritates sacrae scripturae, auctoritates sanctorum doctorum, rationes humanas, & auctoritates philosophorum. Et ex primis quidem doctrina haec procedere dicitur, ut ex propriis, & necessariis: ex secundis autem ut ex propriis, sed probabilibus: ex quartis vero ut probabilibus, sed extraneis. Et sic tertiis nullus assignatur locus. Et propterea sciendum est, quod ratio humana, de qua hic est sermo, nihil aliud est quam argumentatio aliqua ex solo naturali lumine robur habens. Et est duplex. Quaedam necessario concludens, quae vocatur demonstratio. Et quaedam probabiliter, quae magnam habet latitudinem. Vtrique autem in aliqua certa scientia physica clauditur, & consequenter extranea est a genere scibili theologico: ac per hoc theologiam procedit ex ratione humana ut sic, ut ex extraneis. Et quoniam nulla demonstratio physica potest afferri ad theologalia ut sic (quoniam theologalia, ut sic sunt, oportet resolui in principia euidentia non lumine naturali, sed diuino) ideo absolute loquendo, ex ratione naturali procedit theologiam, ut ex extraneis & probabilibus: quemadmodum ex auctoritatibus philosophorum. Et propterea sedes assignata auctori-

Probare & solvere non idem.

tatibus philosophorum, intelligenda est assignata etiam rationi naturali quam cognouerunt. In cuius signum simul tractabat vtrumque: & sic omnia enumerata sunt locata. Sed dubium hic occurrit non dissimulandum, si ex rationibus naturalibus theologiam procedit, ut ex extraneis, & probabilibus, cur tunc labor a doctoribus speculatiuis assumptus est? quorilum libri contra Gentiles rationibus naturalibus pleni? &c. Aut enim hi non tradunt theologiam, aut in extraneis nimis morati sunt.

Ad hoc breuiter dicitur, quod demonstrationes metaphysic, & naturales, quae afferuntur in sacra doctrina, simpliciter quidem sunt extraneae, sed ut ministrant theologiam ad destruendas positiones oppositas conclusionibus, aut principii theologalibus, aut ad soluendas rationes contra theologalia factas, aut ad stabilienda ea de quibus, theologiam secundario est, ut Deum esse, & vnum esse, & immortalem, &c. non sunt extraneae. Sed ex eis procedit theologiam, ut ex propriis, & quandoque necessariis, & ministerialiter tamen, & non ratione sui, sed propter nostri intellectus infirmitatem, ut in articulo 5. ad secundum dictum est. Et propterea sancti Doctores, qui speculatio inge-

nelationi si qua fuit alijs doctoribus facta. Vnde dicit Augustinus in epistola ad Hiero. Solus enim scripturarum libris, qui canonici appellatur, didici hunc honorem deferre, ut nullum auctorem eorum in scribendo errasse aliquid firmissime credam. Alios autem ita lego, ut quatalibet sanctitate doctrinae, praevalleant: non ideo verum putem, quod ipsi ita senserunt, vel scriperunt.

ARTICVLVS IX.

Vtrum sacra scriptura debeat vti metaphoris.

AD NONVM sic proceditur. Videtur quod sacra scriptura non debeat vti metaphoris. Illud enim quod est proprium infimae doctrinae, non videtur competere huic scientiae, quae inter alias tenet locum supremum, ut iam dictum est. Procedere autem per similitudines varias & representationes, est proprium poeticae, quae est infima inter omnes doctrinas: ergo huiusmodi similitudinibus vti non est conueniens huic scientiae.

2. Praeterea, haec doctrina videtur esse ordinata ad veritatis manifestationem: vnde & manifestatori-

nio preedit fuerunt, intellectus humani defectui subuenire cupientes, rationes philosophicas plurimas conati sunt afferre ad aliquod horum trium, ut sic viri docti ea, quae fidei sunt, rationi non contraria conperientes, facilius his, quae fidei sunt, adherere possint, aut saltem ea non spernere, aut deridere. Suadet autem huiusmodi rationes, ut ministras proprias eihci huius scientiae propter nos, ex litera in tertia conclusionem, & eius manifestationem: non aliter possunt solui obiectiones oppositae sufficienti solutione, nisi ex rationibus philosophicis. Si namque ex creditis soluenda essent obiectiones philosophorum, ridiculo philosophis theologiam essent, &c.

Circa haec diligenter aduerte, quod aliud est loqui de ratione humana, & aliud loqui de propositionibus notis ratione humana. In litera, ut declarauimus, insinuat, quod ex ratione humana absolute loquendo haec doctrina procedit, ut ex extraneis, quoniam propositiones notae naturali, non diuino lumine ut sic, sunt extraneae. sed tamen multae propositiones notae naturali lumine & demonstratione secundum seipsas sumptae, sunt verae & propriae theologales, sub alio tamen lumine, ut in primo articulo in responsione ad secundum patet, ut patet de istis, Deus est: Deus est vnus: Deus est bonus, &c. Vnde, cum theologiam arguit ex istis, arguit ex propriis, quamuis non proprio tantummodo notis, pro quanto sunt non solum reuelata, sed etiam facta.

Super Quaestiones primae Articulum nonum.

In titulo vti metaphoris, est vti locutionibus, quae non verificantur de his, de quibus dicuntur secundum propriam significationem, sed secundum aliquam similitudinem ad proprie significata, ut cum dicitur, quod Deus noster ignis consumens est, vtiatur metaphora: quia Deus non est vere ignis, sed se habet ad modum ignis consumentis, & sic de alijs. Et occasione sumit questio haec, ex secundo Posteriorum, vbi prohibentur metaphore in scientiis.

In corpore vna conclusio responsus quae affirmatiue. Sacra doctrina

Epist. 19. ad Hiero. post principia. tom. 2.

9. Proletarij. Et dist. 34. q. 2. a. 1. & 2. Et 3. contra 150. Et tri. art. 1. Et opus. 6. cap. 11. 6. art. 1. praedicti.

Cap. 1. circa medium.

In corpore.

doctrina congrue vtiur metaphoris corporalium ad diuina & spiritualia. Probatur dupliciter. Primo, Deus omnibus prouidet prout congruit eorum naturae: ergo conuenienter homini in sacra doctrina spiritualia sub corporalibus similitudinibus traduntur. Antecedens patet. Consequencia vero probatur, quia naturale est homini ad intelligibilia per sensibilia duci. Probatur: quia omnis nostra cognitio oritur a sensu. Et confirmatur haec ratio auctoritate Dionysij, &c. Secundo: Sacra doctrina proponit omnibus hominibus coeter: ergo congrue spiritualia sub similitudinibus corporalium traduntur. Antecedens probatur, ad Romanos primo. Consequencia autem probatur: quia plures non sunt idonei ad intelligibilia secundum se, qui vel sic ea capere possunt.

In responsione ad primum, dubium occurrit, quomodo verificetur quod haec doctrina vtiur metaphoris propter necessitatem & utilitatem, ut dictum est. Nulla siquidem necessitas est, aut i corpore ostensa est. Secunda namque ratio utilitatis tantum infert, ut patet, prima vero conuenientiam ut ipsa litera testatur. Et conuincit potest ex eo quod connaturalitas nostra ad sensibilia non infert necessitatem ad talia sensibilia, scilicet metaphoras. Et augetur dubium: quia nihil est metaphoricum in scriptura traditu, quod non possit proprie doceri: nulla ergo est necessitas vtiur metaphoris in hac doctrina, quamuis conuenienter & vtiliter eis vtiur.

Ad hoc dicendum mihi videtur, quod vtiur metaphoris in hac doctrina est quodammodo necessarium, & quodammodo non: & hoc respectu non horum aut illorum, puta minus idoneorum, sed respectu hominis vtiur. Est siquidem necessarium propter melius consequendum finem, scilicet cognitionem Dei. Et haec necessitas ostenditur per primam rationem licet. Ex hoc namque quod connaturalitas est homini intelligibilia per sensibilia tantum nosse, oportet si spiritualia facillime & suo modo cognoscere debet, ut per metaphoras

bus eius premium promittitur. Eccl. 24. Qui elucidunt me, vitam aeternam habebunt. Sed per huiusmodi similitudines veritas occultatur: Non ergo competit huic doctrinae diuina tradere sub similitudine corporalium rerum.

3. Praeterea, quanto aliquae creaturae sunt sublimiores, tanto magis ad diuinam similitudinem accedunt: si igitur aliquae ex creaturis transmerentur ad Deum, tunc oportet talem transumptionem maxime fieri ex sublimioribus creaturis, & non ex infimis. Quod tamen in scripturis frequenter inuenitur.

SECUNDO est quod dicitur Osee 12. Ego visionem multiplicavi eis, & in manibus prophetarum assimilatus sum. Tradere autem aliquid sub similitudine, est metaphoricum. Ergo ad sacram doctrinam pertinet vtiur metaphoris.

RESPONDEO. Dicendum, quod conueniens est sacrae scripturae diuina & spiritualia sub similitudine corporalium tradere. Deus enim omnibus prouidet secundum quod competit eorum naturae: est autem naturale homini ut per sensibilia ad intelligibilia veniat: quia omnis nostra cognitio a sensu initium habet. Vnde conuenienter in sacra scriptura traduntur nobis spiritualia sub metaphoris corporalium, & hoc est quod dicit Dionysius primo capitulo celestis hierarchie: Impossibile est nobis aliter lucere diuinum velaminem circueleturam. Conuenit etiam sacrae scripturae, quae coeter omnibus proponitur (secundum illud ad Romanos primo, Sapientibus & insipientibus debitor sum) spiritualia sub similitudinibus corporalium proponant, ut saltem vel sic rudes eam capiant: qui ad intelligibilia secundum se capiendi non sunt idonei.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod poeta vtiur metaphoris propter representationem: representatio enim naturaliter homini delectabilis est. Sed sacra doctrina vtiur metaphoris propter necessitatem & utilitatem, ut dictum est.

Ad hoc dicendum, quod poeta vtiur metaphoris propter representationem: representatio enim naturaliter homini delectabilis est. Sed sacra doctrina vtiur metaphoris propter necessitatem & utilitatem, ut dictum est.

conoscatur: quoniam metaphorae suppleunt vices spiritualium spirituum, quae de spiritualibus haberi debent secundum se. Non est autem necessarium simpliciter, quia est non absque fantastibus, tamen absque metaphoris posset homo etiam in hoc statu capere quae dicuntur, licet non ita facile. Et per hoc patet solutio ad obiectionem.

AD SECUNDVM dicendum, quod radius diuinae reuelationis non destruitur propter figuras sensibiles, quibus circueletur, ut dicit Dionysius, sed remanet in sua veritate, ut mentes quibus sit reuelatio, non permittat in similitudinibus permanere, sed eleuet eas ad cognitionem intelligibilium, & per eos, quibus reuelatio facta est, alij etiam circa haec instruantur. Vnde ea, quae in vno loco scripturae traduntur sub metaphoris, in alijs locis expressius exponuntur. Et ipsa etiam occultatio figurarum utilis est ad exercitium studiosorum, & contra irrationes infidelium: de quibus dicitur Matthaei 7. Nolite sanctum dare canibus.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut docet Dionysius cap. 2. celestis hierarchie, magis est conueniens quod diuina in scripturis tradatur sub figuris vilium corporum, quam corporum nobilium. Ethoc propter tria. Primo, quia per hoc magis liberatur humanus animus ab errore. Manifestum enim apparet, quod haec secundum proprietatem non dicuntur de diuinis: quod posset esse dubium, si sub figuris nobilium corporum describerentur diuina, maxime apud illos, qui nihil aliud a corporibus nobilibus excogitare nouerunt. Secundo, quia hic modus conuenientior est cognitioni, quam de Deo habemus in hac vita. Magis enim manifestatur nobis de ipso quid non est, quam quid est. & ideo similitudines illarum rerum, quae magis elongantur a Deo, veriores nobis faciunt estimationem quod sit supra illud, quod de Deo dicitur, vel cogitamus. Tertio, quia per huiusmodi, diuina magis occultantur indignis.

ARTICVLVS X.

Vtrum sacra scriptura sub vna litera habeat plures sensus.

AD DECIMVM sic proceditur. Videtur, quod sacra scriptura sub vna litera non habeat plures sensus, qui sunt, historicus vel

dare res ad significandum nihil aliud sit quam facere res esse non solum res, sed signa aliarum rerum: dupliciter intelligi potest res, fieri

Cap. 2. celestis hierarchie.

Cap. 2. non multum remote ante medium.

Titulus clarus. In corpore duae conclusiones. Prima respondet questio affirmatiue. Sacra doctrina sub vna litera habet plures sensus, scilicet literalem & spirituales: & hunc triplicem, scilicet allegoricum, moralem, & anagogicum. Probatur ex differentia inter hanc scientiam & alias, ex differentia inter auctores deriuata. Auctor huius doctrinae est Deus, ceterarum vero homo: ergo in potestate huius auctoris est accomodatio & vocis & rerum ad significandum, & non in potestate auctoris aliarum: ergo in ceteris scientiis voces tantum significant, in hac vero & voces & res: ergo in hac est duplex sensus, scilicet literalis & spiritualis. Omnes consequentiae patent. Et vltima declaratur: quia iuxta significationem vocum attenditur sensus literalis: iuxta significationem autem rerum attenditur sensus mysticus. Quo ad secundum vero partem declarat distinctionem figuratiuam, ut clare patet in litera.

sequitur corollarium: ergo ista eget manifestari per medium quod ad nos, id est, a posteriori effectu. Patet sequela: quia nobis non est evidens: & a priori caret medio.

In responsione ad secundum adverte, quod contra secundam responsionem ibi datam, satis moleste quidam instant quasi roborando argumentum sic: excedens omne cogitabile non est per tuam responsionem: ergo non est excellens omne cogitabile, quod est oppositum quid nominis ipsius Dei. probatur consequentia: quia non excedit cogitabile existens & si ipsum esset, cogitaretur maius quam cogitatum non esset. Sed hac obiectio non est alia ab obiectioe facta in litera: & ideo eadem responsione soluitur distinguendo consequens, quod excedere omne cogitabile contingit dupliciter. Vno modo quod excellit in rerum natura, alio modo secundum esse cogitatum: & intendo non quod esse in rerum natura, aut obiective sic ratio excessus: sed utimur eis in proposito, ut conditione rerum cogitatarum. Verbi gratia: conditiones perfecti oratoris cogitatarum sunt excedere omne oratorem dupliciter. Vno modo, quod ille excessus sit in rerum natura, alio modo, quod sit in esse obiectivo. Primo modo oportet ponere oratorem perfectum existere. Secundo modo non, sed sufficit ipsum habere esse obiectivum: rationem autem excedendi attendi dicimus penes nobilitatem conditionum cogitatarum in se. In proposito ergo dicitur, quod ex illo antecedente, excedens omne cogitabile non est, optime sequitur, ergo non est excedens in rerum natura omne cogitabile: imo non est sic excedens formicam, aut quodeunque minimum existens, sed non valet: ergo non est excedens in se secundum esse obiectivum omne cogitabile: imo sic excedit omne cogitabile. Et cum dicitur maius cogitabile esset, si esset in rerum natura: negatur hoc. Ista enim replica procedit aut ex ignorantia proprii vocis, dum credunt isti, quod respositio data acceptans quid nominis assignatum Dei intendat, quod cum significatur hoc, scilicet maius omni cogitabili, significatur aliquid plenum omni perfectione, abstrahendo ab existentia: & ideo instat, significetur plenum omni perfectione inclusa existentia in rerum natura, & sic significabitur, maius aut ex ignorantia inter actum signatum & exercitum. Conuenimus namque in quid nominis, & non dissentimus. Nihil excipimus in ratione excedendi, seu in actu signato: quamuis ab existere in actu exercitio abstrahere opus sit: Vnde conceditur, quod significatur & cogitatur maius omni cogitabili cum omni perfectione, etiam existentem in rerum natura, in actu tamen signato: sed a significari & cogitari, ad esse non valet argumentum. Et ideo in litera dicitur, quod haec ratio nihil concludit: quia ab aduersariis non conceditur maius omni cogitabili esse in natura rerum, licet concedatur, quod maius omni cogitabili significatur, & cogitatur esse in rerum natura, non ergo significatur maius significatum ut existens: sed est existens, non esset maius, sed esset quod non est nisi in cogitatione. Exemplum simile in speciali habetur: si fingamus latere nos nobilissimum

436
In lib. an omne quod est sit bonum, circa principium illius.
D. 727
D. 822
Q. 3. art. 4
D. 461
D. 4580
472
D. 933

¶ In responsione ad tertium, circa illud dictum, scilicet hæc non est vera, quicquid Deus scit, scit: si ad enuntiaabilia referatur, dubium occurrit ex triplici capite. Primo sic. Sicut enuntiaabilia, quandoque sunt vera, & quandoque non, & ideo prius scita nesciuntur: ita res quædam, puta Sor. quandoque est ens, & quandoque non. ergo et res corruptibiles prius scitæ nesciuntur. ergo nulla est differentia inter enuntiaabilia, & res, quod ad hoc: cuius oppositum ex litera habetur. consequentia patet. & propositio probatur: quia non magis fundat scibile verum, quàm ens. Vnumquodque enim cognoscibile est, secundum quod est ens. Et confirmatur, quia sicut Deus ab æterno inuenit naturam creaturæ Christi pro tali tempore, ita hoc enuntiaabile, Christus nasciturus pro eodem tempore. Et sicut intuetur non esse naturam Christi pro aliis temporibus: ita falsitatem prædicti enuntiaabilis, ergo sicut nō dicitur nescire naturam Christi quæ scit, sic non debet concedi nescire illud enuntiaabile quod scit. Secundo sic optime sequitur, Deus nescit aliquid eorum, quæ scit, ergo pauciora scit, quam scit: consequens dicitur non concedendum in responsione ad secundum: quia implicat sensum compositum. consequentia autem probatur. quia minus est de facto numerus scitorum.

¶ Tertio sic. Deus scit aliquid enuntiaabile, quod nescit, ergo scire suum transiit in nescire. ergo variatio est in scientia Dei. Nec videtur sufficere responsio posita in litera: quia non idem est iudicium de enuntiaabili, & de re, litera sustinet. ¶ Ad euidenciam huius materie notanda sunt duo. Primo, quod inter enuntiaabile, & rem, hæc est differentia ad propositum, quod enuntiaatio eadem manens & perseverans mutatur de vera in falsam: & consequenter de scibili in nescibile, & econuerso, ut patet. Res autem si mutatur de esse in non esse aut econuerso, non perseverat: & propterea non potest demonstrari vna & eadem res manens modo scibilis, & modo nescibilis, sicut vna enuntiaatio. Secundo aduertendum est, quod de variatione scientie Dei potest dupliciter esse sermo. Primo ex parte actus sciendi: & sic omnino est immutabilis, tam actu quàm potentia, ut dicitur in responsione ad secundum: quamuis scientia visionis potuisset ad plura vel pauciora determinari: ab æterno absolute loquendo. Sed semel determinata omnino ex parte

Dei inuariabilis est. Alio modo ex parte scitorum. Et sic non quo ad res, sed quo ad enuntiaabilia, nihil prohibet ipsam mutari: quia mutatio ista nullam mutationem ponit in Deo, sed in enuntiaabili scito: quia scilicet mutatur de scibili in nescibile, & econuerso. Ex his autem patet responsio ad obiecta. Ad primum enim iam assignata est differentia inter rem & enuntiationem illius: quare non est eadem ratio, &c. Et ad confirmationem nihilominus addendum est: quod res, scilicet naturitas Christi, determinat sibi certum finem esse tempus. Enuntiaatio autem, scilicet Christus nasciturus, nullum certum tempus significat, sed præsens in communi, seu vage secundum tempus quo for matur aut profertur: & ideo modo est verum, & modo falsum: quia alicui præsentia adequatur, & alicui non: per se ueritas tamen idem omnino. quod non potest dici de re, quæ certum habet sui esse tempus præsens. ¶ Ad secundum autem conceditur referendo ad enuntiaabilia ex parte eorum: nec oppositum docuitur litera in responsione ad secundum: quoniam ibi est sermo de augmento, & diminutione scientie diuine ex parte Dei, & reputatur inconueniens augmentatio, non solum de facto, sed de possibili. Et propterea quantum est ex parte Dei, negandum est plura scire, quam sciat. Et quod hæc sit mens literæ patet. quia potentiam Dei ad determinandam scientiam visionis pertrahat, inferens non debere concedi Deum posse plura scire, quàm sciat, propter sensum compositum inferentem mutabilitatem ex parte Dei: quia inferre

te Dei inuariabilis est. Alio modo ex parte scitorum. Et sic non quo ad res, sed quo ad enuntiaabilia, nihil prohibet ipsam mutari: quia mutatio ista nullam mutationem ponit in Deo, sed in enuntiaabili scito: quia scilicet mutatur de scibili in nescibile, & econuerso. Ex his autem patet responsio ad obiecta. Ad primum enim iam assignata est differentia inter rem & enuntiationem illius: quare non est eadem ratio, &c. Et ad confirmationem nihilominus addendum est: quod res, scilicet naturitas Christi, determinat sibi certum finem esse tempus. Enuntiaatio autem, scilicet Christus nasciturus, nullum certum tempus significat, sed præsens in communi, seu vage secundum tempus quo for matur aut profertur: & ideo modo est verum, & modo falsum: quia alicui præsentia adequatur, & alicui non: per se ueritas tamen idem omnino. quod non potest dici de re, quæ certum habet sui esse tempus præsens. ¶ Ad secundum autem conceditur referendo ad enuntiaabilia ex parte eorum: nec oppositum docuitur litera in responsione ad secundum: quoniam ibi est sermo de augmento, & diminutione scientie diuine ex parte Dei, & reputatur inconueniens augmentatio, non solum de facto, sed de possibili. Et propterea quantum est ex parte Dei, negandum est plura scire, quam sciat. Et quod hæc sit mens literæ patet. quia potentiam Dei ad determinandam scientiam visionis pertrahat, inferens non debere concedi Deum posse plura scire, quàm sciat, propter sensum compositum inferentem mutabilitatem ex parte Dei: quia inferre

Et ideo non debet concedi, quod Deus possit plura scire quàm sciat. quia hæc propositio implicat quod ante nescierit, & postea sciat.

¶ Ad III. dicendum, quod antiqui nominales dixerunt, idem esse enuntiaabile Christum nasci, & esse nasciturum, & esse natum: quia eadem res significatur per hæc tria, scilicet nauitas Christi. & secundum hoc sequitur, quod deus quicquid scit sciat: quia modo scit Christum natum, quod significat idem ei, quod est Christum esse nasciturum. Sed hæc opinio falsa est, eo surgente. Et ideo concedendum est quod hæc nō est vera, quicquid Deus scit, scit, si ad enuntiaabilia referatur: sed ex hoc non sequitur quod scientia dei sit variabilis. Sicut enim absque variatione diuine scientie est, quod sciat unam & eandem rem quandoque esse, & quandoque non esse, ita absque uariatione diuine scientie est, quod scit aliquid enuntiaabile quandoque esse uerum, & quandoque esse falsum. Esset autem ex hoc scientia dei variabilis, si enuntiaabilia cognosceret per modum enuntiaabilium componendo & diuidendo, sicut accidit in intellectu nostro. Vnde cognitio nostra uariatur, uel secundum ueritatem & falsitatem: puta si mutata re, eandem opinionem de re illa retineamus. Vel secundum diuersas opiniones, ut si primo opinemur aliquem sedere, & postea opinemur eum non sedere: quorum neutrum potest esse in Deo.

¶ Ad III. dicendum, quod deus scit etiam ea, quæ potest facere & non facit. Vnde ex hoc quod potest plura facere quàm facit, non sequitur quod possit plura scire quàm sciat, nisi hoc referatur ad scientiam visionis, & secundum quam dicitur scire ea, quæ sunt in actu secundum aliquod tempus. Ex hoc tamen quod scit quod aliquæ possunt esse, quæ non sunt, uel etiam non esse, quæ sunt, non sequitur quod scientia sua sit uariabilis: sed quod cognoscat rerum uariabilitatem. Si tamen aliquid esset, quod prius Deus nesciuisset & postea sciret, esset eius scientia uariabilis: sed hoc esse non potest: quia quicquid est, uel potest esse secundum aliquod tempus, uel in æterno suo scit. Et ideo ex hoc quod ponitur aliquid esse secundum quodcumque tempus, oportet poni quod ab æterno sit scitum a Deo.

¶ Ad tertium uero negatur sequela, ut patet ex dictis: quia hoc non est propter variationem scientie, sed sciti. Et licet non sit idem iudicium de re & enuntiatione, quo ad hoc, quod idem se saluo, mutetur de scibili in non scibile, ut dictum est: tamen quo ad hoc, quod variatio utriusq; nō redundat in variationem diuine scientie, idem est iudicium. Et quo ad hoc adducitur in litera declaratio a simili, ex rerum variatione sumpta, non quo ad primum.

D. 478

In prædica ment. ca. de substantia, declinando ad fin. to. I.



Super Quaestiones decimaquarta Articulus decimus sextus.

Titulus clarus. In corpore duo. Primo in communi distinguit scientiam speculatiuam & practicam. Secundo respondet quaestio.

ARTICVLVS XVI.

Vtrum Deus de rebus habeat scientiam speculatiuam.

AD DECIMUM SEXTVM sic proceditur. Videtur quod Deus de rebus non habeat scientiam speculatiuam. Scientia enim Dei est causa rerum, ut supra ostensum est. Sed scientia speculatiua non est causa rerum scitarum. Ergo scientia Dei non est speculatiua.

Præter. Scientia speculatiua est per abstractionem a rebus: quod diuinæ scientiæ non competit. Ergo scientia Dei non est speculatiua. Sed contra, Omne quod est nobilius, Deo est attribuendum. Sed scientia speculatiua est nobilior quam practica, ut patet per Philosophum in principio metaphysicæ. Ergo Deus habet de rebus scientiam speculatiuam.

Respondendum, quod aliqua scientia est speculatiua tantum, aliqua practica tantum, aliqua vero secundum aliquid speculatiua, & secundum aliquid practica. Ad cuius euidentiam sciendum est, quod aliqua scientia potest dici speculatiua tripliciter:

Primo ex parte rerum scitarum, quæ non sunt operabiles a sciente. sicut est scientia hominis, de rebus naturalibus, vel diuinis.

Secundo, quantum ad modum sciendi. Ut puta, si aedificator consideret domum diffiniendo & diuidendo & considerando vniuersalia

95. Infra. q. 6. 34. art. 3. co. & 12. q. 3. art. 5. primum & 1. sentent. in prolog. Et verit. q. 3. ar. 3. con. * Artic. 8. huius quaest.

Lib. 6. metaphysicæ textu 2. Et lib. 1. cap. 2. non procul a principio. como 3.

non est operabilis. De secundo ponitur conclusio. Scientia de aliis a se, est speculatiua & practica: etiam diuersimode, probatur primo, quod sit speculatiua: quia omnia nouit modo speculatiuo quid sunt, &c. Deinde quod sit practica, diuersimode: quia de facilibus, quæ numquam fiunt, practicam habet uirtute, id est ex obiecto & modo & fine scientiæ, non sine scientis. De his vero quæ de facto quædam sunt, habet practicam simpliciter & actu. Obiectio autem, cui respondetur, est, quia mala non facit deus, neque sunt de numero factibilium aut factorum a Deo; quomodo ergo hæc ad scientiam practicam spectabunt? Respondetur quod sicut medicina est non solum sanis, sed ægri ita scientia Dei non faciendo, sed permittendo, ordinando, impediendo, &c.

prædicata ipsius. Hoc siquidem est, operabilia, modo speculatiuo considerare, & non secundum quod operabilia sunt. Operabile enim est aliquid per applicationem formæ ad materiam, non per resolutionem compositi in principia vniuersalia formalia.

Tertio, quantum ad finem. Nam intellectus practicus differt sine a speculatiuo, sicut dicitur in tertio de anima. Intellectus enim practicus ordinatur ad finem operationis: finis autem intellectus speculatiui est consideratio veritatis. Unde, si quis aedificator consideret qualiter posset fieri aliqua domus, non ordinans ad finem operationis, sed ad cognoscendum tantum, erit (quantum ad finem) speculatiua consideratio, tamen de re operabili. Scientia igitur, quæ est speculatiua ratione ipsius rei scitæ, est speculatiua tantum. Quæ uero speculatiua est secundum modum vel finem, est secundum quid speculatiua, & secundum quid practica.

Cum uero ordinatur ad finem operationis, est simpliciter practica. Secundum hoc ergo dicendum est, quod Deus de seipso habet scientiam speculatiuam tantum: ipse enim operabilis non est. De omnibus uero aliis habet scientiam & speculatiuam & practicam. Speculatiuam quidem, quantum ad modum. Quicquid enim in rebus nos speculatiue cognoscimus diffiniendo & diuidendo, hoc totum Deus multo perfectius nouit. Sed

ut est quoddam speciale scitum distinctum contra alia scita, scilicet alia a Deo, est speculatiua. Respectu uero aliorum est practica, &c. ut in litera dicitur. Circa postas conclusiones dubium occurrit ex Scoto, ipse siquidem in prologo primi sententiarum tenet oppositum primæ conclusionis, dum definit scientiam Dei de seipso esse simpliciter practicam: aut nihil sibi deesse quin sit practica, nisi quod uoluntas Dei non est bona ex regula, sed naturaliter ex seipsa, & in 3. distincti. primi tenet oppositum secundæ conclusionis, quo ad hoc, quod Deus habet scientiam practicam de aliis a se: uult enim quod non habeat scientiam practicam de aliis a se, sed speculatiuam. Ratio eius contra primam conclusionem consistit in hoc. Scientia de essentia Dei est prior naturaliter amore illius essentiæ, & rectificatiua illius: ergo est practica. Et ad rationem pro conclusione in litera positam, scilicet quia Deus non est operabilis, respondet quod Deus est operabilis, id est, attingibilis per operationem immanentem, amoris scilicet. Ratio uero contra secundam consistit in hoc. Nulla noticia de rebus ante determinationem diuinæ uoluntatis dicitur res esse agendas: ergo nulla est ibi noticia practica de rebus. Antecedens patet, & consequentia probatur: quia scientia practica est dictatiua ad operandum. In prologo autem fundat se super prioritate sic: nulla noticia de rebus, &c. est prior actu uoluntatis diuinæ, &c. ergo non est practica.

Lib. 3. anima. tu. 49. tom. 1.

D. 713. D. 479.

Ad hæc

Ad has autem obiectiones suppositis his, quæ in Prologo dictæ sunt, & in quaestione speciali de praxi, non est difficile respondere. Ad primam enim neganda est consequentia, quicquid sit de antecedente, plus enim exigitur ad noticiam practicam, ut ibi patuit. Solutio rationis nostræ a Scoto data ualeret quidem, si Deus, aut operatio, qua a se amatur, fieret, vel etiam regulariter scientia practica.

Oportet nanque omnem causam esse causam uel operatio nis uel effectus: scientia autem practica causam sonat, ut patet ex nomine: & genera. Et respectu quidem creaturarum factibilium, causa in Deo ponitur in ordine ad effectum, non in ordine ad factionem: quia illa est substantia Dei. Respectu autem ipsius Dei quo ad neutrum poni potest: quia nec ipse, nec operatio sit, aut pender. Ridiculum ergo est audire Deum esse operabilem scientia sua practica.

Ad obiectionem uero contra secundam conclusionem primo loco factam, negatur consequentia: falsum enim manifeste est, quod noticia practica debeat esse dictatiua ad operandum, satis est enim quod sit regulatiua. Ars enim domesticatiua, non dicitur domesticandum esse, imo est indifferens ad opposita, ut patet 9. Metaphy.

Et per hoc patet responsio ad obiectionem secundo loco adductam: falsum quippe est assumptum. quoniam ut dicitur 9. Metaphy. potentia rationalis quam constat esse noticiam practicam, determinatur ab appetitu, & non e conuerso. Et ideo præsupponitur ab appetitu ut indifferens. Unde mirum est de isto homine, quomodo præclarum eius ingenium non aduertit, quod quemadmodum ars domesticatiua absolute, præuenit actum uoluntatis: & præuenit a uoluntate, ut determinatiua ipsius ad operandum, & præuenit executionem, scilicet ipsam domesticationem: ita rationes omnium operum factibilium a Deo, naturaliter in essentia diuina reuoluntatis, præueniunt omnem uoluntatis actum: sed præueniri eas oportet a uoluntate diuina, ut determinentur ad operandum. Unde quædam rationes sunt determinatæ ad operandum, & quædam non, ut in litera dicitur. Et illæ etiam, quæ determinatæ sunt a diuina uoluntate, præueniunt executionem, scilicet factionem ad extra. Nec refert ad propositum, utrum potentia executiua in Deo sit ipsa uoluntas, an tertia potentia: quoniam etiam ipsa uoluntas ut determinans præcedit, & ut exequens sequitur.

Super Quaestiones decimaquinta Articulus primus.

In titulo nihil aliud notandum est, nisi quod quid nominis, ideæ in corpore declaratur. In corpore tria. Primo proponit conclusionem responsiuam quaestio. Secundo assignat quid nominis ideæ. Tertio probat conclusionem responsiuam. Quo ad primum conclusio responsiuæ quaestio affirmatiue est. Necessè est ponere ideam in mente diuina. Vbi aduertit quod esse in mente sumitur formaliter, id est, in quantum mens est. Hoc autem est esse obiectiue, ut intellectum in intelligente, & non ut forma in eo, cuius est forma. Sensus ergo conclusionis est, quod necesse est ponere ideam obiectiue in intellectu diuino. Quo ad secundum, idea significat formam alicuius rei præter rem ipsam existentem, & declaratur ex idiomate Græco.

Si vis ideam diffuse diffinitionem videre, lege q. 3. de veri. art. 1. Quo ad tertium probatur conclusio proposita sic. Mundus non est factus a casu, sed est factus a Deo per intellectum agentem, ergo forma mundi est finis suæ generationis. ergo in mente diuina est forma, ad similitudinem cuius mundus est factus.

ergo in mente diuina est idea: Antecedens, quo ad ueritatem que partem supponitur, ut inferius monstrandum est in loco suo. Prima autem consequentia probatur ex illa maxime: in omnibus, quæ generantur, non a casu, forma est finis generationis. secundum uero consequentia duo inferuntur. f. quod forma ad cuius similitudinem, &c. est in Deo, & quod est tali modo. f. in mente diuina, id est, obiectiue, & quo ad utrumque in litera probatur. Quo ad primum, quia commune est omni agenti præhabere similitudinem intentæ formæ: quo ad secundum uero est differentia inter agens naturale, & a proposito in modo habendi illam similitudinem: quia illud secundum esse naturale, ut patet in igne, hoc secundum esse intelligibile, ut patet in artifice. si ergo Deus est agens per intellectum, ergo, &c. Tertia deinde consequentia probatur: quia in hoc consistit ratio ideæ, probatur. Ratio ideæ est ut sit forma præter rem, exemplar rei, & principium cognitionis, &c.

QVAESTIO XV.

De Ideis, in tres articulos diuisa.

OSTENSIO considerationem de scientia dei, restat considerare de ideis.

Et circa hoc quaeruntur tria.

- Primo. An sint ideæ. Secundo. Utrum sint plures, uel una tantum. Tertio. Utrum sint omnium, quæ cognoscuntur a deo.

ergo Deus est agens per intellectum, ergo, &c. Tertia deinde consequentia probatur: quia in hoc consistit ratio ideæ, probatur. Ratio ideæ est ut sit forma præter rem, exemplar rei, & principium cognitionis, &c.

Aduerte hæc diligenter, quod in litera caute dicitur, quod idea ponitur ut exemplar, & non dicitur ut principium essendi. Quia principium essendi sonare formam qua agens agit. Idea autem non significat talem formam, sed formam, quam agens concipit, ad cuius similitudinem operatur, & non qua operatur. & hoc est proprie exemplar. Et propterea in exemplo de domesticatore expresse subiungitur, quod idea domus, est forma, quam mente concipit, & non ars domesticatiua. Similiter cum litera dixisset, quod idea est principium cognitionis, statim addidit limitationem secundum quod forma cognoscibilium dicuntur esse in cognoscente, quasi diceret, non dico quod idea est principium cognitionis: quia hoc sonaret, quod ipsa esset ratio cognoscendi, ut species intelligibilis: sed quod ipsa est principium cognitionis eo modo, quo forma cognoscibilium obiectiue in cognoscente existentes, principia cognitionis ipsarum rerum cognoscibilium dicuntur. Et quoniam in penultimo consequente totum hoc continebatur, f. forma mundi præter mundum existens, & causalitas exemplaris, & modus essendi intelligibiliter, seu obiectiue, ideo merito uictima consequentia ex his, quæ ad rationem ideæ spectant, & iam posita erant, probata est, prægnantibus uerbis, scilicet: & in hoc consistit ratio ideæ.

In responsione ad tertium, dubium occurrit: quia falsum, & inconsonans videtur, quod idea sit essentia diuina. Falsum quidem inquit Scoto in 1. dist. 35, quia tota ratio ideæ saluatur in lapide habente esse obiectiuum in intellectu diuino. ergo idea in Deo non est essentia diuina. Antecedens patet applicando totam ideæ rationem. Et confirmari posset assumendo diffinitionem positam in q. de veri. q. 3. art. 1. & eam quæ ex hoc ar. habetur. f. quod est forma alicuius rei præter ipsam rem, exemplar, atque principium sic cognitionis eiusdem. consequentia autem probatur. esse obiectiuum non est esse reale, sed esse diminitum, ergo non est essentia diuina. Inconsonans autem, quia idea aut est essentia diuina ut est, aut essentia diuina ut est obiectiue.

cognitio assimilatione ad cognitum informatur. Ad veritatem autem intellectus vt cognoscens est, exigitur, qd veritas sit in eo vt est cognoscens: hoc autem non est nisi sit in eo vt cognita. Et propterea litera inuestigans vbi proprie veritas sit, a propria forma intellectus non in actu primo aut secundo, sed vt cognoscens est procedit: & vult qd

Art. prae.

ppria eius forma ac perfectio est similitudo cogniti, non quae est principiu cognitionis, sed qd est terminus, vel quasi terminus seu perfectio ad quam attingendo cognitio perficitur. Pro quo nota secundo, qd similitudo rei cognite dupliciter sumit quantum ad propositum spectat. Primo pro specie intelligibili siue sensibili simpliciter, per modum incomplexi representantis, quicquid sit illa species. Secundo pro specie representatae cogniti vt sic siue complexe siue incoplexe, quicquid sit illa, siue ipse impressa, siue expressa, siue ipsa cognitio: haec enim no variat propositum. In praesenti litera no sumitur similitudo cogniti primo modo, vt sit superficialis expositio intelligit, sed secundum, ita qd sensus litterae est, qd similitudo abstracta seu affectu a cognitione, est propria forma, & perfectio intellectus vt cognoscens est, & illa cognitio qua suipsius conformitatem cum re cognoscit, illa cognoscit verum: & nulla alia, quomodocumq; sit illa conformitas, siue per modum complexi siue incoplexi. Tertio nota, qd cognoscere conformitatem sui ad cognitum contingit dupliciter, scilicet in actu signato, & in actu exercito. Cognoscere conformitatem in actu signato, est cognitionem terminari ad relationem conformitatis. Cognoscere vero conformitatem in actu exercito, est cognoscere aliquid in se vt conformem cognito. Quod vt clarius percipiatur, manifestatur in actu dicendi, quonia clarius apparet propositum in ipso. Dicit quispiam conformitatem intellectus & rei in actu signato, cum haec verba seu significata eorum in communi vel in speciali materia quam intelligit, dicit mentaliter vel vocaliter: dicit autem in actu exercito, quando aliquid dicit vt conformem rebus. Nunquam autem dicit aliquid vt conformem vel difforme rei, quando incomplexi aliquid dicit: dicens enim homo, aut centaurus, aut vacuum: nihil dico vt conformem vel difforme rei alicui: sed cum primo dicit, homo est: aliquid dicit conformem vel difforme rei: quoniam dicit aliquid significans hominem esse, vt de se patet: & simile est de credere, & cognoscere.

208

Cognoscere igitur conformitatem sui ad rem, nihil aliud est quam cognoscere aliquid in se vt conformem rei: hoc autem nihil aliud est quam apprehendere complexum aliquid. Apprehedo enim ly homo est, apprehedo aliquid vt conformem. In proposito, non sumitur cognoscere conformitatem primo modo, vt superficialis illa expositio acceptit, sed secundo. Et propterea in litera probatur, quod cognoscere sui conformitatem ad rem, est proprium intellectus componentis & diuidentis, ex eo quod enuntiatio omnis, ponit vel remouet aliquid a subiecto. si enim cognoscere conformitatem sui ad rem, est cognoscere aliquid in se vt conformem rei, & nunquam cognoscitur aliquid in se vt conformem, nisi cu cognoscitur enuntiatio, qua constat esse in enuntiante & conformitatem vel difformitatem ad rem importare: oportet qd solus intellectus enuntias cognoscat ac dicat conformem vel difforme vt sic. Et quia hoc solus est dicere & cognoscere verum in actu exercito, ideo solus intellectus componens & diuidens, cognoscit & dicit verum. Et verum in actu exercito est in solo in-

tellectu componente & diuidente, vt cognitum & dictum in cognoscere & dicente. Ita enim distinguendum est de cognitione veri in actu exercito & signato, sicut de praedictis. Quam distinctionem si non capis, ex distinctione hac quo ad significationem percipiet etiam nouitius quilibet significare enim verum, vt in logicalibus instructionibus habetur, dupliciter inuenitur. scilicet in actu exercito & signato. Nam ly verum, significat verum, sed non exercet ipsum, sed ly homo est bipes, si significat verum, quia exercet ipsam veritatem. Et ly homo est alatus, significat falsum in actu exercito &c. Et propterea in primo perihemeneas dicitur: qd enuntiatio est oratio significans verum vel falsum. In actu exercito: quod est significare conformem rei, vel difforme vt sic.

dicatum, vel applicat alicui rei significatae per subiectum, vel remouet ab ea: & ideo bene inuenitur qd sensus est verus de aliqua re vel intellectus cognoscendo quod quid est, sed non quod cognoscat aut dicat verum. Et similiter est de vocibus complexis, aut incomplexis.

Veritas quidem igitur potest esse in sensu, vel in intellectu cognoscere quod quid est, ut in quadam re uera, non autem ut cognitum in cognoscere: quod importat nomen veri. Perfectio enim intellectus est verum vt cognitum. Et ideo proprie loquendo, veritas est in intellectu componente & diuidente, non autem in sensu, neque in intellectu cognoscere quod quid est.

Et per hoc patet solutio ad obiecta.

ARTICVLVS. III.

Verum verum & ens conuertuntur.

AD TERTIVM sic procedit. Videtur qd verum & ens non conuertantur. Verum enim est proprie in intellectu (ut dictum est): ens autem proprie est in rebus. Ergo non conuertuntur.

rum, vt patet ex litera hac & precedente. Secundo autem modo vt prima fronte apparet, est benedictum, sed particulariter intelligendum, quia no conformitas cuiuscumq; intellectus, sed intellectus complexi tantum, est veritas, vt patet ex dictis. Sed si alius distinctionem hanc perscrutari fuerimus, inueniemus qd vniuersaliter & proprie loquendo, haec distinctio soli veritati absolute conuenit, & non veritati rei nisi extensue. Conformitas enim intellectus ad rem, dupliciter potest in intellectu inueniri, uno modo vt accidens, alio modo per se. Nulli enim intellectui incomplexi vt sic, conuenit per se conformitas ad rem: quia incomplexi vt sic, respectum nullum aequalitatis, aut inaequalitatis ad alterum exercet: quamuis forte adequatum alteri de facto sit, vt patet inductiue. Complexa autem enuntiatio mentalis omnis, per se exercet in propria ratione qd sit aequalis & inaequalis enuntiate rei: quoniam essentialiter est similitudo qd hoc in se vel no in se illi. Et si quidem in se est representat in esse, conformis dicitur, sin autem, difformis. Cum igitur aliquis intellectus sit ex propria ratione conformis aut difformis: & de ratione veritatis absolute sit conformitas intellectus: consentaneum est, quod de intellectu, cui per se conuenit conformitas, est sermo. Ita qd sensus est, veritas est conformitas intellectus & rei, id est, veritas est intellectus per se conformis rei, vel conformitas intellectus per se subiecti conformitatis, vt sic in diffinitione veritatis ponatur intellectus tanquam subiectum non per accidens, sed per se. Ita lis autem est intellectus componens vt dictum est. Vnde Art. 4. metaph. tex. 27. diffiniuit verum & falsum per enuntiabile dicens, qd verum est ens esse & non ens non esse: falsum autem ens non esse & non ens esse. Ita qd enuntiabile diffinit verum, & vt sermo enuntiationem: vt ostendatur verum proprie in huius compositione tantum inueniri, vt verum exercite.

Super Quaestione decimaseptae Articulum tertium.

In titulo ly verum, in sua analogia communitate sumitur, vt ex responsione ad primum habetur. In corpore una conclusio responsiva quaesito affirmatiue. Verum &

Lib. 1. Meaph. tex. 4. 200. 3.

Lib. de ani. m. 1. 27. tom. 1.

27 25

Art. 1. huius quaest.

ens conuertuntur. Probatur ratione includente simul vim me A dii, & manifestationem ex proportionali similitudine veri & boni. Vis medijs est, vnumquodque inquam habet de esse, intantum est cognoscibile, ergo ens & verum conuertuntur. Antecedens manifestatur ex autoritate. 3. de anima, in qua dicitur, Anima esse omnia, quia

est omnia cognoscibilis. hoc enim non est verum, nisi cognoscibilitas adequata esse, vt patet. consequentia vero probatur, quia verum importat ordinem ad cognitionem, id est, cognoscibile. Proportionalis autem si multitudo consistit in tribus. Primo hoc, sicut bonum significat appetibile, ita verum cognoscibile. Secundo qd sicut bonum conuertitur cum ente, ita verum, sicut bonum, sicut bonum addit supra ens ordinem ad appetitum, ita verum ordinem ad intellectum. Circa hoc est vnu dubium, quonia vis medijs consistit in hoc qd verum importet cognoscibile in eo, vt patet, & in verbis litterae & ex autoritate inducta ex. 3. de anima. hoc autem esse falsum littera in calce dicit. Quoniam dicit, qd importat ordinem ad intellectum, ac per hoc importat cognoscibile sic. per intellectum, & non cognoscibile in communi, & vere sic est, quonia vt in primo articulo dictum est, verum importat id, in quod tendit intellectus.

Philosophus. 2. Meth. * qd eade est dispositio reru in esse & veritate.

RESPOND. Dicendum, qd non ens non habet in se vnde cognoscatur, sed cognoscitur, in quantum intellectus facit illud cognoscibile. Vnde verum fundatur in ente, in quantum non ens est quoddam ens rationis, apprehensum. scilicet a ratione. RESPOND. Dicendum, qd cum dicitur, qd ens non potest apprehendi sine ratione veri, hoc potest dupliciter intelligi. Vno modo, ita qd non apprehendatur ens, nisi ratio veri allequatur apprehensionem entis. Et sic locutio habet veritatem. Alio modo potest sic intelligi, qd ens non potest apprehendi, nisi apprehenderetur ratio veri. Et hoc falsum est. Sed verum non potest apprehendi, nisi apprehendatur ratio entis, quia ens cadit i ratione veri. Et est simile, sicut si comparemus intelligibile ad ens, no enim potest intelligi ens, quin ens sit intelligibile. Sed tamen potest intelligi ens, ita qd non intelligatur eius intelligibilitas. Et similiter ens intellectus est verum, non tamen intelligendo ens, intelligitur verum.

AD PRIMUM ergo dicendum; qd verum est in rebus & in intellectu (vt dictum est.) Verum autem quod est in rebus, conuertitur cum ente secundum substantiam. Sed verum quod est in intellectu, conuertitur cum ente, vt manifestati

Ad hoc breuiter dicitur negando, qd vis medijs exigit qd verum significet cognoscibile i eo. sufficit enim, qd vel significet cognoscibile in eo, vel significet tali modo, sic qd ille modus sit ita amplus, qd se extendat ad oia, ad qd se extendit cognoscibile i eo, nihil enim refert ad vim rationis, an verum importet cognoscibile in eo, an aliquid illi aequiualens: utrobique enim sequitur conuertibilitas veri cum ente. Sic autem est in proposito: quoniam intelligibilitas ad omnia se extendit, ad qua se extendit cognoscibilitas, omne enim cognoscibile est intelligibile, & vnumquodque quantum habet de esse, tantum habet de intelligibilitate. Inchoauit autem a cognoscibili littera, & peruenit ad intelligibile, ut a facillioribus traderet disciplinam, hoc quod diximus subintelligendum relinquens. Sicut etiam dicens, vnumquodque inquam habet de esse, in tantum est cognoscibile, relinquunt, & e conuerso, quod tamen subintelligi oportet, ut conuertibiliter se consequatur ens & verum.

In responsione ad tertium, dubium occurrit, quoniam responso hac, repugnare videtur supra & alibi, dictis San. Tho. Dicitur enim in. 1. art. qd verum est in quod tendit intellectus, sicut bonum est, in quod tendit appetitus. Et alibi dicitur, qd verum est obiectum intellectus. Modo autem dicitur, quod veri ratio allequitur apprehensionem entis, obiectum enim intellectus no sequitur, sed praenit potius intellectioem. Videtur etiam contra veritatem, quoniam non ideo ens est verum, quia apprehenditur, sed e conuerso, quia est verum, ideo apprehenditur siue actu, siue potentia.

Ad hoc dicit, quod verum dupliciter sumitur, ut patet ex dictis. Pro veritate rei, & proprie, & quod proprie est terminus in intellectu, & obiectum intrinsecum eius, imo pro-


pria intelligentis perfectio obiectiua. Et sic verum non consequitur, nec praecedit intellectioem, sed simul est perficiens ipsam. Et de hoc non loquitur praesens littera, sed littera articuli primi, quae inserit, verum esse in intellectu. Verum autem rei, est posterius quidem ente, prius autem cognitione, & est obiectum intellectus non formale (quoniam illud est ens) sed est conditio propria obiecti formalis. Ens enim licet secundum omnes conditiones & modos & rationes terminet in intellectu, dum omnia intelligant ac uel potentia, certam tamen exigit conditionem generalem, qua ex exercet hoc, qd est perficere in intellectu obiectiue, & hanc addit uerum supra ens. Non enim quomodolibet perficit intellectus, sicut nec quomodolibet perficit appetitus, nec quomodolibet agit. Vnde inter verum & bonum, quamuis conueniat in hoc, qd utrumq; est obiectum & terminans, &c. hoc interest, qd bonum, obiectum formale uoluntatis, uerum autem conditio nem obiecti formalis significare uideatur. Et propterea, omnis appetitio est appetitio boni formaliter, omnis autem intellectio non est intellectio ueri formaliter, ut in littera dicitur, sed rei uere, ita qd ly rei, notat rem intellectam, & ly ue re conditionem qua res intelligitur. propter quod, rationes esse

uum cu manifestato. Hoc enim est de ratione veri, vt dictum est. Quibus potest dici, qd etiam ens est in rebus & in intellectu sicut & uerum, licet verum principaliter in intellectu, ens uero principaliter in rebus. Et hoc accidit propter hoc, qd verum & ens differunt ratione.

AD 1. dicendum, qd non ens non habet in se vnde cognoscatur, sed cognoscitur, in quantum intellectus facit illud cognoscibile. Vnde verum fundatur in ente, in quantum non ens est quoddam ens rationis, apprehensum. scilicet a ratione.

AD 1. dicendum, qd cum dicitur, qd ens non potest apprehendi sine ratione veri, hoc potest dupliciter intelligi. Vno modo, ita qd non apprehendatur ens, nisi ratio veri allequatur apprehensionem entis. Et sic locutio habet veritatem. Alio modo potest sic intelligi, qd ens non potest apprehendi, nisi apprehenderetur ratio veri. Et hoc falsum est. Sed verum non potest apprehendi, nisi apprehendatur ratio entis, quia ens cadit i ratione veri. Et est simile, sicut si comparemus intelligibile ad ens, no enim potest intelligi ens, quin ens sit intelligibile. Sed tamen potest intelligi ens, ita qd non intelligatur eius intelligibilitas. Et similiter ens intellectus est verum, non tamen intelligendo ens, intelligitur verum.

Scoti in. 1. dist. 3. quaest. 4. uel. 5. quibus impugnat uerum esse proprium obiectum intellectus, non oportet soluere, quoniam de obiecto formali loquuntur, quod in hac littera docetur no esse. Ad opposita igitur dicendum est, quod dicta S. Thom. nec inter se, nec ueritati aduersantur: quoniam no intendit hoc littera, qd ratio ueri consequatur apprehensionem de ueritate rei loquendo, sed quod ratio ueri altat seu assistit apprehensioni, hoc enim intendit per ly allequatur. allequi enim proprie loquendo, non est sequi, sed potius pertinere. Manifeste enim littera ostendit, qd nihil aliud intendit, nisi quod uerum est quando ens intelligitur, & tamen uerum non intelligitur, ut etiam exemplum de intelligibilitate ostendit. Constat enim prius obiectum esse intelligibile quam apprehendatur. Nec propterea ponimus uerum in re, absq; ordine ad intellectum, sed ponimus primo ens, deinde ens ut perfectum intellectus, & tertio intelligibile, quoniam intelligibile est, quia uerum est, & non e conuerso. In hoc autem quod est esse perfectum in intellectu, manifeste patet ordo ad intellectum.



102
Veri. q. 21.
art. 3.

*Li. 1. Phy.
tex. 49. Et
ex Primo
tex. pri. lib.
tom. 2.

*Art. 2. hu-
jus quæst.

Lib. 4. Et
hic cap. 7.
tom. 5.
*Lib. 6. cõ.
Iulianũ ca.
7. tom. 7.

25
26

2
410

IN titulo ly secun-
dum ratione, pro-
prie cadit supra ly
bonum & verum, &
non supra ly prius,
quãuis in idem re-
deat uterque sensus,
si accipiatur priori-
tas rationis fm se,
vt ex responsione ad
primum sumi potest
non quo ad nos tan-
tũ. Est ergo sensus:
vtrum ratio boni sit
prior ratione veri.
¶ In corpore duo.
Primo excluditur ta-
cita objectio con-
tra ipsam quæstio-
nem. Secundo respõ-
detur quæstio.
¶ Quo ad primũ di-
citur, qd licet vtrum-
que horum conuer-
tatur cum ente sup-
posititaliter, distinge-
tur tamen ratione.
Dixit enim hoc, quo-
niam cum ordo sup-
ponat distinctionem
& quæstio hæc est
de ordine boni & ve-
ri, oportet ipsorum
distinctionem præ-
habere. Ex dictis au-
tem hætenus habe-
tur, qd idem sunt bo-
num & verũ, quõd
ens, & consequenter
inter se. Quomodo
ergo nunc queri-
tur de ordine? Hæc
enim objectio per
pauca illa verba in
principio literæ ex-
cluditur, quoniã in
eis declarat qd idẽ-
tas est in supposito
non in ratione for-
mali horum, sed in
hac distinguuntur.
¶ Quo ad secundũ
respondetur quæsi-
to vnica conclusio-
ne. Veri ratio absolu-
te est prior ratione
boni. Probatur dup-
liciter, primo. Verũ
sequitur esse simpli-
citer, & immediate,
bonum autem conse-
quitur esse secundũ
qđ est aliquo modo
perfectum, id est, se-
cundum qđ habet ali-
quo modo rationem
perfectionis, ergo ve-
rum est propinquius
enti quã bonum, ergo
est prius. Ante-
cedens pro secunda
parte probatur, quia
ens est sic appetibile
id est, ens non habet
rationem appetibi-
lis, nisi vt rationem
perfectionis iuduit.

ARTICVLVS IIII.
Vtrum bonum secundum rationem sit prius quã verum.

AD QVARTVM sic proce-
ditur. Videtur, qđ bonum se-
cundum rationem sit prius quã
verũ. Quod enim est vniuersalius
secundum rationem prius est, vt
patet ex primo Phys. * sed bonum,
est vniuersalius quã verum. Nã
verum est quoddam bonum scilicet
intellectus, ergo bonum prius est
fm rationem quã verum.
¶ 2. Præt. Bonum est in rebus, verũ
autem in compositione & diuisione
ne intellectus, vt dictum * est. Sed
ea quæ sunt in re, sunt priora his,
quæ sunt in intellectu. Ergo prius
est fm rationem bonum qđ verum.
¶ 3. Præt. Veritas est quædam spes
civ virtutis, vt patet in 4. Ethic.
¶ Sed virtus continetur sub bono.
Est enim bona qualitas mentis, vt
dicit Aug. * Ergo bonũ est prius,
quã verum.
SED CONTRA, quod est in
pluribus est prius secundum ratio-
nẽ. Sed verum est in quibusdã, in
quibus nõ est bonũ. In Mathema-
ticis. Ergo verũ est prius quã bonũ.
RESPON. Dicendum, qđ licet
bonum & verum supposito con-
uertantur cum ente, tamen ratio-
ne differunt. Et secundum hoc ve-
rum absolute loquendo prius est
quã bonum, quod ex duobus appa-
ret. Primo quidem ex hoc, qđ verũ
propinquius se habet ad ens, quod
est prius, quã bonum. Nam verum re-
spicit ipsum esse simpliciter & im-
mediate, ratio autem boni conse-
quitur esse, fm quod est aliquo mo-
do perfectum, sic enim appetibile
est. Secundo apparet ex hoc, qđ co-
gnitio naturaliter præcedit appeti-
tum. Vnde, cũ verum respiciat co-
gnitionem, bonum autem appeti-
tum, prius erit verum quã bonũ
secundum rationem.
AD PRIMVM ergo dicendum,
quod voluntas & intellectus mu-
tuo se includunt. Nam intellectus
intelligit voluntatem, & voluntas
vult intellectum intelligere. Sic er-
go inter illa, quæ ordinantur ad obie-
ctum voluntatis, cõtinẽtur etiam
ea quæ sunt intellectus, & econ-
uerso. Vnde in ordine appetibiliũ
bonum se habet vt vniuersale, &
verum vt particulare, in ordine au-
tem intelligibiliũ est econuerso.
Ex hoc ergo, quod verũ est quod-
dam bonum: sequitur quod bo-
num sit prius in ordine appetibi-

ARTICVLVS V.
Vtrum Deus sit veritas.

AD QVINTVM sic proce-
ditur. Videtur, quod Deus
non sit veritas. Veritas enim cõfi-
sit in compositione & diuisione
intellectus. Sed in Deo non est
compositio & diuisione. Ergo non
est ibi veritas.
¶ 2. Præt. Veritas secundum Aug.
in lib. de vera relig. est similitudo
principij. Sed Dei non est similitu-
do ad principium. Ergo in Deo nõ
est veritas.
¶ 3. Præt. Quicquid dicit de Deo,
dicitur de eo vt de prima causa om-
nium. Sicut esse Dei est causa om-
nis esse: & bonitas eius est causa
omnis boni. Si ergo in Deo sit veri-
tas, ergo omne verum erit ab ipso.
Sed aliquẽ peccare e verũ, ergo hoc
erit a Deo. Quod patet esse falsum.
SED CONTRA est, qđ dicitur
Io. 14. Ego sum via, veritas & vita.
RESPONDEO Dicendum, qđ
sicut dictum est, veritas inueni-
tur in intellectu secundum qđ ap-
prehẽdit re vt est, & in re fm quod
habet esse cõformabile intellectui.
Hoc autẽ maxime inueniẽt in Deo.
Nam esse suũ, nõ solum est confor-
me suo intellectui, sed etiã est ip-
sum suũ intelligere & suũ intelli-
gere est mensura & causa omnis alte-
rius esse, & ois alterius intellectus,
scilicet esse suũ esse & intelligere.

Quod patet, Tum
quia ens non secun-
dum quancunq; con-
siderationem comi-
tationem boni ratio, vt
patet in Mathe. Tũ
quia omne appetens
appetit perfectionẽ
aliquam. Secunda
quoque consequen-
tia probatur, quia
ens cõstat esse prius
bono, imo primum
simpliciter. Secundo
probatur conclusio.
Verum respicit co-
gnitionem, bonum
autem appetitum, ergo
verum est prius
bono: probatur se-
quela, quia cognitio
naturaliter præcedit
appetitionem.
¶ Super quæstionẽ de
cõmplexa Artic-
ulum sex-
tum.
Titulus clarus.
¶ In corpore
vna conclusio respõ-
sua quæstio. Veri-
tas qua omnia sunt
vera, quodammodo
est vna, & quodam-
modo nõ. Probatur
hæc conclusio, quo ad
vtramq; partẽ simul
hoc modo. Veritas
per prius est in intel-
lectu, & per postẽ-
rius in rebus in ordi-
ne ad intellectũ di-
uinum, ergo veritas
in intellectu existẽs,
fm propriam ratio-
nem multiplicat
& in diuersis intelle-
ctibus creatis, & in
vno & eodem secun-
dum diuersa cog-
nita: veritas autẽ, qua
omnes res veræ dicitur,
ẽ vna ac prima.
Antecedẽs patet ex
dictis. Cõsequen-
tia autẽ quo ad vtrumq;
partis illationẽ pro-
batur ex differentia
inter vniocum & analogum in hoc, quod illud in quolibet vni-
ocato saluatur secundum propriam rationem: istud autem in
primo tantum ponit propriam rationem: in aliis autem funda-
tum ordinem ad primum. Exempla habentur in litera. Quo ad
id vero, quod in secunda parte consequentis implicite clauditur,
quod omnia respiciant veritate intellectus diuini, probatur:
quia illi vniocumque assimilatur secundum suam entitatem.
Et confirmatur prima pars consequentis autoritate glõsæ, vt
patet in litera.
¶ Circa partem primam consequentis, dubium occurrit. Aut il-
la pars. Veritas intellectus multiplicatur, non est in litera proba-
ta nisi autoritate glõsæ: aut veritas inuenitur in vniocum in omni-
bus intellectibus, sicut creatis, vtrumque autem horum est in-
conueniens, ergo. Assumptum probatur. In litera, nulla probatio
est nisi ex differentia inter vniocum & analogum: & ex parte
analogi (vt patet in litera) non infertur multiplicatio, sed ex par-
te vniocum, ergo aut non probatur, aut probatur ex conditione
vniocum, quod multiplicatur ad multiplicationem vniocum.
& sic supponitur veritatem vniocum inueniri in omnibus intellẽ-
ctibus creatis. Quod autem vtrumque horum sit inconueniens,
manifestatur. Et primum quidem, quia in litera post differentia
inter vniocum & analogum, ac applicationem eius ad materia, de
qua est sermo, statim cum nota illationis concluditur, dicen-
do, Si ergo loquamur &c. Secundum autem, quia veritas in intel-
lectu nostro est compositio & diuisione: in intellectu vero angelico
& diuino est simplex intelligentia eminenter, præhabens quic-
quid & nostra simplex intelligentia, & compositio, & diuisione
habet.
¶ Circa eandem quoque partem dubium occurrit, quia videtur
litera implicare. Quoniam si analogum in vno tantum secundum
propriam rationem saluatur, & ex quæst. 13. constat omnia no-
mina communia Deo, & aliis esse analogã, & consequenter veri-
tatem analogice inueniri in intellectu diuino & aliis intellectu-
bus, sequitur qđ in multis intellectibus non sunt multe verita-
tes, sed omnes intellectus sunt veri vna sola veritate, scilicet in-

103
1. 2. q. 21.
art. 3.
7. cõ. 2.
93. art. 2.
3. art. 2.
27. art. 4.
& 1. cõ. 2.
59. & 60.
& 61. cõ. 2.
3. cap. 1.
opul. 1.
109. q. 1.
14. l. 1. cõ. 2.
15. l. 1. cõ. 2.
relig. 1.
100. q. 1.

Art. 11.
ius quæst.

109
1. 2. q. 21.
art. 3.
7. cõ. 2.
93. art. 2.
3. art. 2.
27. art. 4.
& 1. cõ. 2.
59. & 60.
& 61. cõ. 2.
3. cap. 1.
opul. 1.
109. q. 1.
14. l. 1. cõ. 2.
15. l. 1. cõ. 2.
relig. 1.
100. q. 1.

Art. 11.
ius quæst.

quod est suum esse, sequitur, ergo est ipsa veritas rei. Ex eo autẽ
quod est suum intelligere, sequitur, ergo est ipsa veritas in intel-
lectu. Quo ad quartam autem particulam, probatio non specia-
liter affertur, sed ex insertis in præcedentibus habetur. Ex eo nã
que quod suum esse & intelligere, habet rationem primã men-
suræ, & causæ ois ef-
fectus, & intellectus, ma-
nifeste sequitur, qđ
quæ illic est veritas,
summa & prima est.
Vnde sequitur, qđ non solum in ip-
so sit veritas, sed qđ ipse sit ipsa sum-
ma & prima veritas.
AD PRIMVM ergo dicendũ, qđ
licet in intellectu diuino nõ sit cõ-
positio & diuisione, tamen secundũ
suam simplicem intelligentiam iũ
dicat de oibus, & cognoscit om-
nia complexa. Et sic in intellectu
eius est veritas.
AD II. dicendum, qđ verum
intellectus nostri est fm qđ cõnfor-
matur suo principio. s. rebus, a qui-
bus cognitionem accipit. Veritas
etiam rerum est, secundũ qđ confor-
matur suo principio. scilicet in-
tellectui diuino. sed hoc, proprie
loquẽdo, non potest dici in verita-
te diuina, nisi forte secundũ quod
veritas appropriatur filio, qui ha-
bet principium. Sed si de veritate
essentialiter dicta loquamur, non
potest intelligi, nisi resoluatur af-
firmatiua in negatiua, sicut cum
dicitur, Pater est a se, quia non est
ab alio. Et similiter dici potest si-
militer principij veritas diuina,
inquantum esse suum non est suo
intellectui dissimile.
AD III. dicendum, qđ non
ens, & priuationes, non habent ex
seipsis veritatem, sed solum in ap-

prehenfione intellectus. Omnis
autem apprehensio intellectus a
Deo est: unde quicquid est verita-
tis in hoc, quod dico, istum forni-
cari est verum, totum est a Deo. Sed
si arguatur, ergo istũ fornicari est
a Deo, est fallacia accidentis.
ARTICVLVS VI.
*Vtrum sit vna sola veritas, secundum
quam omnia sunt vera.*
AD SEXTVM sic procedi-
tur. Videtur qđ vna sola sit
veritas, fm quã omnia sunt vera:
quia secundum Aug. Nihil est
maius mente humana, nisi Deus
Sed veritas est maior mente huma-
na, alioquin mens iudicaret de ve-
ritate: nunc autem omnia iudicat
secundum veritatem, & non fm
seipsam. Ergo solus Deus est veri-
tas. ergo nõ est alia veritas quã Deus.
¶ 2. Præt. Ansel. dicit in 1. lib. de ve-
ritate, qđ sicut tempus se habet ad
temporalia, ita veritas ad res ve-
ras: sed vnum est tempus omnium
temporalium, ergo vna est veritas,
qua omnia vera sunt.
SED CONTRA est, qđ in Psal.
1. dicitur. Diminutæ sunt verita-
tes a filiis hominum.
duo clauduntur, scilicet prædicari formaliter de vniocatis, &
prædicari de eis secundum eandem omnino rationem formalem,
vt patet in animali respectu bonis & leonis. Multiplicatio autẽ
eius ad multiplicationem subiectorum, non conuenit ei: ex secũ-
do, quoniam ipsi soli conueniret, quod constat esse falsum: sed
conuenit ei ex primo, in quo communicatur cum aliquibus non
vniocis. Vnde cum in proposito sit sermo de vniocis, inquantũ
multiplicatur ad multiplicationem subiectorum, consequens est
quod propositio, in cuius virtute tenet sequela quo ad primam
partem, non est ista, Vniocum multiplicatur ad multiplicatio-
nem vniocorum, sed ista communior, & clausa in prædicta,
Prædicatum formaliter multiplicatur ad multiplicationem sub-
iectorum. Et tunc concedo, qđ subsumi intelligitur, qđ veritas sit
formaliter prædicatum respectu intellectus, & sic infertur: ergo
veritas multiplicatur ad multiplicationem intellectuum, immo
intellectorum, siue in vno, siue in diuersis intellectibus. Meminit
autem litera potius vniocum, quã prædicati formaliter, vt a no-
tionibus traditur disciplina.
¶ Ad secundam vero dubitationem dicitur, quod illa regula de
analogo tradita in litera, non est vniuersalis de omni analogia,
modo, imo proprie loquẽdo, vt patet primo Ethicõ: nulli ana-
logo conuenit, sed conuenit nominibus ad vnum vel in uno,
aut ab vno que nos abusus vocamus analogã. Veritas autem, si
comparetur ad res & intellectus, est nomen ab vno, quoniam in
intellectu solo est veritas, a qua res dicuntur vera. Si vero com-
paretur ad intellectus inter se, sic est nomen analogum. Nam
proportionaliter saluatur, formaliter tamen in quolibet intellẽ-
ctu cognoscente verum. Esse ergo nomen aliquid secundum pro-
priam rationem in vno tantum, est conditio nominum quæ sunt
ad vnum, aut ab vno &c. & non nominum proportionaliter dic-
torum. Veritas autem respectu intellectus diuini & aliorum,
proportionale nomen est: & ideo nõ sequitur quod in solo Deo
sit. Nam enim dictum est in solutione primi dubij, quod omni
prædicato formaliter de pluribus, conuenit plurificari ad pluri-
ficationẽ subiectorum, siue illud sit vniocum, vt animal, siue propor-
tionale,
Prima S. Tho. K 2

tellectus diuini, & econuerso, si veritas multiplicatur ad multi-
plicationem intellectuum verorum, ergo non per prius & postẽ-
rius dicitur de eis, quia quod per prius & postẽrius dicitur, in
vno tantum formaliter inuenitur, vt litera sonat.
¶ Circa secundam quoque partem consequentis dubium oc-
currit. Quia cum di-
citur, omnia esse ve-
ra veritate diuina, lo-
quẽdo de veritate
rei: aut intelligitur
secundum denomi-
nationem extrinse-
cam, aut intrinsecã:
non intrinsecã, vt
patet, ergo extrinse-
cam, & si sic, ergo res
aut non sunt vere
formaliter, quod est
inconueniens, quia
vnaquæque res ha-
bet in se propriam
veritatem rei, quã di-
citur vera, vt patet
de sensu respectu p-
rii sensibilis, aut
sunt vere vtroque
modo, sicut in q. de
bono dictum est, qđ
omnia sunt bona bo-
nitate diuina exem-
plariter, finaliter, &
effectiue, & tamen
cum hoc sunt boni-
tatis propriis for-
maliter bonæ. & si
sic, ergo non sunt ve-
re sola veritate di-
uina.
¶ Ad primam dubi-
tationem dicitur ne-
gando disinctionem
illam, quoniam da-
tur tertius modus
exponendi literam.
Ad cuius euiden-
tiam scito, qđ in vni-
uoca prædicatione
inter vniocum & analogum in hoc, quod illud in quolibet vni-
ocato saluatur secundum propriam rationem: istud autem in
primo tantum ponit propriam rationem: in aliis autem funda-
tum ordinem ad primum. Exempla habentur in litera. Quo ad
id vero, quod in secunda parte consequentis implicite clauditur,
quod omnia respiciant veritate intellectus diuini, probatur:
Secundum autem dubium est, quod ibi dicitur, hanc esse falsam. Deus non generat. Contra hoc, multa habes argumenta apud Capreolum in 1. di. 4. q. 1. ar. 2. quod oportet soluere. Aureolus ergo arguit primo sic. In ista, Deus non generat, ly Deus stat pro natura, ut tu dicis, ergo est vera, probatur sequela, quia natura non generat, ut patet Extra de summa trinitate. Praeterea, non generat est notionale, ergo contrahit ly Deus ad standum pro persona. Antecedens probat, quia affirmatio & negatio sunt eiusdem generis. Praeterea, Deus non generat & ois Deus generat, sunt contradictoriae, ergo supponit pro eis, sed ista dicitur supponit pro persona, ergo & prima. Deinde arguit Durandus & Greg. de Arim. quod de virtute sermonis vera est haec propositio, quauis pro erroris periculum a magistris non acceptet. Durandus quod dicitur sic: Deo praedicitur oia quae de personis diuinis verificantur, sed non generare verificat de duabus personis, ergo. Praeterea, Deus naturam est singularis, in vero supposita pluraliter, ergo respectu praedicatoris essentialium, habet vim termini singularis, respectu vero personarum, habet vim termini compositi, ut patet, quod dicitur, Deus est generans, Deus est genitus, & verificat pro distinctis suppositis, ergo & consequentia seu concomitantia, generat & non generat, similiter verificari oportet, Gregorius autem sic ista

Li. 1. de tri. c. 1. ante mediu tom. 3.

est

est indefinita, & habet duas singulares veras, sicut & ista persona diuina non generat, quam constat esse simul veram cum altera indefinita, scilicet persona diuina generat, ergo non est falsa. ¶ Tertium dubium est circa rationem literam, scilicet quod cum dicitur, Deus non generat, datur intelligi, quod generatio repugnat diuinae naturae. Hoc enim inquit Aureolus, non est verum, quoniam ex negatione alicuius ab aliqua natura, non sequitur repugnantia: stat enim quod abstrahat. ¶ Ad euidentiā huius notandum est diligentissime, quod inter Deum & ceteras substantias hoc interest, quod in reliquis haec duo scilicet naturam & habens naturam, oportet sic se habere, vt habens naturam sit suppositum. Natura vero sit ipsa essentia: in Deo autē habens naturam dupliciter inuenitur, scilicet suppositum, vt pater vel filius, & singulare, i. hic Deus. Itaque in diuinis consideranda sunt tria, scilicet essentia, hic Deus, & supposita diuina, scilicet pater & filius & spiritus sanctus. In reliquis autem duo tantum inueniuntur, puta humanitas & sor. non enim hic homo est aliud quam sortes. Hic tamen Deus est pater & filius & spiritus sanctus, & generat & generatus & cetera de quo scriptum est Exod. 15. Iste Deus meus, & glorificabo eum, vt in calce vltimi articuli huius questionis S. Th. exponit. Est autem ratio diuersitatis, quia natura diuina ex se ipsa subsistit, nec mendicat subsistentiam a suppositis, immo confortat eam illis. Reliquae autem naturae non subsistunt nisi in supposito. Cum autem naturalissimum sit cuique termino concreto, supponere pro habente significatam formam, consequens est, quod Deus primo supponat pro hoc Deo. Et quia hic Deus significat singulare naturae diuinae, ideo dicitur, quod pro natura in concreto, et quia hoc singulare est commune tribus suppositis, ideo quandoque dicitur quod pro personis indistincte. Et quia est idē cuiuslibet supposito, & concrete significatur, ideo potest stare pro singulis personis. Ex hoc autem fundamento singillatim respondendo & inchoando a primo dubio, in responsione ad tertium, propter ordinem doctrinae dicitur, quod inter Deum & hominem in supponendo, differentia attenditur, quo ad suppositionem pro personis indeterminate. Et stat differentia in hoc, quod Deus sine aliquo adiuncto reddit propositionem singularem: quoniam supponit pro hoc Deo communi in rem tribus personis, homo vero sine aliquo adiuncto constituit propositionem indefinitam, quoniam supponit personaliter, quamuis indeterminate. Et contra, homo ex adiuncto constituit propositionem singularem, cum habet suppositionem simplicem vt puta, homo est species. Deus vero ex adiuncto constituit propositionem indefinitam supponendo personaliter. Et

oritur hoc, vt in litera dicitur, ex hoc, quod inuenitur hic Deus in rerum natura tribus personis communis, non autem hic homo. Nec repugnat haec dicitis in corpore, vt secunda ratio obieciat, quoniam in corpore articuli de potentia ad supponendum personaliter, fuit sermo. Et dictum est, quod potest ex modo significandi supponere pro persona, sicut & homo. In responsione autem ad tertium, est sermo de modo reductionis potentiae ad actum. Et dicitur quod ly Deus, cum posuit ex se supponere pro essentia, i. pro hoc Deo & pro persona, i. pro patre & filio & spiritu sancto, ad supponendum actualiter pro hoc Deo non eget reducendo: ad supponendum vero pro personis reducitur per aliquod adiunctum. In homine vero, in cuius significatio non inuenitur vnū commune, nisi vt subest intellectui, contra accidit reductio. Vnde nulla est repugnantia inter dicta. ¶ Ad primum autem dubium in corpore articuli motū, breuiter ex dicitis patet responsio, neganda est in sequentia, supponit pro habente deitatem, ergo pro persona: stat enim quod supponat pro hoc Deo. Nec approbo quod alii sentire videntur de mente San. Thome, quod semper Deus stat pro persona distincte, vel indistincte, vel indistincte. Tum quia in presenti litera expressē distinguitur, quando Deus stat pro personis etiam omnibus, & quando stat pro essentia. Tum quia aliter non saluatur differentia posita in litera in responsione ad tertium. Tum quia in ista: Deus non generat, si ly Deus, statet pro personis indistincte, esset vera, vt ipse indefinita. Tum quia in ista, Deus est pater & filius & spiritus sanctus, seu trinitas, ly Deus non stat pro supposito vt in articulo 6. litera contra Porretanum dicit: sed pro vna numero re communi. Nec obstat si quandoque supponendo pro natura dicitur, etiam supponere pro personis indistincte. Hoc enim concomitantē intelligendum est. Primo enim pro natura in concreto supponit. Et quia etiam verificatur pro personis aliquando praedicatum, ideo supponere pro personis indistincte, tunc, secundario tamen, acceptari potest. ¶ Ad secundum autem dubium in corpore motum, iam patet quod arguens deceptus est, intelligens pro essentia essentiam in abstracto, cum tamen author intelligat de essentia in concreto, cum dicit, quod in ista, Deus creat, ly Deus supponit pro natura, stat enim secundum veritatem pro hoc Deo vnico singulari, communi tribus suppositis. Et propterea creationis actio ratione illius omnibus suppositis conuenit. Nec est verum, quod actiones sint suppositorum vniuersaliter: sed singularium substantium, quales est hic Deus, & nihil refert non abstrahere a suppositis huiusmodi actiones, vt de se patet. ¶ Ad

Ad tertium autem dubium ibidem motum dicitur, quod vt iam ex dicitis patet, non repugnat: immo quandoque vnū sequitur ad alterum, Deum supponere pro natura & pro omnibus personis, quamuis differenter vt dictum est. Vnde, licet in vtraque istarum, scilicet, Deus creat, & si li Deo honor & gloria, Deus verificetur & pro hoc Deo, & pro trinitate: quia tamen August. de trinitate excludit suam exponit, vt in quodam 31. habitum est: ideo hanc in exemplum allatum puto. oportet autē distingui hoc membrum contra primum, quia primum separatur ab eo: stat enim Deus quandoque pro natura, & non pro aliquo supposito, vt dictum est. ¶ Ad secundum autem dubium motū in responsione ad tertium circa veritatem istius: Deus non generat, ex fundamentum iam dicto respondetur. Et ad primum quidem Aureol. iam patet, quod aequiuecat de natura: quoniam nos dicimus, quod stat pro natura in concreto, id est pro hoc Deo, de quo falsum est dicere, non generat: quamuis verificetur de deitate. Ad secundum vero negatur, quod non generare sit notionale: quoniam ad esse notionale requirit quod sit aliquid speciale, non generare autem est commune, cum conueniat etiam naturae. Nec ex hoc, quod negatio & affirmatio sunt eiusdem generis sequitur, quod non generare sit notionale: quoniam illud intelligitur de genere rei, non autem in genere principii cognoscendi. Non enim affirmatio est propria ratio cognoscendi aliquid, sequitur quod negatio sit propria ratio cognoscendi aliquid aliud speciale, cum negatio verificetur tam de ente, quam de non ente. Notionale autem propria ratio cognoscendi notare patet ex dicitis. ¶ Ad tertium vero dicitur, quod quamuis nefas sit dicere, omnis Deus: quoniam vnus numero tantum est: respondendo tamen, negatur, quod in ly omnis Deus, ly Deus stat pro supposito: quoniam non potest distingere nisi pro indiuiduis deitatis: quod constat vni tū. Et si tu accipis ea pro suppositis, non sunt contradictoria.

Ad argumenta autem Durandi & Gregorii breuiter dicitur, quod conuenientia personis sunt duplicia: quaedam propria suppositis: vt generare & generari, & similia. Et quaedam communia suppositis & naturis, vt distingui, non generare, & similia. Inter quae tantum differunt: quod propria trahunt terminos ad standū suppositaliter, eo quia propria suppositis sunt: Communia autē, quia communia sunt: non contrahunt. Et ex hoc sequitur alia differentia, scilicet, quod propria praedicant personis, praedicant etiam de concretis substantialibus: Ex eo em, quod trahit illa ad supponendum personaliter nihil significant personale determinare essentiam, sed tantum supposita. Communia vero, quamuis verificata de personis, non praedicantur de concretis substantialibus, ex eo enim, quod non contrahunt ipsa, significarent personam, lia conuenire essentiae. Et propterea, quamuis concedatur: pater distinguitur realiter a filio, non tamē ista: Deus distinguitur realiter a Deo. Et ex hoc patet ad argumenta: tamen Durandi & Gregorii: vt ergo fundat sup hoc, quod quicquid praedicatur alicui personae, potest supponere pro illo. Sed essentia diuina est pater. Ergo essentia potest supponere pro persona patris. Et sic essentia generat. ¶ 5 Præ. Essentia est res generans, quia est pater, qui est generans. Si igitur essentia non sit generans, erit essentia res generans, & non generans: quod est impossibile. ¶ 6 Præ. Augusti. dicit in 4. de Trinitate. Pater est principium totius deitatis: sed non est principium nisi generando vel spirando. Ergo pater generat vel spirat deitatem. SED CONTRA est, quod Augustin. dicit in 1. de Trinitate, quod nulla res generat seipsam. Sed si essentia generat essentiam, non generat nisi seipsam, cum nihil sit in Deo, quod distinguatur a diuina essentia. Ergo essentia non generat essentiam. ¶ In Corpore duo facit. Præ. refert errorem Abbatis Ioachim. Secundo dicitur. ¶ Quo ad primum: Abbas Ioachim, vt patet in principio Decretalium; tenuit partem affirmatiuam: & fundamentum eius erat diuina simplicitas, cum autoritate Augustini male intellecta. ¶ Quo ad secundum, conclusio responsiva est negatiua, sicut Prima S. Tho. s. licet

243 184

465

Le. quid. ad. Maximum. mediū. q. 66. pau. la. ante. me. num. 10. 1.

D. 36.

101

q. 1. 2.

D. 91.

art. 12.

¶ Ad

Lib. 2. per. her. ex. c. v. l. tom. 1.

206 1. d. i. s. t. i. n. 5. q. 1. artic. 1.

Li. 7. de. tri. c. 1. circa. f. & cap. 2. in. prin. to. 3.

¶ 2. ar. 3. & 4.

¶ Ar. præce.

Li. 4. de. tri. c. 20. decli. nado. ad. fi. nē. to. 3.

¶ Li. 1. de. tri. ni. c. r. ante. med. to. 3.

¶ In Corpore. ¶ In Corpore duo facit. Præ. refert errorem Abbatis Ioachim. Secundo dicitur. ¶ Quo ad primum: Abbas Ioachim, vt patet in principio Decretalium; tenuit partem affirmatiuam: & fundamentum eius erat diuina simplicitas, cum autoritate Augustini male intellecta. ¶ Quo ad secundum, conclusio responsiva est negatiua, sicut Prima S. Tho. s. licet

licet, qd hmoi nomina abstracta non possunt supponere pro personis. Et probatur ad veritatem propositionu oportet seruari & rem significati & modu significati: sed Deo & deitas hnt diuersos modos significandi, ergo &c. litera. n. plana est. Et addit confirmatio ducens ad inconueniens: qd si de hmoi abstractis dicerentur personalia, significaretur distinctio in ipsis.

Art. præc.

Ar. præc.

D. 436.

b

208
216
b

Super questionis trigesima nona articulum sextum.

Titulus clarus. In corpore vna conclusio habet duas partes: & est hæc: nota ta personalia qua notionalia si sunt adiectiua, no predicantur de essentia, si vero substantiua, predicantur de ea. Et quo ad primam quid parte est satis probata relinquitur ex precedenti articulo. Quo ad secundam vero, manifestatur ex reali dentitate inter essentiam & personas singulas

RESPON. Dicendum, quod circa hoc errauit Abbas Ioachim, asserens quod sicut dicitur, Deus genuit Deum: ita potest dici, quod essentia genuit essentiam, considerans quod propter diuinam simplicitatem non est alius Deus, quam diuina essentia. Sed in hoc deceptus fuit, quia ad veritatem locutionu, non solum oportet considerare res significatas, sed etiam modum significandi, vt dictum est. Licet autem secundum rem, sit idem Deus, quod deitas, non tamen est idem modus significandi, vtrobique. Nam hoc nomen, Deus, quia significat diuinam essentiam, vt in habente, ex modo suæ significationis naturaliter habet, quod possit supponere pro persona. Et sic ea que sunt propria personarum, possunt predicari de hoc nomine, Deus, vt dicat, qd Deus est genitus, vel generans, sicut dictum est. Sed hoc nomen, Essentia, non habet ex modo suæ significationis quod supponat pro persona: quia significat essentiam, vt formam abstractam. Et ideo ea que sunt propria personarum, quibus ab inuicem distinguuntur, non possunt essentia attribui. Significaretur enim qd esset distinctio in essentia diuina, sicut est distinctio in suppositis.

AD PRIMUM ergo dicendum, qd ad exprimendam vnitatem essentie, & personarum, sancti doctores aliquando expressius locuti sunt, qd proprietates locutionis patiantur. Vnde de huiusmodi locutiones non sunt extendenda, sed exponenda, vt si nomina abstracta exponantur per concreta, vel etiam per nomina personalia: vt cum dicitur, Essentia de, essentia, vel Sapientia de sapientia, sit sensus. Filius, qui est essentia & sapientia, est de patre, qui est essentia & sapientia. In his tamen nominibus abstractis est quidam ordo attendendus: quia ea que pertinent ad actum, magis propinque se habent ad personam, quia actus sunt suppositorum. Vnde minus impropria est ista, Natura de natura, vel Sapientia de sapientia, quam Essentia de essentia.

AD 2m dicendum, quod in creaturis, generatum non accipit naturam eandem numero quam generans habet, sed aliam numero, que incipit in eo esse per generationem de nouo, & desinit esse per corruptionem: & ideo generatur & corrumpitur per accidens. Sed Deus genitus eandem naturam numero accipit, quam generans habet. Et ideo natura diuina in filio non

generatur, neque per se, neque per accidens. AD 3m dicendum, qd licet Deus, & diuina essentia sint idem secundum rem, tamen ratione alterius modi significandi, oportet loqui diuersimode de vtroque. AD 4m dicendum, qd essentia diuina predicatur de patre per modum identitatis, propter diuinam simplicitatem: nec tamen sequitur qd possit supponere pro patre, propter diuersum modum significandi. Ratio autem procederet in illis, quorum vnus predicatur de altero: sicut vnuer sale de particulari.

AD 5m dicendum, qd hæc est adia: inter nomina substantiua, & adiectiua: quia nomina substantiua ferunt suum suppositum, adiectiua vero non, sed rem significatam ponunt circa substantiuum. Vnde sophista dicit, quod nomina substantiua supponunt, adiectiua vero non supponunt, sed copulant. Nomina igitur personalia substantiua possunt de essentia predicari pro identitate rei. Neque sequitur, qd proprietates personales, distinctam determinent essentiam: sed ponitur circa suppositum importatum per nomen substantiuum. Sed notionalia, & personalia adiectiua, non possunt predicari de essentia, nisi aliquo substantiuo adiuncto. Vnde non possumus dicere quod essentia est generans, vel Deus generans: si res, & Deus supponant pro persona, non autem si supponant pro essentia. Vnde non est contradictio, si dicatur quod essentia est res generans; & res non generans: quia primo res tenetur pro personis, secundo pro essentia.

AD 6m dicendum, qd deitas, in quantum est vna in pluribus suppositis, habet quandam conuenientiam cum forma nominis collectiui. Vnde cum dicitur Pater est principium totius deitatis, potest sumi pro vnueritate personarum, in quantum, sicut in omnibus personis diuinis ipse est principium. Nec oportet quod sit principium simpliciter: sicut aliquis de populo dicitur Rector totius populi, non tamen simpliciter. Vel potest dici, qd est principium totius deitatis, non quia eam generet & spirat: sed quia eam generando, & spirando communicat.

ARTICVLVS VI.

Utrum personarum possint predicari de nominibus essentialibus.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quod personarum non possint predicari de nominibus essentialibus concretis, vt dicat, Deus est tres personarum, vel est trinitas. Hæc enim est falsa, Homo est omnis homo: quia pro nullo suppositorum verificari potest. Neque enim Sor. est omnis homo, neque Plato, neque aliquis alius. Sed similiter ista, Deus est trinitas, pro nullo suppositorum nature diuine verificari potest. Neque enim pater est trinitas, neque filius, neque spiritus sanctus, ergo hæc est falsa, Deus est trinitas.

2 Præc. Inferiora non predicantur de suis superioribus, nisi accidentali predicatione: vt cum dico, Animal est homo: accidit enim animali esse hominem. Sed hoc nomen, Deus, se habet ad tres personas, sicut commune ad inferiora, vt Damasc. dicit. Ergo videtur quod nomina personarum non possint predicari de hoc nomine, Deus, nisi accidentaliter.

& omnes, & hoc respectu essentie tam in abstracto quam in concreto. Ita quod vtraque est veritas: essentia est tres personarum, & Deus est tres personarum, vt clare patet in litera. Et aduerte qd id qd dicitur de substantiis, licet verificetur respectu essentie, tamen in abstracto qd in concreto: qd tamen dicitur est de adiectiuis in prima parte conclusionis respectu essentie in abstracto, tantum intelligas eoque id est iudicium de adiectiuis: & ver

110
b

D. 666

207
1. d. 4
2. d. 2.

Li. 3. c. 4. ad ca. p. 1.

Art. præc.

Art. præc.

Art. præc.

D. 103

D. 13

208
1. d. 1. q. 1. c. 1.

Art. præc.

Super questionis trigesima nona articulum septimum.

In titulo, appropriari non significat proprium fieri, quod essentialia nullo modo possunt fieri propria, sed significat accomodari & adaptari, ut consueuerat

his, ac per hoc de quo verificatur quod generat, verificatur etiam quod est generans, & de quo negatur vnus, negatur alius. Et iam patet ex dictis: quantum hæc differant, respectu concreti & abstracti substantialis.

In responsione ad secundum, dubium occurrit: quoniam expressum est in q. 8. de potentia Dei art. 2. ad 6. auctor dicit non esse predicationem per se, cum paternitas predicatur de essentia: immo ibi incidere sophistica accidentis. hic autem dicit qd hæc est per se, & nullo modo per accidens, Pater est Deus. Et potest augeri dubitatio simpliciter: sed quoniam vnico verbo difficultas enacuat, pertraseo distinguendo, qd predicatio per se est duplex: quædam identica, & quædam formalis. Inter quædam tatum distat, qd identica per se non vocatur absolute per se, sed cum determinatione, scilicet per se identica, illa autem simpliciter vocatur per se: cum autem verborum dicantur huiusmodi propositiones identice, salua veritate, potest iudicari, quod non sunt per se: quia non formales, vt ibi exponit. Et dicit, qd sunt per se in latitudine identice, vt hic innuitur, & in principio responsionis & in introitu tendit namque qd non accidit Deo esse patrem: cum tamen accidat anima identificari homini. Est ergo nullo modo per accidens quo ad identitatem. Et tamen interuenit fallacia accidentis, quo ad formalitatem. Et sic omnia consonant: & euacuantur argumenta de predicationibus formulis & directis, & per se iuxta modos positos in libris posteriori: nihil enim horum identice predicacionem molestat, proprie loquendo.

AD PRIMUM ergo dicendum, qd (sicut supra dictum est) hoc nomen homo per se habet supponere pro persona, sed ex adiuncto habet qd ster per natura cõi. Et id hæc est falsa; homo est omnis homo: quia pro nullo supposito verificari potest. Sed hoc nomen Deus per se habet, & ster per essentia. Vnde licet pro nullo suppositorum diuine nature hæc sit vera, Deus est trinitas, est tamen vera per essentia, quod non attendes Porretanus, eam negauit.

AD 2m dicendum, qd dicitur, Deus vel diuina essentia est pater, est predicatio per identitatem, non autem sicut inferioris de superiori: quia in diuinis non est vnuer sale & lingulare. Vnde dicitur est per se ista, pater est Deus, ita & ista, Deus est pater: & nullo modo per accidens.

ARTICVLVS VII.

Utrum nomina essentialia sint approprianda personis.

AD SEPTIMUM sic proceditur. Videtur, quod nomina essentialia non sint approprianda personis. Quod enim potest verge re in errorem fidei, vitandum est in diuinis: quia vt Hierony. dicit, ex verbis inordinate prolatis incurritur hæresis. Sed ea que sunt communia tribus personis appropriare alicui, potest verge re in errorem fidei: quia potest intelligi qd vel illi tantum personarum conueniant cui appropriantur, vel quod magis conueniant ei quam alijs. Ergo essentialia attributa non sunt approprianda personis.

2 Præc. Essentialia attributa in abstracto significata, significant per modum formæ, sed vna persona

doctores facere, attribuentes sapientiam filio, quia est verbum & c. In corpore duo faciunt. Primo respondet quæsto affirmatiue vni ca cõclusionem. Conueniens fuit ad manifestationem fidei essentialia appropriari personis, Et probatur breuiter sic: trinitas, quæuis indemonstrabilis, est tamen notificabilis per magis manifestata nobis: ergo conuenit ipsam manifestari per essentialia: ergo essentialia conueniunt appropriari personis. Prima consequentia probatur dupliciter: primo, quia essentialia possunt ratione naturali cognosci: personales autem proprietates non. Secundo, ex simili, sicut per sona manifestat per similitudinem vestigii vel imaginis, ita per essentialia. Secunda autem sequela declaratur, quia appropriatio in proposito nihil aliud est quam manifestatio personarum per essentialia attributa. Sed contra est, quod Apostolus dicit 1. Cor. 1. Christum Dei virtutem & Dei sapientiam.

RESPON. Dicendum, quod ad manifestationem fidei, conueniens fuit essentialia attributa personis appropriari. Licet enim trinitas personarum demonstratione probari non possit (vt supra dictum est) conuenit tamen, vt per aliqua magis manifesta declaratur. Essentialia vero attributa sunt nobis magis manifesta secundum rationem, quam propria personarum: quia ex creaturis ex quibus cognitionem accipimus, possumus per certitudinem deuenire in cognitionem essentialium attributorum, non autem in cognitionem personarum proprietatum, vt supra dictum est. Sicut igitur similitudine vestigii vel imaginis in creaturis inuenta, vtinam ad manifestationem diuinarum personarum, ita & essentialibus attributis. Et hæc manifestatio personarum per essentialia attributa, appropriatio nominatur. Pater autem manifestari personarum diuinarum per essentialia attributa dupliciter. Vno modo per viam similitudinis, sicut ea que pertinent ad intellectum, appropriantur filio, qui procedit per modum intellectus, vt verbum. Alio modo per modum dissimilitudinis: sicut potentia appropriatur patri (vt Aug. dicit) quia apud nos patres solent esse propter senectutem infirmi, ne tale aliquid suspicemur in Deo.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod essentia attributa, non sic appropriantur personis, vt eis esse propria asserantur, sed ad manifestandum personarum per viam similitudinis, vel dissimilitudinis: vt dictum est. Vnde nullus error fidei sequitur, sed magis manifestatio veritatis. AD 2m dicendum, quod si sic appropriarentur essentialia attributa personis, quod essent eis propria, sequeretur, quod vna persona se haberet ad aliam in habitu formæ. Quod excludit Aug. in 6. de trinit. ostendens, quod pater non est sapientia quam genuit, quasi solus filius sit sapientia, vt sic pater & filius simul tantum possint dici sapientia, non autem pater sine filio. Sed filius dicitur sapientia patris, quia est sapientia de patre sapientia. Vterque enim per se est sapientia, & simul ambo vna sapientia. Vnde pater non est sapiens sapientia quam genuit, sed sapientia quæ est sua essentia.

AD 2m dicendum, quod si sic appropriarentur essentialia attributa personis, quod essent eis propria, sequeretur, quod vna persona se haberet ad aliam in habitu formæ. Quod excludit Aug. in 6. de trinit. ostendens, quod pater non est sapientia quam genuit, quasi solus filius sit sapientia, vt sic pater & filius simul tantum possint dici sapientia, non autem pater sine filio. Sed filius dicitur sapientia patris, quia est sapientia de patre sapientia. Vterque enim per se est sapientia, & simul ambo vna sapientia. Vnde pater non est sapiens sapientia quam genuit, sed sapientia quæ est sua essentia.

AD 2m dicendum, quod si sic appropriarentur essentialia attributa personis, quod essent eis propria, sequeretur, quod vna persona se haberet ad aliam in habitu formæ. Quod excludit Aug. in 6. de trinit. ostendens, quod pater non est sapientia quam genuit, quasi solus filius sit sapientia, vt sic pater & filius simul tantum possint dici sapientia, non autem pater sine filio. Sed filius dicitur sapientia patris, quia est sapientia de patre sapientia. Vterque enim per se est sapientia, & simul ambo vna sapientia. Vnde pater non est sapiens sapientia quam genuit, sed sapientia quæ est sua essentia.

sta nobis: ergo conuenit ipsam manifestari per essentialia: ergo essentialia conueniunt appropriari personis. Prima consequentia probatur dupliciter: primo, quia essentialia possunt ratione naturali cognosci: personales autem proprietates non. Secundo, ex simili, sicut per sona manifestat per similitudinem vestigii vel imaginis, ita per essentialia. Secunda autem sequela declaratur, quia appropriatio in proposito nihil aliud est quam manifestatio personarum per essentialia attributa. Sed contra est, quod Apostolus dicit 1. Cor. 1. Christum Dei virtutem & Dei sapientiam.

Q. 32. ad 1.

Q. 32. ad 1.

In corp. ar.

Li. 6. de tri. c. 2. ad i. c. 3.

Super Questionis vigesima Ar sculum ostentum.

Teul' valde am plus est, compre hendit enim qones de tot appropriatis, quot arguendo tan guntur: quæ omnia in scriptura tradita contineri videntur. In corpore nihil addendum puto, quoniã distinctus, ordinatus, forma tus facileque intel ligibilis ex se est. Vñ lectione, potius, q' expositione eget.

209

1. di. 3. q. 1. arti. vnico. Et ibidē q. 3. arti. 1. & dicitur q. 2. ar. vnico. Aug. lib. 6. de Trin. c. 10. Lib. 2. de Trin. paulo post princ. q. 25. ar. 2. q. 38. ar. 2.

Li. 1. c. 5. in fine to. 3.

Ar. p'ced. ad 2. & q. 37. ar. 2. ar. 4. 1.

Li. 6. de tri. cap. 10. in fine illius. tom. 3.

Glofa ordi naria ibi. * Glofa in terlineas ibidem. † Cap. 26. post mediū illius. to. 1.

Ad 3^m dicendum, quod licet es sentiale attributum secundum rationem propriam sit prius quam persona secundum modum intelli gendi: tamen in quantum habet ra tionem appropriati, nihil phibet p'rium personæ, esse prius quam appropriatum. Sicut color poste rior est corpore, in quantum est corpus: prius tamen est naturali ter corpore albo, in quantum est albu.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum conuenienter a sacris doctoribus sint essentialia personis attributa.

AD OCTAVVM sic proce ditur. Vñ, q' incouenienter a sacris doctoribus sint essentialia, personis attributa. Dicit enim Hil. in 2. de Trin. * Aternitas est in patre, species in imagine, vsus in munere. In quibus verbis ponit tria nomina, p'ria personarum. I. nomen p'ris, & nomen imaginis, quod est p'rium filio (vt supra dictum est †) & nomen muneris siue donum, quod est p'rium spiritus. (vt supra habitū est. *) Ponit etiã tria appropriata. Nam aternitatem appropriat patri, speciem filio, vsus spiritus. Et vñ, q' irrationabiliter. Nam aternitas importat durationem essendi, species vero est essendi principium, vsus vero ad operationē pertinere videtur. Sed essentia & operatio nulli personæ appropriari inueniuntur. Ergo inconuenienter, videtur ista appropriata personis.

¶ 2 Præter Aug. in 1. de doct. * Christ. sic dicit: In patre est vnitas, in filio æqualitas, in spiritu æqualita tis vnitatisque concordia. Et videtur, quod inconuenienter: quia vna p'sona non denominatur formaliter per id, quod appropriatur alteri. Non. n. est sapiēs pater sapientia genita, vt dictum est. † Sed sicut ibidē subditur, tria hæc, vnum omnia sunt propter patrem, æqualia omnia propter filium, connexa omnia pp' spiritum. Non ergo conuenienter appropriantur p'sonis. Item secundum Aug. patri attribuitur potentia, filio sapientia, spiritui bonitas. Et vñ hoc esse incoue niens. Nam virtus ad potentiam pertinet. Virtus aut inuenitur appropriari filio, secundum illud 1. ad Cor. 1. Christum Dei virtutem, Et est spiritui sancto, secundū illud Luc. 6. Virtus de illo exibat & sanabat omnes. Non ergo potentia patri est approprianda.

¶ 3 Itē Aug. in lib. de Trin. * dicit, Non confuse accipiendum est, quod ait Apostolus, Ex ipso, & p' ipsum, & in ipso: Ex ipso dicitur, propter patrem, Per ipsum, pp' filium, In ipso, pp' spiritum sanctū. Sed videtur, quod inconuenienter: quia per hoc, quod dicit in ipso, videtur importari habitudo causæ finalis, quæ est prima causarum, ergo ista habitudo causæ deberet appropriari patri, qui est principium non de principio.

¶ 4 Itē inuenitur veritas appropriari filio, secundum illud Ioā. 14. Ego sum via, veritas, & vita. Et similiter liber vitæ: fm illud Psal. 39. In capite lib. scriptum est de me. glo. † i. apud patrem qui est caput meum. Et si militer hoc, qd dico, qui est. Quia super illud Isa. 65. Ecce ego ad gentes: dicit glo. * Filius loquitur qui dixit Moysi: Ego sum qui sum. Sed videtur, quod p'ria sint filij, & non appropriata. Nam veritas secundum Aug. † in lib. de vera religione, est summa similitudo principij absq; omni dissimilitudine. Et sic vñ, q' proprie conueniat filio qui habet principium. Liber et

vitæ vñ, p'riu aliquid esse: quia significat ens ab alio. Omnis. n. liber ab aliquo scribitur. Hoc est ipsum qui est, vñ esse proprium filio. Quia, si cum Moysi dicitur, Ego sum qui sum, loquitur trinitas. Ergo Moyses poterat dicere, ille qui est pater & filius & spiritus san. misit me ad vos. Ergo & vterius dicere poterat, ille qui est pater & filius & spiritus san. misit me ad vos, demonstrando certam p'sonam. Hoc aut est falsum. Quia nulla p'sona est pater & filius & spūs san. Non ergo potest esse commune trinitati, sed est p'rium filij.

RESPON. Dicendum, quod intellectus noster qui ex creaturis in Dei cognitionem manuducitur, oportet quod Deum consideret secundum modum quem ex creaturis assumit. In consideratione autem alicuius creaturæ, quatuor per ordinem nobis occurrunt. Nam primo, consideratur res ipsa absolute, in quantum est ens quoddam. Secunda autem consideratio rei est, in quantum est vna. Tertia consideratio rei est, secundum quod inest ei virtus ad operandum, & ad causandum. Quarta autem consideratio rei est, secundum habitudinem, quam habet ad causata. Vnde, hæc etiam quadruplex consideratio circa Deū nobis occurrit. Secundum igitur primam considerationem, qua consideratur absolute Deus secundum esse suum, sic sumitur appropriatio Hilar. fm quam, aternitas appropriatur patri, species filio, vsus spiritui sancto. Aternitas. n. in quantum significat esse non principiatum, similitudinem habet cū p'rio patris, qui est principium non de principio, species autem siue pulchritudo habet similitudinem cum p'rijs filij. Nam ad pulchritudinem, tria requiruntur. Primum quidem, integritas siue perfectio. Quæ enim diminuta sunt, hoc ipso turpia sunt. Et debita proportio siue consonantia. Et iterū claritas. Vnde quæ habent colorem nitidum, pulchra esse dicuntur.

Quantum igitur ad PRIMVM, similitudinem habet cum p'rio filij, in quantum est filius habens in se vere & perfecte naturam patris. Vnde, ad hoc innuēdum Aug. † in sua expositione dicit, Vbi scilicet in filio summa & perfecta vita est, &c.

Quantum vero ad 2^m conuenit cum p'rio filij, in quantum est imago expressa patris. Vnde, videmus q' aliqua imago dicitur esse pulchra, si perfecte representat rem, quamuis turpē. Et hoc tetigit Aug. * cū dicit, Vbi est tanta conuenientia, & prima æqualitas, &c.

Quantum vero ad 3^m conuenit cum proprio filij, in quantum est verbum, quod quidem lux est, & splēdor intellectus: vt Damasc. † dicit. Et hoc tangit Augustinus. * cum dicit, Tanquam verbum perfectum cui non desit aliquid, & ars quædam omnipotentis Dei &c. Vñ autem habet similitudinem cum p'rijs spiritus. largo modo accipiendo vsus: fm quod vñ, comprehendit sub se etiam frui: prout vñ, est assumere aliquid in facultatem voluntatis, & frui, est cum gaudio vti, vt Aug. * 10. de Trinit. dicit. Vñ ergo quo pater & filius se inuicem fruuntur, conuenit cum proprio spiritus. in quantum est amor. Et hoc est, quod Aug. † dicit, illa dilectio, delectatio, felicitas, vel beatitudo, vsus ab illo appellatus est. Vñ vero, quo nos fruimur, similitudinem habet cum proprio spiritus. in quantum est donum. Et hoc ostēdit August. * cum dicit, Est in trinitate spiritus sanctus, genitoris, geniti que suauitas, ingenti largitate atque ubertate nos vel creaturas perfundens. Et sic patet quare aternitas, species, & vsus personis attribuantur vel appropriantur, non autem essentia vel operatio;

Li. 6. de doct. c. 1. opus a p'rio.

Loco proximo dicit.

Li. 1. de ar. c. 18. * loco proximo dicit.

Lib. 1. de Trin. in m. 2.

† Lib. 1. de Trin. in m. 2.

* loco dicit.

operatio: quia in ratione horum, propter sui communitatem, non inuenitur aliquid similitudinem habens cum proprijs personarum.

Secunda vero consideratio Dei est, in quantum consideratur vt vnus. Et sic August. * patri appropriatur vnitatem, filio æqualitatem, spiritui sancto concordiam siue connexionem. Quæ quidem tria vnitatem importare manifestum est, sed differenter. Nam vnitas dicitur absolute, non præsupponens aliquid aliud. Et ideo appropriatur patri, qui non præsupponit aliquam personam: cum sit principium non de principio: æqualitas autem importat vnitatem in respectu ad alterum. Nam æquale est quod habet vnā quantitatem cum alio. Et ideo æqualitas appropriatur filio, qui est principium de principio. Connexio autem importat vnitatem aliorum duorum. Vnde, appropriatur spū scō in quantum est a duobus: ex quo sensu etiam intelligi potest quod dicit Aug. * tria esse vnū propter patrem, æqualia propter filium, connexa propter spiritum sanctum. Manifestum est enim, quod illi attribuitur vnum quodque in quo primo inuenitur: sicut omnia inferiora dicuntur viuere propter animam vegetabilem, in qua primo inuenitur ratio vite in istis inferioribus. Vnitas autem statim inuenitur in persona patris, etiam per impossibile remotis alijs personis. Et ideo, aliæ personæ a patre habent vnitatem, sed remotis alijs personis, non inuenitur æqualitas in patre. Sed statim posito filio inuenitur æqualitas. Et ideo dicuntur omnia æqualia propter filium, nō q' filius sit principij æqualitatis patri, sed quia nisi esset patri æqualis filius, pater æqualis non posset dici. æqualitas enim eius primo consideratur ad filium. Hoc. n. ipsum, q' spiritus sanctus patri æqualis est, a filio habet. Similiter excluso spiritu sancto, qui est duorum nexus, non posset intelligi vnitas connexionis inter patrem & filium. et ideo, dicuntur omnia esse connexa propter spū scō. Quia posito spiritu sancto, inuenitur ratio connexionis in diuinis personis. Vnde, pater & filius possunt dici connexi.

Secundum vero tertiam considerationem, qua in Deo sufficiens virtus consideratur ad causandum, dicitur sumi tertia appropriatio, scilicet, potentia, sapientia, & bonitatis. Quæ quidem appropriatio fit & secundum rationem similitudinis, si consideretur quod in diuinis personis est: & secundum rationem dissimilitudinis, si consideretur quod in creaturis est. Potentia enim habet rationem principij. unde, habet similitudinem cum patre cælesti, qui est principium totius diuinitatis. Deficit autem interdum patri terreno propter senectutem. Sapientia vero, similitudinem habet cum filio cælesti in quantum est verbum, quod nihil aliud est, quam conceptus sapientia. Deficit autem interdum filio terreno propter tem poris paucitatem. Bonitas autem, cū sit ratio & obiectum amoris, habet similitudinem cum spiritu diuino qui est amor: sed repugnantiam habere videtur ad spiritum terrenum secundum quod importat violentiam quandam & impulsione: prout dicitur Isa. 26. Spiritus robustorum quasi turbo impellens parietem. Virtus autem, appropriatur filio & spiritu sancto: non secundum quod virtus dicitur ipia potentia rei, sed secundum q' interdum virtus dicitur id qd a potentia rei procedit, prout dicimus aliquod virtuosum factum esse virtutem alicuius agentis. Secundum vero quartam considerationem, prout considerat Deus in habitu ad suos effectus, sumitur illa appropriatio

Ex quo, per quem, & in quo. Hæc enim præpositio Ex, importat habitudinem quandam causæ materialis, quæ locum non habet in diuinis. Aliquando vero habitudinem causæ efficientis. Quæ quidem cō petit Deo ratione suæ potentia actiua. Vnde, & appropriat' patri, sicut & potentia. Hæc vero præpositio Per, designat quidem quandoque causam mediam: sicut dicimus quod faber operatur per martellum. Et sic ly per, quandoque non est appropriatum, sed propriū filij: fm illud Ioan. 1. Oia per ipsum facta sunt: non quia filius sit instrumentum, sed quia ipse est principium de principio. Quandoque vero designat habitudinem formæ, per quam agens operatur, sicut dicimus quod artifex operatur per artem. Vnde sicut sapientia & ars appropriatur filio: ita & ly per quem. Hæc vero præpositio In, denotat proprie habitudinē continentis, continet autem Deus res dupliciter. Vno modo, secundum suas similitudines: prout, s. res dicuntur esse in Deo in quantum sunt in eius scientia. Et sic hoc quod dico in ipso, esset appropriatum filio. Alio vero modo, continentur res a Deo, in quantum Deus sua bonitate eas conseruat & gubernat, ad finē conuenientem adducendo. Et sic ly in quo, appropriatur spiritui sancto, sicut & bonitas. Nec oportet, q' habitudo causæ finalis (quæuis sit prima causa) appropriatur patri qui est principium non de principio, quia personæ diuinæ, quarū pater est principium, non pcedunt vt ad finem (cum quelibet illarum sit vltimus finis) sed naturali p'essione, quæ magis ad rōnem naturalis potentia pertinet videtur.

Ad illud vero, quod de alijs queritur dicendum, q' cum veritas pertinet ad intellectum (vt supra dictū est *) appropriatur filio, non tñ est proprium eius. Quia veritas vt supra dictum est, considerari potest vt est in intellectu, vel vt est in re: sicut igitur intellectus & res essentialiter sumpta, sunt essentialia & non p'sonalia, ita & veritas. Diffinitio autem Augu. inducta datur de veritate secundum quod appropriatur filio. Liber autem vitæ in recto quidem importat notitiam, sed in obliquo vitam. Est enim, vt supra dictum est, † notitia Dei de his, qui habituri sunt vitā aternam. Vnde, appropriatur filio, licet vita approprietur spiritui sancto, in quantum importat quendam interiorē motum, & sic conuenit cum proprio spiritu sancti in quantum est amor. Est autem scriptum ab alio, non est de ratione libri in quantum est liber, sed in quantum est quoddam artificiarum. Vnde, non importat originē, neque est personale, sed appropriatur personæ. Ipsum autem nomē, Qui est, appropriatum personæ filij, non secundum propriam rationem, sed ratione adiuncti: in quantum scilicet in locutione Dei ad Moysen, præfigurabatur liberatio humani generis, quæ facta est p' filium. Sed tamen secundum quod ly qui, sumitur relative, posset referri interdū ad p'sonam filij: & sic sumeretur personaliter, vt putari si dicat, filius est genitus, qui est, sicut & Deus genitus personale est. Sed infinite sumptum est essentialē. Et licet, hoc pronomen iste, grammaticæ loquēdo, ad aliquam certam personam videatur pertinere: tamen qualibet res demonstrabilis, grammaticæ loquendo p'sona dici potest, licet secundum rei naturam non sit p'sona. Dicimus enim, iste lapis, & iste alius. Vnde, & grāmaticæ loquendo, essentia diuinæ secundum quod significatur & supponitur per hoc nomen Deus, pot' demonstrari hoc pronome iste, fm illud Exod. 15. Iste Deus meus, & glorificabo eum.

196 b 243

Q. 16. ar. 1.

Q. 24. ar. 1.

Super questionis quadragesime articulum primum.

Titulus clarus est. In corpore tria facit. Primo tractat opinionem Porretani...

QVAESTIO XL.

De personis in comparatione ad relationes siue proprietates, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE querit de personis in comparatione ad relationes, siue proprietates.

Et queruntur quatuor.

- Primo. Vtrum relatio sit idem quod persona.
Secundo. Vtrum relationes distinguant & constituat personas.
Tertio. Vtrum abstractis intellectibus relationibus a personis, remaneant hypostases distinctae.
Quarto. Vtrum relationes secundum intellectum, praesupponant actus personarum, vel econuerso.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum relatio sit idem quod persona.

AD PRIMVM sic proceditur. VI. quod in diuinis non sit idem relatio quod persona. Quaeunque enim sunt idem, multiplicato vno eorum, multiplicatur & aliud. Sed contingit in vna persona esse plures relationes, sicut in persona patris est paternitas & communis spiratio...

Primo. Nihil est in seipso secundum Philosophum in 4. Physic. Sed relatio est in persona. Nec potest dici quod ratione identitatis, quia sic esset etiam in essentia: ergo relatio, siue proprietates, & persona non sunt idem in diuinis.

Primo. Quaeunque sunt idem, ita se habent, quod quicquid praedicatur de vno, praedicatur & de alio. Non autem quicquid praedicatur de persona, praedicatur de proprietate. Dicimus, n. q. pater generat, sed non dicimus q. paternitas sit gnans. Ergo proprietates non est idem quod persona in diuinis.

SED CONTRA, in diuinis non differunt quod est, & quo est, vt habetur a Boet. in lib. de Hebd. Sed pater paternitate est pater. Ergo pater idem est quod paternitas, et eadem ratione alieque...

identificat essentia: sic autem patet in hoc articulo, sermone haberi de persona: quare nullus error est.

Quo ad secundum, Praepositus dicebat proprietates esse personas & non in personis, ea ratione qua in q. 32. negauit notiones, exponendo semper abstracta per concreto. Vnde in littera repraesentat, q. 32. necesse est ponere proprietates in abstracto vt formalia principia personarum, vt ibidem probatum fuit.

Quo ad tertium, coeque rursus amplectitur quatuor modis, & est: proprietates sunt persona & in personis, & manifestat dupliciter. Primo ratione sic. De ratione forme est esse in eo cuius est forma: ergo proprietatem oportet esse in persona. Et probatur sequela, q. est forma personae, secundum quod ad vtraque partem simul ex simili deitas est in Deo, & est Deus: ergo.

Aduertere hic, quod proprietates esse in personis, potest intelligi & transitu & intrinsece. Et si quod intrinsece intelligat, redit opinio Praepositus: qui nihil aliud significat nisi proprietates esse personas. Si autem transitu, dupliciter intelligi potest. Primo vt in eo, denotet transitum nem finem: & sic est falsum. Alio modo vt denotet transi-tionem finem rationem, & qualemcumque, sed velut forma in supposito: & sic sumitur in proposito. Est autem ratio necessitatis ad vtramque affirmationem, scilicet esse personam & in persona: quia si sola idem deitas poneret, cum proprietates sit et eadem essentia, non pluribus modis esset proprietates in persona quam in essentia. Et sic idem esset iudicium de hac paternitas est in patre, & paternitas est in essentia: cuius ista sit idem deitas, prima autem sit idem deitas & formalis. Et scito quod fundamentum idem deitas est in distinctio realis, fundamentum autem denominationis formalis exigit aliquid finem rationem, distinctio nem inter quod, & quo. Et ex his facit le respondere potes ad arg. Greg. de Armino in 26. & 27. dist. primi, negantis dari proprietates in personis

Ad 2m dicendum, quod proprietates dicuntur esse in essentia, per modum identitatis tantum: in personis autem dicuntur esse per modum identitatis, non quidem secundum rem tantum, sed quantum ad modum significandi, sicut forma in supposito. Et ideo proprietates determinant & distinguunt personas, non autem essentiam.

Ad 3m dicendum, quod participia & verba notionalia, significant actus notionalis. Actus autem suppositorum sunt. Proprietates autem non significant vt supposita, sed vt forma suppositorum. Et ideo modus significandi repugnat, vt participia & verba notionalia de proprietatibus praedicentur.

personis, omnia enim soluantur, aduertendo quod non denota transitio formalis nisi secundum rationem. Vnde & ratio facta in littera, ex hoc eodem fundamento tenet, scilicet quod si de ratione forme inhaerentis secundum rem supposito, est quod realiter insit illi: ita de ratione forme seu principii formalis in cognoscendo, est quod finem rationem insit: ita quod sola distinctio importata per ly inest, est secundum rationem, coeque rursus amplectitur quatuor modis, & est: proprietates sunt persona & in personis, & manifestat dupliciter. Primo ratione sic. De ratione forme est esse in eo cuius est forma: ergo proprietatem oportet esse in persona. Et probatur sequela, q. est forma personae, secundum quod ad vtraque partem simul ex simili deitas est in Deo, & est Deus: ergo.

Aduertere hic, quod proprietates esse in personis, potest intelligi & transitu & intrinsece. Et si quod intrinsece intelligat, redit opinio Praepositus: qui nihil aliud significat nisi proprietates esse personas. Si autem transitu, dupliciter intelligi potest. Primo vt in eo, denotet transitum nem finem: & sic est falsum. Alio modo vt denotet transi-tionem finem rationem, & qualemcumque, sed velut forma in supposito: & sic sumitur in proposito. Est autem ratio necessitatis ad vtramque affirmationem, scilicet esse personam & in persona: quia si sola idem deitas poneret, cum proprietates sit et eadem essentia, non pluribus modis esset proprietates in persona quam in essentia. Et sic idem esset iudicium de hac paternitas est in patre, & paternitas est in essentia: cuius ista sit idem deitas, prima autem sit idem deitas & formalis. Et scito quod fundamentum idem deitas est in distinctio realis, fundamentum autem denominationis formalis exigit aliquid finem rationem, distinctio nem inter quod, & quo. Et ex his facit le respondere potes ad arg. Greg. de Armino in 26. & 27. dist. primi, negantis dari proprietates in personis

In titulo querit non de quocumque, sed de primo distinctiuo. An scilicet relationes distinguantur primo personarum. In corpore quatuor facit. Primo permittit quod necessaria. Secundo refert quada opinio. Tertio importat bar eam. Et quarto respondet quaesito.

Quo ad primum tria praemittit, scilicet necessitatem quaeriti: quia sunt ibi plura comunicantia in vno, Et limites quoniam: quia non est vagandus in querendo distinctiuo, sed standum infra haec duo, scilicet relationem & originem quia secundum haec duo persona differunt, Et differentia inter haec duo atque convenientiam: quoniam sunt vna res, & differunt in modo significandi. Nam relatio significatur per modum forme, origo vero per modum actus.

Circa limites quae sunt aduerte primo, quod Scotus in 26. dist. 1. nisi timeret ecclesie contradicere, ostendit se velle libenter tenere, quod in persona diuina praeter essentiam eodem tribus, & relationem ac originem cuique persona propria, sit quaedam entitas absoluta incommunicabilis, quae est constitutiua diuinae personae. In choatque positionem haec a dicto quodam Bonauen. in 25. dist. 1. fundatque se super autoritate scripturae, prouerb. 30. Quod nomen eius & quod nomen filii eius non arguens sic. Quaestio querit dubium, & supponit aliquid certum: ista supponit filii nomen, & querit nomen proprium eius: ergo filiatio non est eius nomen proprium & constitutum. Afferit quoque multas rationes & auctoritates: quibus, ipse pater, & filiatio, filius, & processio, spiritus sanctus. Proprietates autem non personales sunt idem cum personis, secundum aliam rationem identitatis, qua illud quod attribuitur Deo, est eius essentia. Sic igitur communis spiratio, est idem cum persona patris & cum persona filii: non quod sit vna persona per se subsistens: sed sicut vna essentia est in duabus personis, ita & vna proprietates, vt supra dictum est.

Ad 2m dicendum, quod proprietates dicuntur esse in essentia, per modum identitatis tantum: in personis autem dicuntur esse per modum identitatis, non quidem secundum rem tantum, sed quantum ad modum significandi, sicut forma in supposito. Et ideo proprietates determinant & distinguunt personas, non autem essentiam.

Ad 3m dicendum, quod participia & verba notionalia, significant actus notionalis. Actus autem suppositorum sunt. Proprietates autem non significant vt supposita, sed vt forma suppositorum. Et ideo modus significandi repugnat, vt participia & verba notionalia de proprietatibus praedicentur.

ARTICVLVS II.

Vtrum personae distinguantur per relationes.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur, quod personae non distinguantur per relationes. Simplicia enim seipsis distinguuntur: sed personae sunt maxime simplices. Ergo distinguuntur seipsis, & non relationibus.

Primo. Nulla forma distinguitur, nisi secundum suum genus. Non enim album a nigro distinguitur nisi secundum qualitatem. Sed hypostasis significat indiuiduum in genere substantiae. Non ergo relationibus hypostases distingui possunt.

Quod nomen eius & quod nomen filii eius non arguens sic. Quaestio querit dubium, & supponit aliquid certum: ista supponit filii nomen, & querit nomen proprium eius: ergo filiatio non est eius nomen proprium & constitutum. Afferit quoque multas rationes & auctoritates: quibus, ipse pater, & filiatio, filius, & processio, spiritus sanctus. Proprietates autem non personales sunt idem cum personis, secundum aliam rationem identitatis, qua illud quod attribuitur Deo, est eius essentia. Sic igitur communis spiratio, est idem cum persona patris & cum persona filii: non quod sit vna persona per se subsistens: sed sicut vna essentia est in duabus personis, ita & vna proprietates, vt supra dictum est.

quia ipsemet respondet, dimissis praedicta duo declaranda sunt. S. Bonaventura in primis non est talis opinionis, quod personae diuinae sint absolutae, vt expresse patet in 26. dist. 1. ubi ponit proprietates vt origines distinguere personas: ita quod eis abstractis, non remanent hypostases. Ponitque omnes proprietates esse relationes, seu origines excepta innascibilitate, quae est negatiua. Illa vero verba quae Scotus adducit, sunt quidem Bonaventurae, sed ad aliud propositum: ipse enim in 25. distinctio. primi. articulo. 1. querens de significatione huius nominis persona, tenet quod persona de generali & primo significato importat substantiam: de speciali vero & ultimo significato, importat relationem: quia in diuinis proprietates personales est relatio. Et arguit contra se, quia dicit secundum substantiam & secundum relationem, distinguantur in diuinis ex opposito. Ergo non potest persona simul dici secundum substantiam ex generali & primo, & secundum relationem ex speciali & ultimo. Et responderet, quod dicit secundum substantiam inuenitur dupliciter. primo, secundum substantialem essentiam: secundo, secundum hypostasim. Et quod dicit secundum substantiam, primo modo, distinguitur contra dicit secundum relationem, non autem secundo modo: quia substantia, id est hypostasis, ad diuina contrahitur per relationem. Ex hoc autem dicto, liquet etiam ceteris, quod non ponitur a Bonaventura duplex res absoluta: altera essentialis & altera hypostatica, vt Scotus fingere vellet: sed habetur tantum, quod substantia dupliciter sumitur, & pro essentia & pro hypostasi: quod etiam habetur quinto Metaphysico. & quod substantia secundo modo, id est, hypostasis, dicitur formaliter de persona diuina, & quod simul & semel persona diuina est hypostasis, & tamen relatio, &c. Haec enim omnia communia sunt omnibus theologis. Valde autem mirum est hoc im-

Primo. Absolutum est prius relatiuum, sed prima distinctio est distinctio diuinarum personarum. Ergo diuinae personae non distinguuntur relationibus.

Primo. Id quod praesupponit distinctio nem, non potest esse primum distinctio nis principium. Sed relatio praesupponit distinctio nem, cum in eius distinctio ne ponatur, esse. n. relatiui est ad aliud se habere. Ergo primum principium distinctio nis, in diuinis non potest esse relatio.

SED CONTRA est, quod sola relatio multiplicat trinitatem diuinarum personarum.

Respondeo. Dicendum, quod in quibuscumque pluribus inuenitur aliquid commune, oportet querere aliquid distinctiuum. Vnde cum tres personae conueniant secundum essentiam vnitatem, necesse est querere aliquid, quo distinguantur ad hoc quod plures sint. Inueniuntur autem in diuinis personae duo, secundum quae differunt, scilicet origo & relatio. Quae quidem quamuis re non differant, differunt tamen secundum modum significandi. Nam origo significatur per modum actus, vt generatio; relatio vero per modum formae, vt paternitas. Quaedam igitur attendentes, quod relatio consequitur actum, dixerunt quod hypostases in diuinis non distinguuntur per originem, vt dicamus quod pater distinguitur a filio, in quantum ille generat, & hic est genitus. Relationes autem siue proprietates manifestant distinctio nes indiuiduorum, quae fiunt per materialia principia. Sed hoc non potest stare propter duo. Primo quidem, quia ad hoc quod aliqua duo distincta intelligantur, necesse est eorum distinctio nem intelligi per aliquid intrinsecum vtrique: sicut in rebus creatis, vel per materiam, vel per formam. Origo autem alius cuius rei non significat, vt aliquid

betur quinto Metaphysico. & quod substantia secundo modo, id est, hypostasis, dicitur formaliter de persona diuina, & quod simul & semel persona diuina est hypostasis, & tamen relatio, &c. Haec enim omnia communia sunt omnibus theologis. Valde autem mirum est hoc im-

Boe. de tri. non procul a fine lib.

Prima S. Tho. S 4 pōni

210 1. dist. 26. q. 2. arti. 1. & di. 33. ar. 2. & opus. 3. c. 58. 66. & 67.

Li. 4. Physic. text. 24. & subseq. 1. 2.

Titulus II. est. An omne quod est, bonum sit: post medius illius.

poni Bonaventuræ: cum in calce illius articuli expresse dicat, quod persona patris non potest abstrahi a paternitate, salua sua personalitate, quid clarius? &c. Ad id vero Salomonis, qd̄ Scotanti facit, facillime responderetur, quod est æquiuocatio de nomine filii Dei. Dupliciter. n. potest nominari, sicut & concipi. Vno modo secundū suū (vt ita dicam) quod quid est. Alio modo secundū conceptum & nomina ex creaturis abstrahibilia. Et primo quidē modo nullum nomen non solum filii, sed nec Dei habemus. scriptum est. n. Isaia. 54. Generatio nem eius quis enarrabit? & sic filii est nomen propriū secundæ personæ diuinæ inter nomina parentia nobis cognitioem, quia est. Et cum hoc nomen propriū pertinet ad cognitionem quid est, est ineffabile. Sicut & Deus est nomen propriū ipsius Dei, & tamen nomen significans quid est Deus, ineffabile est. ¶ Circa eosdem limites quæsti aduerte secundo, q̄ relationis nomine auctor intelligit ipsam relationem indistincte. i. nō curando ipsam distinguere in seipsam vt habet actum relationis, & in seipsum vt habet actum proprietatis. Et propterea pluries in hac littera simul dicit proprietatem vel relationem. Dico aut̄ hoc, (qm̄ vt inferius patebit) in persona diuina est vna res respectiua significata vt origo, & vt relatio in quantum relatio, & vt proprietatis individualis seu personalis. Littera tamen vltimos modos sub vno hic comprehendit, triplici (vt reor) rōne. Primo, quia nō habemus nomina primarum intentionum pertinentia ad proprietates nisi relationis vel originis, vt patet discurrendo. Secundo, quia alterum membrum, s. relatio, salua sua ratione, poterat subdividui, vt de facto subdividui est in littera 4. artic. huius quæstionis. Tertio, quia cum personalitas secundum veritatem sit relatio, personamque reponat in genere ad aliquid, generis nomine large accepto, consequens est vt relationi daret̄ hic actus. ¶ Circa differentiam assignatam inter relationem & originem dubium occurrit: quoniam falsum videtur quod differant in modo significandi. Ambæ enim significantur, & in abstracto & in concreto & adiectiue & substantiue, & ceteris modis significandi: ergo in hoc non differunt. Est & aliud maius dubium circa subdividuiam differentiam, scilicet quod relatio significatur per modum formæ, origo vero per modum actus. Aut enim per significari per modum formæ, intendit significari per modum principii formalis in denominando, id est vt quo aliquid est tale, & sic differentia nulla est: quoniam sicut paternitas est qua aliquis est, & dicitur pater: ita generatio est qua aliquis est, & dicitur generans. Aut intendit significari vt rē inherētem: & sic falsum est, quod relatio significetur per modum formæ: quoniam vt ipsēmet San. Thom. in quæst. de potentia quæst. 8. artic. 2. docuit, relatio licet insit, non tamen significatur vt inherēns: immo differentia nulla esset: quoniam vt ibidem dicitur, eadem est de actione & relatione quo ad hoc, ratio. Ad hæc simul dicitur, quod non est hic fermo de modis significandi grammaticæ, seu ex parte nominis significantis: sed potius metaphysicæ, seu ex parte rei significatæ, plures vniuersales rationes, appellando plures illius modos. Itaq; intentio litteræ est, quod illa vna res, alio mō. i. alia rōne significatur nomine originis & nomine relationis, sive in abstracto, sive in concreto, sive quouis alio modo grammaticali. Et ex hoc consequenter responderetur ad secundam ambiguitatem: quod quia forma est que dat̄ esse rei formaliter, significari per modum formæ est in proposito, significari per modum dantis esse formaliter. Et qm̄ hoc contingit dupliciter, s. ex parte nominis, & ex parte rōnis significatæ: & iā dictū est, quod hic nō est fermo de mō significandi ex parte nominis, iō conceditur scdm̄ mēbrū. Et ad obiectionē

in oppositum dī, vt iam tactum est, quod aliud est loqui de relatione, vt relatio, & est aliud loqui de reali relatione simpliciter. Relatio enim vt relatio, non est aliquid inherens, de ratione tamen relationis realis est, vt insit. Itaque inter abstractionem & realem relationem hoc interest, quod actio tam vt actio, quam vt realis actio, habet rōnē egredientis: quāuis forte insit. Relatio aut̄ realis & vt relatio non habet rationem nisi assistētis, vt relatio realis habet rōnē assistētis & inherēntis, & propterea ex parte rationis significat̄ significatur p̄ modum formæ. Et in hoc differt ab origine: & hæc ē rō quare inferius relationi attribuitur distinguere ac constituitur personam, & nō originem, vt plenius patebit in 4. articulo. ¶ Quo ad secundū, recitat̄ opinio quæ sequitur Bonaventuram, tria dicens. Primo, q̄ relatio non distinguit hypostasēs, quia consequitur actum. Secundo, q̄ origo distinguit eadem rōne, quia scilicet est prior relatione. Tertio, quod relationes manifestant distinctionem, sicut in creaturis proprietates individuales. ¶ Quo ad tertium dux rationes contra præfatam opinionem adducuntur. Prima est, distinctiū oportet esse intrinsecum & propriū: ergo nec origo, nec essentia distinguit, ergo relatio. Antecedens probatur in creaturis: in quibus distinctiū aut est p̄ materiam, aut per formam, sola relatio restat. Secūda aut̄ rō est: distinctiū personale in diuinis est constitutiū personæ, sed originem repugnat esse constitutiū personæ, non aut̄ relationi. Ergo nō origo, sed relatio distinguit. Antecedens declaratur intendo duplicem modum distinguedi, scilicet constitutum distinctum: vel distinguendum rōnem, iuxta duplicem modum se habendi ad distinctum: contingit enim rem præexistentem distinguere, vt pater in diuisione aquæ, & tunc sola distinctiōne opus est: contingit etiam rem non præexistentem distinguere, & tunc constitutiōne & distinctiōne simul opus est. Essentia igitur diuina, quāuis præexistere intelligatur relationibus distinctiuis, nō tamē partitur seu distinguitur per relationes: quoniam semper indiuisa restat. Et propterea distinctiua oportet & distinguere: & constituitur personam, vt pote non præexistentem: vt in antecedente assumptum est. Minor autem quo ad primam partem probatur, q̄ origo actiue præsupponit personam: passiuè autem est via in eam. Quo ad secundam autem, quia relationes sunt ipse personæ substantes, eo quod nō differunt ibi abstractū & concretum. ¶ Circa hanc rōnem dubium est de hac vltima probatione, quo ad duo. Primo, quid sibi velint illa verba: relationes constitunt personam in quantum sunt ipse personæ. Secundo, quomodo vim habent, cum illa adiuncta propositione: abstractum & concretum ibi non differunt. Est autem ratio dubitandi, quoniam si est verum, omni ei quod est ipsa persona, conuenit constituitur personam, vt pater ex illatione reduplicatiua, & sic origo in quantum est ipsa persona constituit eam, & similiter essentia &c. Nihil est videtur dictum, quod hoc constituit illud in quantum est ipsum: nisi quod idem differunt se, quod non est ad propositum. Extra propositum quoque subiuncta videntur verba illa de abstracto & concreto. De efficacia autem nulla apparet, dato quod sint vera: quoniam & esse personam, & abstractum nō differre a concreto, verificatur de originibus. ¶ Ad hæc dī, quod p̄ esse personam, nō intelligit auctor rōnem distinctiuitatis, sed identitatis ex rōne ipsius proprietatis, seu relationis. In hoc

In hoc. n. vt supra dictum est, differt ab origine: ipsa ex sua rōne inest, loco cuius in diuinis est idem illi cuius est, origo autem em̄ priam rōnem non inest: & consequenter non identificatur ei cui attribuitur. Ly aut̄ in quantum, non tenetur reduplicari, sed specificatiue, determinat. n. conditionem s̄m quam cōuenit relationi constituitur, & nō originem: sicut cum dī, homo est, crispus in quantum capillatus, conuenit. n. relationi secundum quod esse aliquid significat in diuina persona constituitur ipsam. Et quia nō constituit ipsam vt pars, nec distinguit vt aduentitium: ideo dixit q̄ constituit ipsam in quantum est ipsa. Itaque sensus est, quod quia relatio est ex propria rōne non pars nec adueniens aliquid, sed ipsa persona, ideo & constituit & distinguit, sub intelligendo semper sermonem de propriis personarū. Et ad manifestandum quod relatio sit ipsa persona, & nō pars vel aliquid, adductū est, quod ibi abstractum est idem quod concretum, hoc. n. nō est verum in his que se habent vt totum & pars. Vnde patet rāio ad obiectionem omnia, latens. n. sententia, occasio fuit obiectionum. Hæc aut̄ intelligas de his in quantum huic rōni deserviunt. Sed quomodo absolute vera sit apud auctorem non hæc approposito, relatio constituit in quantum est persona ipsa, in articulo sequenti dicitur. ¶ Circa dicta in his rōnibus aduerte duo. Primum est in prima rōne, quod omnis distinctiō oportet quod sit per aliquod intrinsecum, formam, s. vel materiam: hoc. n. oportet habere p̄ fundamento, in materia de principio indiuiduationis, vt non ponatur quantitas intrinsecam distinctiū Sortis a Platone. Secundum est in secunda rōne, quod distinguere est personam contingit constituendo & non constituendo. Et hoc oportet habere præ oculis in quæstione de distinctiōne filii a spiritali, vt in quæst. 36. diffuse diximus. ¶ Quo ad quartum conclusio responsiua est: hypostasēs diuine, melius dī q̄ distinguuntur relationibus, quam per originem. Et qm̄ melius supponit verumque bonum: declarando conclusiōnem, primo dicit quod vtrumque est verum. Secundo, quod hoc est melius: quia s̄m modum intelligendi, prius & principalius distinguuntur per relationes. Et demum deducit corollarium confitens in dīa inter patris & genitoris nomen: quia pater est non solum proprietatis, sed personæ nomen, genitor autem proprietatis tñ. Et patet sequela: quia relatio constituit, origo autem nō. Ad fundamentum autem alterius opinionis, scilicet origo est prior relatione, vt pote consequente ipsam: respondebitur in 4. articulo distinguatur relatio. ¶ In responsione ad primum aduerte, quod de personis diuinis postsum loqui dupliciter, scilicet secundum se, & sic verum est quod distinguuntur seipsis: vt Propositum & Gregor. de Arimino tenent. Et hoc expresse concedit San. Thom. in 1. sentent. dist. 26. q. 2. art. 1. ad quintum. Si autem considerentur

tantum proprietatem. Quia hoc nomen pater significat relationem, quæ est distinctiua & constitutiua hypostasēs. Hoc autem nomen generans vel genitus significat originem, quæ non est distinctiua & constitutiua hypostasēs. AD PRIMVM ergo dicendum, quod personæ sunt ipse relationes substantes. Vnde nō repugnat simplicitati diuinarū personarū, q̄ relationibus distinguantur. AD 2^m dicendum, q̄ personæ diuinæ non distinguuntur in esse in quo subsistunt, neq; in aliquo absoluto, sed solum s̄m id, q̄ ad aliquid dicuntur. Vnde ad earum distinctionem sufficit relatio. AD 3^m dicendum, quod quanto distinctiō prior est, tātō propinquior est vnitati. Et ideo debet esse minima. Et ideo distinctiō personarū nō debet esse nisi p̄ id quod minimū distinguunt, s. per relationem. AD 4^m dicendum, quod relatio præsupponit distinctiōnem suppositorū qn̄ est accidens: sed si relatio sit substantes, nō præsupponit, sed secū fert distinctiōnem. Cū. n. dī, quod relatiui esse, est ad aliud se habere: per ly aliud, intelligit correlatiuum quod non est prius, sed simul natura. ARTICVLVS III. Vtrū abstractis per intellectū relationibus a personis, adhuc remaneant hypostasēs. AD TERTIVM sic proceditur. Vt, quod abstractis per

vt notæ & significatæ nobis, sic cum non distinguantur a relationibus nisi in modo significandi, constituuntur & distinguuntur relationibus, sicut Deus constituitur & distinguitur deitate a reliquis. ¶ In responsione ad tertium aduerte, quod distinctiō relatiua ponitur prima inter distinctiōnes reales. Tum, quia secū dum veritatem ipsa sola est simpliciter & omnino necessaria: reliquis enim non implicat contra distinctiōnem non esse quoniam extra Deū sunt. Tum, quia nihil imperfectionis ponit, aut præsupponit. Et propterea ordine perfectionis est prima, & hoc intellige ordinādo distinctiōnes in ordine entium simpliciter: scus enim esset in ordine distinctiōnum vt sic, vt in postprædicamentis diffuse diximus. ¶ In responsione ad quartū habes tria. Primo, quod relatio substantes facit distinctiōnem suppositalem: & de hoc inferius erit fermo. Secundo, quod ly aliud positum in distinctiōne ad aliquid seu relatiui, stat pro correlatiuo. Et ex hoc habes q̄ conformiter dixerimus in q. 13. de termino relatiui. Tertio, quod ly aliud, non præsupponit a relatiuo, sed est simul cum eo. Et hinc habes quā bene quoque dictum sit, quod vnum relatiuum distinctiū reliquum, nō est prius sed vt simul natura & intellectu. Li. 5. de tri. c. 6. in principio. tom. 3. Li. 4. de tri. non multū remota a principio.

212
12. q. 1
22. & po.
1. art. 4. &
1. q. 3. ca.
1. & 2.

¶ Super Quæstione quadragesima Articulus tertium.
IN titulo ly abstractis, quod distinguendum erat, in principio corporis distinguuntur: per proprietates autem intelligit notiones, siue personales, siue non.
¶ In corpore tria facit. Primo distinguit abstractionem in titulo positam. Secundo respondet quæsto. Tertio tractat quantum ad oppositam opinionem.
¶ Quo ad primum, distinguit abstractionem & applicat eam ad diuina. Distinguit quidem in abstractionem totalem & formalem, id est, qua totam vniuersalem abstrahit a partibus subiectiuis: & qua forma abstrahit a materia, ponitque inter eas vnicam differentiam, s. q̄ in totali abstracti tantum conceptus remanent: in formali vero vtriusque. Abstracti & eius a quo abstrahitur, vt patet in exemplis litteræ. Et si vis diffuse has abstractiones videre, lege commentaria nostra in De ente & essentia, in 1. q. applica vero ad diuina non secundum rem, sed secundum modum significandi, auctoritate vtens Damasceni.
¶ Quo ad secundum respondet quæsto tribus conclusionibus. Prima iuxta abstractionem totalem: abstractis proprietatibus, non remanent personæ, sed sola essentia. Et p̄batur, quia personæ se habent vt particularia, essentia vt vniuersale. id est remanet Deus, & nō remanet pater & filius & spiritus sanctus: habet enim se Deus ad personas vt vniuersale ad particularia, vt Damasc. dixit. Secūda conclusio iuxta abstractionem formalem est, abstractis

abstractis proprietatibus non personalibus, remanent perso-

na: & declaratur in ambabus, in nascibilitate & spiratione. Circa hanc conclusionem dubium occurrit. Quoniam con-

tradidit videtur doctrinam tradidit in q. 36. ubi dicitur, quod abstracta spiratione a filio, non distingueretur personaliter a spiratione: si n. abstracta spiratione, filius remanet perso-

na, ut hic dicitur: ergo remanet hypostasis distincta a personis, quae esse possunt in natura diuina: & consequenter non distinguitur personaliter a spiratione per spirare.

Inter has autem abstractiones hanc est differentiam, quod in abstractione quae fit secundum universale & particulare, non remanet id, a quo fit abstractio.

Remota enim ab homine deum rationali, non remanet in intellectu homo, sed solum animal. In abstractione vero quae attenditur secundum formam a materia, utique manet in intellectu.

Abstrahendo enim formam circuli ab aere, remanet seorsum in intellectu nostro & intellectus circuli & intellectus aeris. Quamuis autem in diuinis non sit universale neque particulare, nec forma & materia secundum significationem inuenitur aliqua similitudo horum in diuinis, secundum quem modum Dam. dicit, quod commune est substantia, particulare vero hypostasis.

Si igitur loquamur de abstractione, quae fit secundum universale & particulare, remotis proprietatibus, remanet in intellectu essentia communis, non autem hypostasis patris, quae est quasi particulare. Si vero loquamur secundum modum abstractionis formae a materia, remotis proprietatibus non personalibus, remanet intellectus hypostasis & personarum.

Circa hanc partem aduerte, quod illa propositio pluries repetita, proprietates constituunt personas, seu ferunt secundum positionem in quantum sunt ipsae personae: non est singularis, sed in omnibus pariter & simpliciter communis.

Deitas enim constituit Deum, in quantum est ipse Deus: & gabrielitas Gabrielem in quantum est Gabriel, si sunt omnino idem. Et significant hae positiones specialem modum constituendi: dupliciter enim cum contingat constituere, primo, sicut forma constituit compositum: secundo, sicut simplex constituit simplex, cum de primo modo constituitur di loquimur, quoniam realiter constituitur simpliciter dicimus: quod anima rationalis constituit hominem &c.

Et sic constituens non est constitutum. Cum autem de secundo constituitur modo est sermo, ad deum primum dicitur cum additione, quod constituit in quantum est ipsum constitutum, nihil aliud intendendo, quam nisi quod constitutum pro tanto dicitur constituere, pro quanto ponit se, ponendo enim se, constituit, quia ly se, monstrat constitutum, & hoc significat ly in quantum est ipsum. Itaque paternitas ponendo se, constituit patrem, quia ipsa est pater.

Et sic ly in quantum, tenetur reduplicatiue: modumque constituendi duplicat in simplicibus. Vnde ex hoc, habes facile viam respondendi obiectibus contra huiusmodi propositiones. Quo ad tertium refertur & constituit opinionem quamdam dicentem, quod abstractis relationibus, remanent hypostases, sed non persona. Et hoc primo est, quia remanent origines distinguentes. Ratio vero secunda: quia relationes pertinent ad dignitatem, quae est de ratione personae, non autem hypostasis. Constat autem dupliciter. Primo, ratio primi dicitur, quia relationes probaturum est esse prima distinctionem. Secundo, non se cundi dicitur: quia dignitas qua differunt persona ab hypostasi, tenet se ex parte naturae. Persona enim addit supra hypostasis ex parte naturae intellectualitatem.

Ad primum ergo dicendum, quod persona non addit supra hypostasis proprietatem distinguentem absolute, sed proprietatem distinguentem ad dignitatem pertinentem. Totum enim hoc est accipiendum, loco vnius differentiae. Ad dignitatem autem pertinet proprietates distinguens, secundum quod intelligitur subsistens in natura rationali.

Vnde remota proprietate distinguente a persona, non remanet hypostasis, sed remaneret, si tolleretur rationalitas naturae. Tamen persona quam hypostasis, est substantia indiuidua. Vnde in diuinis de ratione vtriusque est relatio distinguens.

Ad 2m dicendum, quod paternitate patris non solum est pater, sed est persona: & est quis, siue hypostasis. Nec tamen sequitur quod filius non sit quis siue hypostasis, sicut non sequitur quod non sit persona.

Ad 3m dicendum, quod intentio Augustini non fuit dicere, quod hypostasis patris remaneat ingenerata, remota paternitate: quasi innascibilitas constituat & distinguat hypostasis patris. Hoc enim esse non potest: cum ingentium nihil ponat, sed negatue dicitur: ut ipsemet dicit. Sed loquitur in communi: quia non omne ingentium est pater. Remota ergo paternitate, non remanet in diuinis hypostasis patris, ut distinguitur ab alijs personis, sed ut distinguitur a creaturis: sicut Iudaei intelligunt.

Intellectualitatem. Ex parte autem ipsius indiuidui, nihil penitus addit, ut patet ex definitione Boetii. Vnde, quia relationes se referunt ex parte indiuiduationis, falsum est quod relationes sint proprietates personae, & non hypostasis: sunt enim aequae abstractae, persona & hypostasis ex parte indiuiduationis: quamuis ex parte naturae dignioris, persona sit quod magis determinatum.

In responsione ad secundum aduerte, quod ut dicitur 3. Metaph. non inconuenit quaedam dici ad aliquid secundum nomina specifica, quod non dicitur ad illud secundum nomina generica. Et propterea non inconuenit similiter accidere in proposito, scilicet quod pater, patris nomine & referatur ad filium, personae autem re quidem, sed non nomine referat ad eundem. Accidit enim hoc quia (ut in litera dicitur) paternitate pater est & pater, & persona: sed persona significat esse illam per modum absoluti.

Dixi autem haec propter argumenta Aristoteli, & Scoti: quae tacenda censui. Ex hoc enim facile soluitur. Super Questionibus quadraginta. Articulus quartus. Titulus satis ex praecedentibus est clarus. In corpore duo facit. Primo respondet secundum opinionem superius minus probatam. Secundo respondet iuxta viam quam sequitur.

Quo ad primum, conclusio secundum illos est vnicuique. Relationes consequuntur actus notionales: & manifestatur, quia apud eos non distinguuntur nec constituunt hypostases, &c. Quo ad secundum, primo distinguitur originem in actiuam & passiuam, manifestando eas exemplariter. Secundo, ponit conclusionem vnam de origine passiuam. Origo passiuae praecedit proprietates personarum procedentium: etiam personales. Probatur, quia significatur ut via ad personam proprietate constitutam. Tertio, ponit secundam conclusionem de origine actiuae. Origo actiuae praecedit relationem originantis non personalem. Et manifestatur in communi spiratione, ut est actus, & ut est relatio. Quarto, distinguit personalem proprietatem patris, quae sola rellat: quod potest dupliciter considerari, scilicet relatio, & ut constituitur personae. Et ponit hanc conclusionem, quod paternitas ut est relatio, sequitur generationem: ut vero constituitur personae, praecedit generationem. Et declarat primam partem, quia relatio fundatur super actum. Secundam vero, quia actio praesupponit personam agentem.

Circa vltima dicta dubium occurrit. Primo, quia videntur haec contrariari supradictis in articulo 2. Quia aut loquimur de origine & relatione secundum rem, & sic non differunt. Aut secundum rationem: & sic, cum vtraque earum sit multiplex, quoniam potest sumi origo, ut origo, & ut constituitur personae, sicut & relatio. Et nec relatio ut relatio, nec origo ut origo constituit: aut distinguendum erat de origine, sicut de relatione distinctum est: aut affirmandum non erat, quod relatio magis quam origo constituit & distinguit.

Circa eandem quoque partem, dubium occurrit maius. Quoniam paternitas, verbi gratia, aut est forma constituitiva sub expressa ratione paternitatis: aut sub alia ratione: si sub ratione paternitatis, ergo in quantum relatio: & sic distinctio nulla. Si sub alia ratione, ruunt supradicta: quibus conatus est author ostendere, quod constituere & distinguere personam sit actus relationis, ut distinguitur contra essentiam, & contra originem, ut patet in art. 2. & 3. Et confirmatur atque augetur dubium, quoniam a S. Th. quatuor praedicta habemus realia, ratione quorum attribuitur relatio constituitur personam. Primum est essentia diuina, inquit enim in quaest. de potentia. q. 8. art. 3. in ratione ad septimum, quod relationes constituunt hypostases in quantum sunt essentia diuina, Secundo est ly diuina, inquit enim in 1. sent. di. 26. art. 2. ad primum, quod relatio in quantum diuina distinguit hypostasis. Tertium est ly subsistens, dixit enim in 2. ar. huius quoniam in ratione ad quartum, quod relatio si sit subsistens, fert secundum distinctionem suppositalem. Quartum est ly ipsa persona, dixit enim in praedictio articulo, quod relationes constituunt & distinguunt hypostases, in quantum sunt ipsae personae subsistentes. Ex quibus omnibus constat ambiguitas: an de mente S. Th. relatio sit constituitiva personae, stando infra latitudinem relationis & conditionem eius: an ve in claudit essentiam, seu aliquod essentiale. Vndique enim antiquitas attribuitur filio & paterello latuam constituit, ruunt allegata ex locis praedictis. Si autem ut est idem alicui absolute, constituit, sequitur quod personalem in diuinis est formaliter absolute, cuius oppositum confessi sumus. Accedunt quoque argumenta Aristoteli. In 26. di. 1. specialiter contra illud dictum sumptum ex quaestionibus de potentia Dei. Et rursum, contra tertium dictum sumptum ex 2. art. huius quaestionis, relatio ut subsistens constituit, querendo quid importet ly ut subsistens: & breuiter inferendo, quod hoc nihil aliud est nisi quod idem constituit se, vel quod constituens ut constitutum constituit.

Ad euidentiam horum scito, quod licet non desint Thomistae tenentes oppositum propter illa adducta ex quaestionibus disputatis, & illis alludentia in 1. sent. mihi tamen videtur de mente S. Th. quod relationes illae quas dicimus personales & primae & incommunicabiles, infra latitudinem relationum suarum tamen, constituunt personas. Moueor autem ex doctrina huius quaestionis: expresse enim imprimis, actus constituendi personaliter in 2. articulo attributus est relationi, ut distinguitur contra essentiam, & etiam originem: ergo non in quantum est essentia, constituit personam. Deinde in art. 3. expresse dicitur est, quod relationes personales ferunt secundum sua supposita: si ergo secundum ferunt, non in quantum sunt essentia suppositant, quoniam constat quod non ferunt secundum essentiam. Postmodum etiam ibidem in responsione ad secundum explicite dicitur est, quod pater est paternitate non solum pater, sed quis, & hypostasis. Constat autem quod id quod conuenit personae paternitate formaliter, non conuenit ei in quantum est eadem essentia, sed ut potius distinguitur ab ea. Ut tamen omnia consonent, & melius percipiatur intentum scito, quod aliud est relationem habere aliquid, quia est eadem essentia, & aliud est relationem habere aliquid ut est essentia. Primum enim significat relationem habere illud ab essentia radicaliter, secundum autem formaliter. Exemplum primum: relatio est res realis, exemplum secundum: relatio est creatrix. Vnde in proposito imaginor, quod quemadmodum relatio illa non ex hoc quod relatio, sed ex esse quod de numero essentialium est, est realis, ut supra dictum est contra Porretanos: & tamen realitas conuenit relationi illi per se ipsam formaliter, per essentiam autem radicaliter. Ita esse subsistentis naturae subsistentia hypostatica, conuenit illi relationi puta paternitati per se ipsam formaliter: per essentiam autem radicaliter. & sic relatio illa,

Li. 3. orth. 1. de i. c. 6. in princ.

Ar. praeced.

Art. pra.

Art. pra.

Boe. lib. 2. de duabus turis a cap. 11.


188

illa, non in quantum relatio, quia conueniret omni relationi, sed in quantum illa, in quantum res relatiua hypostatica & prima constituit personam. Itaq; esse constitutiua hypostatis seu esse hypostaticum, non ratione alicuius absoluti formaliter illi conuenit, sed ratione sui. Nec oppositum uolunt loca allegata: qm in quonibus distipulatis intendit qd constituitur ab essentia radicaliter, ut patet ex q. 9. ar. 5. ad 13. ubi idem iudicium de hoc esse & de ratione quare pater est paternitas, s. p. p. identitate cum essentia: quod constat radicaliter intelligi. Relatio quoq; potest dupl. dici diuina, uno modo id est, quia, s. e. eadem deitati. alio modo formaliter, quia s. est in genere diuini. In proposito, hoc secundo modo relatio est diuina: est. n. paternitas illa increata & suprema, ac per hoc diuini ordinis seip. ta formaliter, quia ab essentia hoc habet radicaliter, cui est ead. Et qm res ex hoc quod diuina formaliter subsistens seu substantia est: (nihil. n. diuinu accidens naturam habere potest) idcirco in idem redit: dicere relatio ut diuina, & ut subsistens: ita quod relatio, puta paternitas ut substantia relatiua res est, personam enim ut constituit: subintellectis aliis conditionibus, s. incommunicabilitate & primitate ad differentiam spirationis: quae etiam si soli patri conueniret, quia non est prima, non constitueret personam. Vnde pater quid est dictu, relatio ut subsistens. s. ut substantia nature secundum se formaliter est. Ex hoc. n. habet quod constituit hypostaticum, & quod non includit essentiam intrinsece, sed connotatam ut radicem. Et qm fm veritatem hic non est distinctio inter constitutus & constitutum, nisi in modo significandi: idcirco ad hoc insinuandum, dictum est, quod relatio constituit in quantum est ipsa persona. i. relatio constituit personam, hoc solo modo. s. ponendo seip. sam, quia est ipsa persona. Et propterea constitutus & constitutum sunt omnino idem realiter & formaliter, s. soloq; modo significandi distincta. Colligendo igitur omnia, cum dictum est: relatio constituit personam, quia est diuina essentia, quia diuina, quia subsistens, quia ipsa persona: essentia radice, diuina denominatio, conditionem formalem in communi, subsistentia eandem in speciali, & ipsa persona, modum constitutendi personam expressit: Tantae. n. celsitudinis constitutio pluribus debuit quo ad plures condiciones nominibus explicari. Vnde Aureoli rationes omnes cessant. Aduertentes namq; qm de radice, qm de conditione formali, & qm de modo constitutendi est sermo: nec miscentes vnum alteri: animaduertent pariter, aut in aequiuoco laborare, aut non esse inconueniens quod inconueniens apparet: puta quod constitutus constituat in quantum est ipsum constitutum, si ly in quantum specificet modum constitutendi &c. Expedita igitur vltima difficultate retrogradum prosequendo ordinem ad reliquas dicendum est. Et ad secundam quidem dicitur, quod sicut apud logicos relatio dupliciter significatur, s. ut concepta, & ut exercita, & tri vna est relatio: ita in proposito, paternitas ut exercita constituit actum generationis, & ipsa sub expressa ratione paternitatis ut concepta, praecedit generationem & constituit hypostaticum: vnde, non coincidunt membra. Nec sequitur, ergo paternitas praecedit in quantum relatio, communicando in uocabulis cum litera: qm in litera paternitas ut relatio, significat paternitatem, ut exercet actum relationis ut relatio est: paternitas vero ut constitutiua personae significat paternitatem eandem, ut exercet actum hypostaticae formae. Et licet utrunque infra relatiuam illius latitudinem

comprehendatur, simul tamen non sunt secundum rationis ordinem, sed paternitas ut praecedit generationem, constituit & distinguit relatiuam personam patris, in esse hypostatico relatiuo realiter & formaliter, sed non relatiue exercito: & ideo vocatur paternitas, non ut relatio, sed ut constitutiua. Ut constituitur autem generationem constituit, & distinguit eandem personam non in esse hypostatico, sed in esse relatiue exercito: & ideo vocatur paternitas ut relatio: ita quod, non sunt duo esse relatiua in patre, sed vnum tantum datum a paternitate formaliter ante generationem ut hypostaticum, & post ut exercitum. Et similiter vnica est distinctio relatiua patris a filio, sed data prius ut hypostatica, & post ut exercita: & sic de similibus. Et hec si perspicies, omnia consona bunt, & videbis quo modo Sco. ratio in 1. dist. 28. q. vlt. contra hanc distinctionem litera nihil valet, quia laborat in aequiuoco: non percipiens, quod ly ut relatio, hic significat non naturam, sed actum seu officium relationis, ut expositum iam est. Percipies quoque, quam vnus fuerit tantus eiusdem labor in quoli. q. 4. eod. pollut. peccato, paternitas enim ut constitutiua, & ut relatio, non duas naturas, sed vnā, & illam atomam. s. paternitatem importat, significando distinctas eiusdem relationis rationes: secundum quarum vnā praecedit generationem, & secundum alteram sequitur: sed relationis uocabuli eū decepto, & motiui de quo i. q. 42. ar. 3. erit sermo, ubi reliqua soluent. Ad primam vero dicitur, quod relatio distinguit & affirmari debuit, & non origo. Primo, quia opinantes oppositum non distinguunt de origine, sed ut originem ipsam constituentem faciunt, non curantes de modo significandi. Secundo, quia relatio realis, ut dictum est, secundum propriam rationem, non solum ad est, sed est ut dictum est, contra Porretanos: origo autem ut sic, via tantum habet rationem. Tertio, & porissime, quia in diuinis duo tantum genera saluantur, secundum Boetium, s. substantia & ad aliquid: persona autem diuina est formaliter ad aliquid, ut supponimus, & consequenter oportet constitutum personae esse ad aliquid. Et propterea oportuit relationem affirmare, & deinde distinguere in duplicem eius actum, scilicet relationis, & talis, ut expositum est. Si communis autem doctrina sanctorum in diuinis genera originis, puta actionis, & passionis posuisset, & non relationis, proculdubio origo affirmaretur constitutus, & distingueretur. Quia igitur oppositum de facto est, idcirco optime relatio praefirmata ac distincta est.

QVAESTIO XLI.

De personis in comparatione ad actus notionales, in sex articulis diuisa.



INDE considerandum est de personis in comparatione ad actus notionales. Percipies quoque, quam vnus fuerit tantus eiusdem labor in quoli. q. 4. eod. pollut. peccato, paternitas enim ut constitutiua, & ut relatio, non duas naturas, sed vnā, & illam atomam. s. paternitatem importat, significando distinctas eiusdem relationis rationes: secundum quarum vnā praecedit generationem, & secundum alteram sequitur: sed relationis uocabuli eū decepto, & motiui de quo i. q. 42. ar. 3. erit sermo, ubi reliqua soluent. Ad primam vero dicitur, quod relatio distinguit & affirmari debuit, & non origo. Primo, quia opinantes oppositum non distinguunt de origine, sed ut originem ipsam constituentem faciunt, non curantes de modo significandi. Secundo, quia relatio realis, ut dictum est, secundum propriam rationem, non solum ad est, sed est ut dictum est, contra Porretanos: origo autem ut sic, via tantum habet rationem. Tertio, & porissime, quia in diuinis duo tantum genera saluantur, secundum Boetium, s. substantia & ad aliquid: persona autem diuina est formaliter ad aliquid, ut supponimus, & consequenter oportet constitutum personae esse ad aliquid. Et propterea oportuit relationem affirmare, & deinde distinguere in duplicem eius actum, scilicet relationis, & talis, ut expositum est. Si communis autem doctrina sanctorum in diuinis genera originis, puta actionis, & passionis posuisset, & non relationis, proculdubio origo affirmaretur constitutus, & distingueretur. Quia igitur oppositum de facto est, idcirco optime relatio praefirmata ac distincta est.

Super questionis quadragiesime prime articulum primum.

Titulus ex praedictis patet, sunt enim actus notionales generare, spirare, dicere &c. In corpore vnica est conclusio responsiua quaestio affirmatiue. Actus notionales attribuendi sunt personis, & probatur sic: in diuinis personis est distinctio fm ordinem originis: ergo necesse fuit actus notionales attribuere personis. & probatur sequela, quia huiusmodi ordo non potest conuenienter designari, nisi cum his actibus. In responsione ad secundum aduerte, quod duo dicit, scilicet quod actiones istae sunt idem realiter quod relationes, & differunt ratione ab eis. Et primum probatur, quia actio substracto motu non est nisi relatio &c. Secundum vero, quia de diuinis sensibilibus more, intelligimus & loquimur &c. Et hic est

locus, quo utuntur dicentes actionem, esse subiectiue in passio. Sed facile ad hoc responderetur, quod hic est sermo de actione ut actio est, & non ut accidens est, vel substantia: & ideo nihil iuuat.

Super questionis quadragiesime prime articulum secundum.

Et circa hoc quaeruntur sex.

- Primo. Vtrum actus notionales sint attribuendi personis.
- Secundo. Vtrum huiusmodi actus sint necessarii, vel voluntarii.
- Tertio. Vtrum secundum huiusmodi actus, persona praecedat de nihilo, vel de aliquo.
- Quarto. Vtrum in diuinis sit potentia, respectu actuum notionalium.
- Quinto. Quid significet huiusmodi potentia.
- Sexto. Vtrum actus notionales, ad plures personas terminari possint.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum actus notionales sint attribuendi personis.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod actus notionales non sint personis attribuendi. Dicit enim Boet. * in lib. de Trin. quod omnia genera cum quis in diuinam uertit praedicationem, in diuinam mutantur substantiam, exceptis relatiuis. Sed actio est vnum de decem generibus. Si igitur actio aliqua Deo attribuitur, ad eius essentiam pertinebit, & non ad notionem. 2. Præ. Aug. dicit. 5. de Trin. quod omne quod de Deo dicitur, aut dicitur secundum substantiam, aut secundum relationem. Sed ea quae ad substantiam pertinent, significantur per essentialia attributa: quae vero ad relationem, per nomina personarum, & per nomina proprietatum. Non sunt ergo praeter haec, attribuendi personis notionales actus. 3. Præ. Proprium actionis est esse passionem inferre. Sed in diuinis non ponimus passionem. Ergo actus notionales ibi ponendi sunt. SED CONTRA est, quod August. dicit in lib. de fide ad Pet. Proprium quidem patris est, quod filium genuit. Sed generatio actus quidam est, ergo actus notionales ponendi sunt in diuinis. RESPON. Dicendum, quod in diuinis personis attenditur distinctio secundum originem. Originem autem conuenienter designari

non potest, nisi per aliquos actus. Ad significandum igitur originem ordinem in diuinis personis, necessarium fuit attribuere personis actus notionales. AD PRIMVM ergo dicendum, quod omnis origo designatur per aliquem actum. Duplex autem ordo originis attribui Deo potest: Vnus quidem, secundum quod creatura ab eo progreditur: & hoc commune est tribus personis. Et ideo, actiones quae attribuantur Deo ad designandum processum creaturarum ab ipso, ad essentiam pertinent. Alius autem ordo originis in diuinis attenditur, secundum processum personae a persona. Vnde, actus designantes huiusmodi originem, notionales dicuntur: quia notiones personarum sunt personarum habitudines adinueniunt, ut ex dictis patet. AD 2m dicendum, quod actus notionales secundum modum significandi tantum, differunt a relationibus personarum, sed re sunt omnino idem. Vnde, Magister dicit in 1. senten. 2. 6. dist. 7. quod generatio & natiuitas alijs nominibus dicitur paternitas & filiatio. Ad cuius euidentiam attendendum est, quod primo oportet cognoscere originem alicuius ab alio ex motu. Quia enim aliqua res a sua dispositione remoueretur per motum, manifestum fuit hoc ab aliqua causa accidere. Et ideo actio, secundum primam notionem impositionem importat originem motus. Sicut enim motus prout est in mobili ab aliquo, dicitur passio: ita origo ipsius motus secundum quod incipit ab alio, & terminatur in id quod mouetur, vocatur actio. Remoto igitur motu, actio nihil aliud importat, quam ordinem originis secundum quod a causa aliqua, vel principio procedit in id quod est a principio. Vnde, cum in diuinis non sit motus, actio personalis producentis personam, nihil aliud est, quam habitudo principij ad personam quae est a principio. Quae quidem habitudines sunt ipsae relationes vel notiones. Quia tamen de diuinis & intelligibilibus res loqui non possumus, nisi secundum modum rerum sensibilibus a quibus cognitionem accipimus, & in quibus actiones & passionem in quantum motum implicat, aliud sunt a relationibus, quae ex actionibus & passionibus consequuntur: oportuit seorsum significari habitudines personarum per modum actus, & seorsum per modum relationum. Et sic patet, quod sunt idem secundum rem, sed differunt solum secundum modum significandi. AD 3m dicendum, quod actio secundum quod importat originem motus, infert ex se passionem: sic autem non ponitur actio in diuinis personis. Vnde, non ponuntur ibi passionem, nisi grammaticae loquendo, quantum ad modum significandi, sicut patri attribuius generare, & filio generari.

ARTICVLVS II.

Vtrum actus notionales sint voluntarii.

AD SECVDVM sic proceditur. Videtur, quod actus notionales sint voluntarii. Dicit enim Hil. * 1. lib. de Syno. Non naturali necessitate ductus, pater genuit filium. 2. Præ. Apost. Col. 1. Transulit nos in regnum filij dilectionis suae. Dilectio autem voluntatis est. Ergo filius genitus est a patre, voluntate. 3. Præ. Nihil magis est voluntarium quam amor: sed spiritus sanctus procedit a patre & filio ut amor. aliter

211
233 ar. 3.
211
Paragra. 2.
circa finē.
D. 39.
34.
b
239
a
167
a
108
211

aliter esse, ergo natura, non voluntas, est principium diuinae personae, creaturae autem voluntas. Prima consequentia manifesta...

Hic lib. ad Orosium in scriptis Dia log. 85. Quae. h. to. 4. c. 7. in principio.

Ergo procedit voluntarie.

¶ 4. Praet. Filius procedit per modum intellectus ut verbum: sed oē verbum procedit a dicente per voluntatem. Ergo filius procedit a patre per voluntatem, & non per naturam.

¶ 5. Praet. Quod non est voluntarium, est necessarium. si igitur pater genuit filium non voluntate, videtur sequi quod necessitate genuerit. Quod est contra August. in lib. ad Orosium.

SED CONTRA est, quod August. dicit in eodem lib. quod neque voluntate genuit pater filium, neque necessitate.

In conclusionibus author generationem filii, tanquam priorem secundum intellectum, ut in actu exercito actus notionales sub illius nomine patefaceret quomodo se habent ad voluntatem.

¶ Circa primam conclusionem & distinctionem simul aduerte, quod voluntas comitans, vocat voluntas comparata ad illud, ut ad obiectum peccati. Voluntas autem principialis, vocat voluntas comparata ad illud, ut causa seu principium ad effectum. Et propterea, voluntas comitans potest inueniri dupliciter, scilicet antecedenter, sicut cum desiderio pluuia futuram: & consequenter, sicut cum placet pluuia quae est, aut fuit. Vtrum autem conclusio prima verificetur de voluntate comitante, & prius & post secundum intellectum, an non, in litera non exprimitur. Seco. tamen in 1. distinct. 6. tenuit partem affirmatiuam, quam credo consonam S. T. Tum quoniam apud ipsum superius in quaest. 33. artic. 3. ad primum, docuit, quod absoluta communia toti trinitati sunt priora notionalibus: constat autem quod velle generationem filii, sicut etiam velle essentiam diuinam, est absolutum commune toti trinitati: ergo prius pater vult generationem filii generet. Tum quoniam par videtur ratio de processione spiritus sancti, quam constat prius amari secundum rationem, quam oriri: quoniam pater amando se & filium & spiritum sanctum, & eadem ratione inspirationem ipsam, spirat spiritum sanctum. Nec obstant dicta in q. de potentia Dei q. 2. ar. 3. quoniam ibi per voluntatem procedentem & voluntatem priorē tpe, natura, siue intellectu, intelligit voluntatem, ut principium, ut patet diligenter consideranti.

¶ Circa rationem adductam pro secunda conclusione aduerte, quod tres ibi differentiae inter voluntatem & naturam in causando ponuntur. Et quarta in essendo. Alio tamen ordine eas numerauimus quam in litera ponantur, ut vis illationis a priori fieret. Differentia ergo in essendo in antecedente assumpta est, reliquae autem tres in tribus consequentibus successiue ponuntur. Est autem sensus primae differentiae, quod vnus rei naturalis in actu vnica est forma. Et quantum ad propositum spectat, nihil refert, vtrum vna res naturalis habeat plures formas subordinatas, ut putant tenentes pluralitatem formarum in eodem, an sit solum vna forma substantialis. Tum quia omnes quo ad propositum sumuntur, ut habent vim vnus. Tum quia quaelibet vna tantum est. Voluntas autem vna & eadem, plures vt plures, i. non vnus vim habentis formas sortitur: ut patet cum omnino disparata vult: & nulla sua forma dat vnus velle, sed opposita: quoniam vt dicitur p. Metaph. potentia rationalis oppositorum est. Differt igitur voluntas a natura, quia natura constituit in esse per vnica formam, voluntas autem constituitur in suo esse, quod est velle, per multas formas, 1. obiecta volita. Tum volendo multa per multa. Tum volendo opposita per vnus. Vltima autem differentia ex parte productorum se tenet: intelligenda est non absolute, sed vt stant sub talibus causis; hoc siquidem duplici modo intelligi potest. simpliciter, & sic falsum est, quod effectus naturae non possint aliter se habere vt manifeste patet. Et vt stant sub tali causa; & sic est verum & intentum: quoniam effectus naturalis, deductis impedimentis, oportet quod sit talis, quale est agens: nec potest aut potuit secus ab illo agente fieri: effectus vero voluntarius potest, aut potuit sic & aliter fieri, ex quo voluntarius est.

¶ Circa probationem primae consequentiae, qua deducitur se-

cunda differentia, & tertia ex prima, ex ista propositione, Effectus assimilatur formae agentis per quam agit, dubium occurrit. Aut ista propositio est vera de assimilatione ad formam & modum essendi illius formae: aut de assimilatione ad formam tantum. Si quo ad formam tantum, ergo vane afferitur in litera ad probandum naturam determinari ad vnus & quale est natura le agens, tale agere ex hoc, quod vnus rei naturalis est vna forma, per qua res constituitur in suo esse naturali: quia effectus assimilatur formae agentis. Et manifestatur sequela ex differentia inter secundam & tertiam differentiam, nam secunda, scilicet naturam determinari ad causandum vnus, spectat ad assimilationem ad formam: nam si agens, vnica habet formam, & producit simile, oportet quod producat simile vni formae, & consequenter vnus tantum.

RESPON. Dicendum, quod cum dicitur aliquid esse vel fieri voluntate, dupliciter potest intelligi. Vno modo, vt ablatius designet concomitantiam tantum: sicut possum dicere, quod ego sum homo mea voluntate, quia scilicet hoc volo me esse hominem. Et hoc modo potest dici, quod pater genuit filium voluntate, sicut & est voluntate Deus: quia vult se esse Deum, & vult se generare filium: Alio modo sic, quod ablatius importet habitudinem principij. Sicut dicitur quod artifex operatur voluntate, quia voluntas est

actio, & id cuius est illa perfectio. Et si rationes istæ solæ considerentur, quantum ex earum meritis pendet coniuentione ista, non est aliter per se quam per naturam actus & potentia. Nullo. n. alio modo, etiam si fingendi darentur licentia, imaginari potest realium per se coniuentione. Ex hoc autem quod coniuengerentur per se vt actus & potentia, sequitur vterius quod distingueretur realiter. Si. n. essent realiter idē, idē essent coniuentione identice. Et sic neutrum esset actus alterius. Quæuis. n. posset forte intelligi vt actus sui ipsius: intelligēdo vnū vt duo, impossibile tamen est, vt idem sit actus sui ipsius. In coniuentione autem aliquorum per se, vt actus & potentia, alterū non solū intelligit, sed est vere actus, & alterū vere potentia illius. Sciendum est secundo, quod aliqua duo habere se vt actum & potentiam, contingit dupliciter. scilicet formaliter & virtualiter. Formaliter quidem, quoniam alteri ita inuenitur in re alteri coniuentionem, quod aduatur enim re reliquū: virtualiter autem, quoniam aliqua duo identice quidē sunt vnū, habent tamen tales rationes formales, quæ si coniuengerentur abstrahendo ab eo, ex quo habent quod sunt vnū, identice, alterū, reliquum enim re actuaret. Et hoc modo se habet virtus & operatio. Nam in quibuslibet actualiter operatio virtutem enim rem actuat, & virtus operatiua per illā perficitur, vt patet in nobis. In quibusdam vero virtus & operatio eadē res sunt: ac per hoc operatio virtutem enim rem perficeret nequit. Non perdit tamen operatio ex hoc, quin sit tale ens, quod si non præueniret ab idē rificante ipsam cum virtute, actuaret enim re illā. Et propterea potest dici, quod se habent adinuicem tunc, sicut actus & potentia virtualiter seu conditionaliter. Quomodo autem eternitas & immutabilitas dicimus, quod se habent sicut causatū & causā, non formaliter (quia eternitas non causatur enim re ex immutabilitate, quia sunt idē) sed virtualiter: quia si causaretur, ex immutabilitate causaretur. Ex his autem patet, & vis rationis S. Th. & responsio ad obiectionem. Vis quidem rationis in hoc consistit. Quæ se habent vt proprius actus & propria potentia, non sunt idem nisi in actu puro. Virtus & operatio se habent vt proprius actus & propria potentia, ergo. Maior fundatur super hoc: quia talia in quocunque inueniuntur, cum ratione actus & potentia, inter se distinguuntur realiter, ergo a destructione consequentis, si non distinguuntur realiter, non saluantur coniuentione vt proprius actus & propria potentia, ergo, aut vtriusque in illo habebit rationem potest, quod est impossibile, aut vtriusque ratione actus. Vel, ergo illud in quo talia identificantur abiq; remanentione actus & potentia, aut est actus purus, & habetur intentū, aut est potentia pura. So la enim hæc duo per se loquendo sunt propria rationes & cause excludentes permissionem actus & potentia: sed impossibile est quod sit pura potentia. Quia talis nec formaliter nec virtualiter continet actū, immo est imperfectissimū omnium entium, ergo est actus purus, qui eminenter continet in se & ratione actus & ratione potest. Et ex eo, quod actus, actualitatem habet, ex eo vero, quod purus, imperfectionem omnem potentialitatis excludit.

Ad obiectionem vero in oppositū dicitur, quod propositiones assumptæ intelligendæ sunt formaliter: sed cum formaliter intellectu propositio sit distinctio supra dicta de actualiter & virtualiter, vt patet in exemplo adducto, & similibus. Et expresse etiā docetur ab Arist. in. 2. Cæli, qui hanc propositionem. Motus cæli incipit ab oriente, non materialiter, sed formaliter sustinet, exponit dupliciter. scilicet actualiter, & sic dicit quod est falsū, quia apud ipsum, motus cæli nunquā incipit, vel virtualiter. i. si inciperet, ab oriente inciperet. & sic dicit esse verū. Similiter igitur in proposito. Actus purus est sua actualitas, distingui potest formaliter intellecta, actualiter vel virtualiter. Et primo modo videtur implicare, vt obiciendo tactum est. Secundo vero modo est verissima: & proculdubio ad huc sensum sunt huiusmodi propositiones a doctōribus. Nō. n. intendunt dicere quod actus purus sit id, quod ipsum actuat: sed sit id, quod ipsum actuaret: si actuabilis esset. Sicut est dicimus, quod Deus sit sua perfectio, nō intendimus quod Deus sit id, quod perficit ipsum, sed quod ipsum perficeret: si esset perfectibilis. Illa vero propositio communis: Operatio & virtus se habent vt actus & potentia: de virtute & operatione in comuni intelligitur. Sed vtrumque est eadem distinctione. scilicet actualiter vel virtualiter, & sic nō sequitur, vel quod in Deo inueniantur cum ratione actus & potentia, vel quod ratio sit inefficax: quoniam vt ostēdendo vniū rationis

Q. 3. art. 4. & q. 44. art. 1.

tionis declarauim, hoc sufficit. Ex his quoque patet, quod ad secundam dubitationem dicendum sit: vnicuique quidem distinctione oia soluntur. scilicet aliud est loqui de actu & potentia absolute, & aliud de actu proprio & potentia propria. Quia vna res quae non sit actus purus, possit habere rationem actus & potentiae respectu diuersorum: impossibile tamen est, quod vna res sit proprius actus & propria potentia, nisi sit actus purus, qui haec eminet praebeat: quoniam si actualiter inuenitur, distingueretur realiter, aut idem esset proprius actus sui ipsius, quod non est intelligibile. Dicitur ergo, quod intendit S. T. inferre distinctionem realem & quod illa propositio, actualitas potentialitati repugnat, est vera quo ad identitatem realem, si potentialitas propria actualitati de qua loquimur, comparatur. Et sic, quia ista consequentia non valet, A habet aliquid potentialitatis admittit, ergo non est actualitas aliqua: valet tamen ista, ergo non est propria actualitas, respectu cuius est potentialis. Et similiter, quia nihil prohibeat rem habentem aliquid potentiae esse actum defectiuum: impossibile tamen est esse suum actum, quia iam (ut pluries dictum est) actus suus non esset, quamuis intelligeretur. Aduerte tamen diligenter, quod praedictae propositiones dupliciter possunt applicari ad interum S. Th. Primo ad ostendendum quod angelus non sit sua operatio: quia est potentialis respectu illius. Et sic in hoc processu supponeretur, angelum esse in potentia respectu operationis, & probatur ex hoc distinctione realis ab eadem. Secundo ad ostendendum, quod in angelo non est ratio identitatis inter virtutem & operationem, quae se habet ut proprius actus, & propria potentia, & secundum hoc supponitur, angelum non esse actum purum. Et probatur distinctio realis a angeli a sua operatione: quia ratio identitatis actus & potentiae propriae illius actus: non est nisi puritas actus. Et ad hoc, non ad primum, applicanda sunt propositiones adductae: quoniam primo modo supponeret quod dicitur modo praedictum. Secundo vero efficaciter reddidit processum, ut patet ex dictis.

¶ Secunda ratio est ducens ad impossibile sic. Si intelligere angeli esset eius substantia, ergo esset subsistens, ergo vnum tantum, ergo vnus angelus, neque distingueretur ab altero, neque a deo, & secundum consequentiam probatur: quia intelligere subsistens non potest esse nisi vnum, quod probatur: quia nullum abstractum subsistens potest esse nisi vnum. ¶ Circa hanc rationem, multiplex dubitatio occurrit. Primo, dubitatur circa primam consequentiam. Si intelligere angeli esset substantia eius, esset subsistens. Aut enim ibi sumitur subsistere simpliciter, & sic ista quidem consequentia est optima, quoniam de substantia completa, de qua hic est sermo loquendo, ista categorica est necessaria, substantia est subsistens: sed secunda consequentia, tunc nihil valet. Est subsistens, ergo unum tantum, ut in sequenti dubio patet. Aut ibi sumitur subsistere in seipso praecedens distinctionem posterius, & sic consequentia ista nihil valet, quia ista categorica non est necessaria, sed contingens: substantia est subsistens in seipso abstracte. Per se factio naque simpliciter, substantia non importat, indifferenter se habet ad subsistendum in seipso, ut contingit in deo, & ad subsistendum in aliquo contrahente ipsam ad naturam permixtam potentiae, ut contingit in angelis & aliis complexis substantiis, sicut intelligere contingit esse substantia, puta in deo, & accidens, puta in nobis.

¶ Secundo dubitatur an illa consequentia, intelligere angeli est subsistens, ergo vnum tantum, intelligenda sit gratia materiae, vel gratia formae. Non gratia formae, quia non tenet in oibus. Non valet, A est subsistens, ergo non est nisi vnum specie & numero. de tali enim vni tate est hic sermo, ut patet de praedictis quidditatiuis ipsarum substantiarum. Tale enim est esse pluribus substantiis secundum speciem & tamen subsistit. Non enim inficiari potest, quin aliquod praedicatum essentiale sit commune pluribus angelis, & tamen subsistat in eis. Et sic non valet: talis res est subsistens, ergo est vna tantum specie & numero. Similiter si essent albedo & nigredo subsistentes non valerent, color est subsistens, ergo est vnum tantum secundum speciem & numerum. Nec etiam gratia materiae. Tum, quia oporteret assignare illam conditionem in intelligere angeli, ratione cuius teneret, quod hic non fit. Tum, quia probatio assumpta in litera est vniuersalis, ac per hoc significans, quod non gratia materiae est sermo.

¶ Tertio circa illam categoricam assumptam ad probationem secundae consequentiae. Si intelligere subsistens non potest esse nisi vnum, dubium occurrit. Quoniam aut non est ad propositum, aut est falsa. Probatur hoc distinctione, primo ly intelligere, secundo conuentione eius cum ly subsistens. Intelligere enim potest supponere vel pro intelligere puro, vel pro intelligere tali. tate perfectionis, puta quanta ponit naturalis intellectio Gabrielis. Si intelligat de intelligere simpliciter, dato quod propositum sit vera, non est ad propositum: quoniam intelligere angelicum non

est purum intelligere, sed tale. Si vero intelligatur de intelligendo contracto, nihil aliud inferri, nisi quod tale intelligere, puta Gabrielis, est vnum specie & numero, quemadmodum substantia eius. Et sic vniuersalis consequentia, si vnus angelus non distingueretur ab altero, nec a deo, nihil valeret. Similiter intelligere quoniam modo supponat, dupliciter contingit. Quod subsistat. I. formaliter & identice: formaliter quidem, si ex perfectione propria vendicat sibi subsistere, id est ex se, si subsistere non secundum propriam rationem sibi conuenit, sed ex eo cui conuenit. Exemplum vtriusque modi habetur in casu posito, si albedo & nigredo subsisterent. Tunc enim color quidem subsisteret identice, albedo & nigredo formaliter. Aut ergo in ista propositione intenditur, quod intelligere subsistens formaliter non potest esse nisi vnum, & sic non est ad propositum, quoniam intelligere angeli non concederetur sic subsistere. Aut intenditur quod intelligere subsistens identice non potest esse nisi vnum, & sic in proposito est falsa, ut ex exemplo dato patere potest. Et hoc modo diceretur. Auero quod intelligere angeli est subsistens, quia scilicet est idem substantia angeli.

¶ Quarto circa illam aliam vniuersalioris propositionem assumptam. Si quodlibet abstractum subsistens est vnum tantum, dubium occurrit, de quali abstractione intelligatur: an scilicet in modum significandi, an in modum essendi. Si in modum significandi, ad propositum non est. Tum quia actus intelligendi non significatur abstracte per hoc non intelligere, sed per hoc nomen intellectio. Tum, quia de rebus & rebus rerum modis quae sunt, & non de modis significandi. Si vero de abstractione est intelligitur, aut de abstractione a receptio, aut de abstractione a quocunque posteriore tota sua ratione formalis. Si primo modo, propositio est falsa, ut patet in casu posito de colore. Tunc enim color abstractum quoddam esset ab omni recipiente, & tamen multiplicaretur in albedine & nigredine subsistentibus. Si vero intelligitur secundo modo, dato quod esset vera, nihil aliud inferret, nisi quod intelligitio praecisa ab omni contrahente, si subsistit, non est nisi vna, & quod intellectio talis. Itaque perfectionis abstractas ab omni posteriore sua propria ratione, si subsistit, non est nisi vna. Quae modum ex ipsa sequitur, quod si color praecise subsisteret, quod esset tantum vnus. Et si color talis, puta albedo, subsisteret, esset tantum vnus albedo: & sic non sequeretur intentum, quia cum hoc fiat, quod essent plures intellectiones distinctae specie, quemadmodum fiat quod essent plures colores sui similes, distincti specie, quamuis non possent esse multos pure numerales.

¶ Circa vltimam consequentiam in eadem ratione illa. Ergo non distingueretur a substantia dei, dubium occurrit, quoniam non valet. Possent namque saluari quod intelligere subsistens distingueretur a substantia dei per hoc, quod intelligere dei esset non solum intelligere, sed velle, & quicquid in deo est. Intelligere autem subsistens, non esset nisi intelligere. Et confirmatur, quia ex hoc quod alicui rei tribuitur subsistere, nulla perfectio intrinseca ei accret, ut patet, si fingamus albedinem subsistere per diuinam intentionem, eundem enim rationem intrinsecam esse subsistens, & non subsistens, quamuis differenter se haberet ad sentiri, ad dependere a subiecto, agere & pati, & similia.

¶ Ad has obiectiones dicendum est tali ordine, quod primo ad quartam, secundo ad secundam, tertio ad tertiam, quarto ad primam, & quinto ad quintam dicendum est, quia sic exigit ordo doctrinae, ut a magis vniuersalibus & formalibus, ad minus vniuersalia & materialia descendamus.

¶ Ad quartam igitur dubitationem dicitur, quod in illa propositione vniuersali, Omne abstractum subsistens non potest esse nisi vnum ex parte subiecti, duo termini ponuntur, ly abstractum, & ly subsistens. Et ly quidem subsistens, modum essendi significat, ly vero abstractum, modum concipiendi. Ita quod sensus propositionis est: ois res abstracte concepta seu concipiibilis, si sic abstracte subsistit, non potest esse nisi vna. Et est sermo de abstractione in communi a quocunque contrahente seu contractiuo, siue illud sit receptiuum, siue sit differentia essentialis &c. Et sic intellecta propositio haec, ambiguitate caret, nec habet aliquam instantiam, quoniam color abstracte conceptus tam a differentibus quam a subiectis, si in tali abstractione subsisteret, non esset nisi vnus. Formaliter enim multiplicari non potest, quia a formalibus differentibus abstracter, materialiter vero minime. Tum, quia a distinctis numerabiliter abstracter. Tum, quia non esset assignari, per quod alter ab altero distingueretur, cum in vtroque nihil aliud esset nisi color & substantia. Nec est extra propositum abstractio secundum modum concipiendi, sed

est purum intelligere, sed tale. Si vero intelligatur de intelligendo contracto, nihil aliud inferri, nisi quod tale intelligere, puta Gabrielis, est vnum specie & numero, quemadmodum substantia eius. Et sic vniuersalis consequentia, si vnus angelus non distingueretur ab altero, nec a deo, nihil valeret. Similiter intelligere quoniam modo supponat, dupliciter contingit. Quod subsistat. I. formaliter & identice: formaliter quidem, si ex perfectione propria vendicat sibi subsistere, id est ex se, si subsistere non secundum propriam rationem sibi conuenit, sed ex eo cui conuenit. Exemplum vtriusque modi habetur in casu posito, si albedo & nigredo subsisterent. Tunc enim color quidem subsisteret identice, albedo & nigredo formaliter. Aut ergo in ista propositione intenditur, quod intelligere subsistens formaliter non potest esse nisi vnum, & sic non est ad propositum, quoniam intelligere angeli non concederetur sic subsistere. Aut intenditur quod intelligere subsistens identice non potest esse nisi vnum, & sic in proposito est falsa, ut ex exemplo dato patere potest. Et hoc modo diceretur. Auero quod intelligere angeli est subsistens, quia scilicet est idem substantia angeli.

¶ Ad maximam propositum clarificat. Tum, quia de abstractione conceptus ex parte rei, & non ex parte nostri, est sermo. Tum, quia a nobis nobis oculata haec, hoc modo infinuatur. Quod admodum, non est aliqua formalis in abstracto non multiplicat si sola sumat, ita & si in se in seipso subsistere ponat, multitudinem excludere manifestat. Quod autem propositum hoc intendit. Si intelligere angeli esset sua substantia, oporteret quod intelligere angeli esset subsistens: intelligere autem subsistens non potest esse nisi vnum, sicut nec aliquid abstractum subsistens. Vnde vnus angeli substantia non distingueretur, neque a substantia dei, quae est ipsi intelligere subsistens, neque a sub-

stantia alterius angeli. Si etiam angelus ipse esset suum intelligere, non posset esse gradus in intelligendo perfectius & minus perfecte, cum hoc contingat, propter diuersam participationem ipsius intelligere. Ad primum ergo dicendum, quod cum dicitur, quod intellectus agens est sua actio, est praedicatio non per se differentia illius erunt res essentialiter respicientes diuersas per se rationes talis obiecti. Et sic intellectio erit vt genus, diuisibile formaliter per essentielles differentias, seu modos. Nec sequitur ex hoc, quod idem esset differentia plurium quoniam vnus res sit obiectum actus intelligendi & volendi, alia tamen ratione formali obicitur utrique actus quidem intelligendi: ut species veri, uolendi uero, ut species boni. Vnde non est idem obiectum formale utriusque. Haec de primo.

¶ Quo ad secundam dicendum est, quod quamuis intelligere angeli praecise sumptum abstracte ab extrinsecis, claudat in se intrinsece duo, scilicet quod sit intelligere, & quod sit tale, pura proportionatum intelligibili in seipso habenti aliquid potentialitatis, claudit tamen ultra haec perfectionis modum, quoniam in vtraque ratione aliquid perfectionis ponit. Et quoniam subiecta sic accipienda sunt, ut consona sint praedicatis, & ad propositum, esse substantiam, est praedicatum ad perfectionem spectans, ideo hic sumitur intelligere angeli, non inquantum intelligere absolute, quia intelligere absolute abstracte a substantia & accidente. Et sic, nullum intelligere inquantum intelligere, subsistit. Nec sumitur inquantum tale, quia ut obiciendo deductum est, non concluderetur intentum. Sed sumitur inquantum intelligere habens tantum perfectionis simpliciter. Dico autem simpliciter, ut distinguitur a seipso, ut habet aliquid imperfectionis admittit. Et sic intelligere angeli sumitur medio modo inter intelligere absolute, & intelligere tale. Ita quod assumitur, si intelligere angeli esset substantia, ly intelligere angeli supponit pro ipso actu intelligendi, & modo suae perfectionis simpliciter. Et est sensus, si intelligere angeli esset tate perfectionis, quod est substantia, hoc &c. & sic saluus sermo formalis & per se. Formalis quidem, quoniam de intelligere angelico quatuor ad id, quod conuenit sibi ex perfectione sui intelligere, est sermo. Per se autem, quoniam esse perfectum non est praedicatum accitiale aut trahens re extra rationem suam, sed cuius rei infra latitudinem formalem conuenit, ut in q. 4. plenius dicitur.

¶ Quo ad tertiam dicendum est, quod (ut obiciendo tactum fuit,) ex duobus tantum capitibus videri posset processus iste insufficientis. Et aut quia indiscussum relinquitur, an intelligere angeli inquantum tale, sit substantia: aut quia praemissa est distinctio, de subsistere formaliter & identice. Sed quod neutrum horum obstat declarat. Et de primo quidem facile patet. Tum, quia cum esse substantia sit praedicatum dicis perfectione simpliciter, si intelligere angeli secundum rationem id quod dicit perfectione simpliciter non est substantia, a fortiori minus erit substantia secundum id, in quo habet aliquid imperfectionis admittit. Constat autem quod inquantum tale aliquid imperfectionis continet. tum etiam, quia intelligere angeli inquantum tale est subiectum extraneum respectu praedicati, dicentis perfectione simpliciter, quale est substantia. Et ideo mirum non est si in doctrina ex propriis omnium fuit. Nec obstat quod praedicatum sit non substantia absolute, sed substantia angeli: quia si intelligere est substantia angeli, sequitur ergo quod sit substantia, quod est praedicatum dicis perfectione simpliciter, quod est principaliter intentum in hac questione. si substantia est, per dubium suam, intelligeret substantia est. Quod autem secundum non obstat, sic declarat. Subsistere seu substantia esse, possumus imaginari conuenire alicui rationi formali quadrupliciter. Primo modo, ut superius suo inferiori, quemadmodum conuenit homini secundo, ut inferiori suo superiori, quemadmodum conuenit entium. Tertio modo, quasi modus intrinsecus, sicut dicimus quod sapiencia inuenit substantia. Quarto modo, id est ex se, sicut dicimus, quod relationes in diuinis sunt substantia. Et si volumus recte considerare, primus modus oino erat extra propositum: quoniam de se patet, quod intelligere non est inferior ad substantiam. Et sic secundus modus extraneus erat, quia substantia non est inferior ad intelligere. Constat enim, quod neque differentia substantia, sunt differentiae actus intelligendi, neque e contrario, differentiae actus intelligendi, sunt differentiae substantia, vnde de duobus casibus modis relinquebatur, vterque autem modus si per se actus huius credere ipsi intelligere angeli, sufficeret excluditur ex hac ratione: quoniam ad maximam perfectionem ipsius intelligere, spectaret quodlibet horum. Si namque intelligere angeli per se conuenit subsistere, quasi modus essendi eius, aut id est cum substantia, ex perfectione sua simpliciter hoc habet, quoniam vterque horum ponit perfectione simpliciter. Excludere autem quodcunque eorum per accidens, opus non fuit. Tum, quia esse substantia, vel accidens, nulli rei conuenit per

est purum intelligere, sed tale. Si vero intelligatur de intelligendo contracto, nihil aliud inferri, nisi quod tale intelligere, puta Gabrielis, est vnum specie & numero, quemadmodum substantia eius. Et sic vniuersalis consequentia, si vnus angelus non distingueretur ab altero, nec a deo, nihil valeret. Similiter intelligere quoniam modo supponat, dupliciter contingit. Quod subsistat. I. formaliter & identice: formaliter quidem, si ex perfectione propria vendicat sibi subsistere, id est ex se, si subsistere non secundum propriam rationem sibi conuenit, sed ex eo cui conuenit. Exemplum vtriusque modi habetur in casu posito, si albedo & nigredo subsisterent. Tunc enim color quidem subsisteret identice, albedo & nigredo formaliter. Aut ergo in ista propositione intenditur, quod intelligere subsistens formaliter non potest esse nisi vnum, & sic non est ad propositum, quoniam intelligere angeli non concederetur sic subsistere. Aut intenditur quod intelligere subsistens identice non potest esse nisi vnum, & sic in proposito est falsa, ut ex exemplo dato patere potest. Et hoc modo diceretur. Auero quod intelligere angeli est subsistens, quia scilicet est idem substantia angeli.

per accidens, sed semper sunt conditiones essentialis rerum: Tu, quia hoc solo modo potest dici, quod intelligere subsistit per accidens, quia identitas cum substantia non conuenit sibi ex parte sui, sed ex parte substantiae. Sed hoc extraneum erat a proposito, quia substantia angeli iam declaratum est, quod est res finita perfectionis & non est actus purus, ac per hoc non habet in se, unde vendit sibi identitatem cum eo, quod sibi conuenit. Propter has enim conditiones, substantia Dei est quod dicitur habet, & per hoc patet ratio ad obiectionem, et in quo consistit vis S. T. Quia uis, nisi ratio ducens ad impossibile: medium tamen super quo firmatur, est causa conclusionis. Fundatur enim super quantitate perfectionis ipsius in intelligere angeli: & intendit quod si tantae perfectionis est, ut sibi vendicat substantialitatem, non copariet secundum multitudinem, sed erit unum tantum. Et probat sequela, quia si subsisteret in sua abstractione: omnino aut abstractum subsistens unum tantum est, unde manifeste patet ex dictis, quod nihil obstat distinctione de subsistere identice & formaliter: nec de intelligere tali. Et quod categorica illa sic accipit, intelligere ex sua perfectione subsistens, non est nisi unum.

Ad primam autem dubitationem dicitur, quod consequentia illa intendit de subsistere in se, seu abstracte. Et quod categorica eius non est ista: substantia est subsistens in se praecise, sed ista: substantia angeli, puta Gabrielis, est subsistens in seipsa, quia praedicatum antecedens est totum hoc, substantia angeli, ut patet in littera. Sed hoc non saluat consequentiam, quia in hoc non sequeret, ergo intelligere angeli, esset subsistens in seipso intelligere, sed in seipsa substantia angeli. Cuius tamen costet, quod prima oportet inferre, & non esse tantum, ut ex dictis patet. Quod autem sophisma amphibologiae hic committeretur, ex ipso declarat supposito. Albedine enim subsistente, color esset res subsistens in seipsa, quia esset albedo quae in seipsa subsisteret, non tamen color in seipso esset subsistens, sed in albedine contractus. Et similiter substantia, esse praedicatum Deo & creaturis, est substantia Gabrielis, quae in seipsa subsistit: non tamen sequitur, ergo est in seipsa abstracte subsistens. Et si dicatur, quod ista instantia non habet locum in proposito, quia constat liquido, quod intelligere & substantia non possunt se habere sicut superius & inferius, quia neutrum differunt, alterius esse possunt per se: facile hoc retunditur obiciendo, quod quibus hoc costet, non tamen costat quin intelligere & substantia immaterialis se habeant sicut ens & bonum, quorum per se differunt, quibus sunt alia formaliter, identice tamen coincidunt. Et sic, quae ad modum non ualeat, bonitas est idem quod substantia angeli quae subsistit in seipsa, ergo est subsistens in seipsa, ita nec de intelligere. Aliter ergo dicendum est, praenotando quod hi duo modi subsistendi se habeant adinuenit, & in ordine ad substantiam. Subsistere igitur in alio, ut animal in homine, & subsistere in seipso, ut homo si subsisteret separatim, se habent ut imperfectum & perfectum in eodem genere. Perfectius namque loque est in seipso subsistere, quam ab alio subsistentiam mendicare, ut de se patet, & ut prius & posterior, quia id quod est per se in quolibet genere, prius est eo quod est per alium, ut patet secundo physiconum textu 66. Comparatur autem haec ad substantiam hoc pacto, quod esse substantiam sequitur subsistere, sive in se, sive in alio, nisi imperfectio, puta quia est pars substantiae, magis quam substantia prohibeat. Esse autem substantiam perfectibilem formaliter, vel contrahibilem indiuidualiter, sequitur subsistere in alio. Esse uero substantiam sic completam, ut excludat contrahens omne tam formale quam materiale, sequitur subsistere in seipso. His autem stantibus dicitur, quod quemadmodum in antecedente duo continentur, alterum explicite, scilicet intelligere angeli esset substantia, & alterum implicite, scilicet intelligere angeli est tantae perfectionis, quod vendicat sibi esse substantiam: ita in consequente duo intelligenda sunt, alterum explicite, scilicet ergo esset subsistens, accipiendo ly subsistens communiter, alterum implicite, ergo in seipso subsisteret. & sicut explicitum sequitur ex explicito: ita implicitum ex implicito. Et quod in antecedente illud continetur, ex dictis patet, & ex eo quia per se notum est, quod istae duae perfectiones simpliciter, in se disparatae sunt. Nec habent ex propriis rationibus, nec ex eo, quod sunt perfectiones simpliciter, unde iungantur: sed si iunguntur, ex magnitudine perfectionis alterius vel utriusque prouenit. Quod autem ex implicito hoc sequatur illud, ex duobus patet. Primo, quia si intelligere ponitur tantae perfectionis, quod vendicat sibi perfectissimam naturam, qualis est natura substantiae, consequens est, quod vendicat quoque sibi perfectissimum modum illius naturae.

qualis natura est subsistere in seipso. Secundo, quia cum intelligere perfectio simpliciter sit, ac per hoc independens a materia in rationem, & in esse: cum per hanc perfectionem infra propria rationem ponitur in rerum natura, ut vendicat sibi identitatem, cum tam perfectissima natura & extranea ab ipso in se, a sortio si supponitur esse in abstracto; alium tamen concreto. Unde non sequitur, si uiuere sit esse, quod uita sit essentia. Quamuis etiam quandoque uita pro essentia ponatur secundum quod Augustinus dicit in libro de tri. quod memoria & intelligentia, & uoluntas sunt una essentia, una uita: sed sic non accipitur a Philosopho cum dicit, quod actio in intellectu est uita.

Ad 3^m dicendum, quod actio substantia sic perfecta, quod non expellet esse a contrahente, & consequenter oportet quod subsistat in seipso. Accipiendo igitur consequentiam tam secundum id quod explicite, quam id quod implicite continetur: quoniam praedicatum consequens non est simplex, sed duo continet. Subsistens in seipso, praedicatum quaque antecedens compositum oportet esse. Et sic categorica eius erit quasi de copulato subiecto & praedicato, & erit ita. Substantia ex tanta perfectione, est ratio subsistendi in seipso.

Ad quartum dubium dicitur, quod subsistere accipitur dupliciter, uno modo ut significat tantum affirmationem essendi in rerum natura, & negationem sustentationis in alio quocumque. Alio modo, subsistere importat quandam naturalem entis modum, cui naturaliter annexa sunt talis negatio & talis affirmatio. In proposito non est sermo de subsistere primo modo, sed secundo. Quoniam de substantia naturali ipsius intelligere loquimur, quae substantia est, & perfectionem simpliciter ponit, & non nisi ex perfectione summa ipsius intelligere sibi conuenit. Unde ad obiectionem in oppositum dicitur, quod si intelligere naturaliter subsisteret, esset tantae perfectionis, quae potest habere actus intelligendi, quod nulla limitatione propria latitudinis, modificaretur, quemadmodum humanitas subsistens apud Platonem, totam hominis perfectionem sibi vendicaret. Et consequenter, cum intelligere sit perfectio simpliciter, ac per hoc nata sit esse infinite perfectionis simpliciter, oportet quod intelligere subsistens esset infinitum: ac per hoc identificaret sibi omnem aliam perfectionem simpliciter. & sic esset Deus ipse. Unde falsum est, quod si intelligere subsisteret, quod esset sic purum intelligere, quod non esset uelle, immo esset, & uelle, & uoluntas, & deitas &c.

Ad 5^m dicendum, quod ad confirmationem uero dicitur, quod conueniat de subsistere: quoniam in subsistere primo modo, perfectione non augeat intrinseca, unde dicitur tamen sibi subsistentiam, magis perfectionem ponit: & in perfectionibus simpliciter arguit perfectionem infinitam. Quod etiam ex eo patet, quia cum intelligere ex propria ratione non sit de genere substantiae, si tantae perfectionis est, ut hanc perfectionem simpliciter quae est esse, substantiam sibi vendicat, par ratio est, ut ex eadem perfectione sua, omnem aliam perfectionem simpliciter sibi identificet: quae enim est maior ratio de ista quam alia? & sic intelligere esset actus purus &c. Et haec distinctio de subsistere cum hac confirmatione uelima, est notanda, quoniam ex illa sequitur, ex ista uero Auerroistae retunduntur.

Tertio ratio est ista. Si intelligere angeli esset substantia, non possent esse gradus in intelligendo perfecte, & minus perfecte. Probat consequentia, quia tales gradus attenduntur secundum diuersam participationem ipsius intelligere.

Circa istam rationem, primo notandum est sensus consequentis: non consequens illatum, potest habere duos sensus. Alter est, quod in eodem angelo non possit esse intelligere perfectius & minus perfecte: & sic consequentia plana est, quia substantia unius & eiusdem angeli, non suscipit magis & minus: sed quomodo consequens sit impossibile non uideo: cum nulla ratio appareat cogens ad diuersitatem magis & minus intelligendi in eodem angelo. Alter igitur & intentus sensus a S. T. est, quod non essent diuersi gradus intelligendi simpliciter. Et confirmatur ista consequentia super praecedente ratione, quoniam si intelligere subsisteret, non esset nisi unum, ac per hoc excluderet distinctionem in multis gradibus.

Secundo circa hanc rationem dubitatur, quia non uideatur consequentia ualere formaliter: quoniam non ualeat, substantia est substantia, seu subsistens, ergo non distinguit in diuersos gradus substantia. Et tamen substantia est perfectio simpliciter, sicut & intelligere. Quod autem non ualeat de substantia naturalitate consequentia haec, de se patet, quod substantia est in omnibus angelis & complexis substantiis, cuius tamen gradum diuersitate in magis & minus perfectum inuenitur.

Ad hoc breuiter dicitur, quod consequentia est optima formaliter: & quod si substantia in sua abstractione subsisteret, non esset nisi una, nec compareret gradum diuersitatem. Sed argumentum fallitur, quia de substantia naturalitate subsistere equiuocatur dupliciter, contingit. Vno modo, quod ex sua perfectione quam dicit, praecide ad omni multitudine imperfectionis, sic abstracta subsistat: & hoc modo, ut dicitur, non est nisi una. Alio modo ut admissum habet aliquid imperfectionis ex eis per se differentibus diuersis, quales sunt omnes dicitur in genere substantiae: & sic praecedit obiectione. Et ideo non est contra propositum. Habet autem forma ista perfectio simpliciter, substantia istas utrumque: modum subsistendi possibile: quia omnes differentiae & modi per se illius, constituent substantiam aliquam in aliquo esse substantiali, & consequenter subsistit.

Super quaestione quinquagesime quartae articuli secundum.

Intelligere angeli sit eius esse.

Articulus II.

Vtrum intelligere angeli sit eius esse.

Ad secundum sic proceditur. Videtur, quod intelligere angeli sit eius esse. Viuere enim uiuentibus est esse, ut dicitur in 2. de Anima. Sed intelligere est quoddam uiuere, ut in eodem dicitur. Ergo intelligere angeli est eius esse.

2^a Praeterea. Sicut se habet causa ad causam: ita effectus ad effectum. Sed forma per quam angelus est, est eadem cum forma, per quam intelligit ad minus seipsum. Ergo eius intelligere est idem cum suo esse.

Intelligere clarum. In corpore articuli quatuor facit. Primo, proponit conclusionem in suam: quod neque actio angeli: neque actio alicuius creaturae, est eius esse. Secundo, distinguit duplex genus actionis, scilicet immanentis & transeuntis. Tertio, probat conclusionem propositam, quo ad actionem transeuntem. Quarto, quo ad actionem immanentem. Et medium quidem assumptum ad probandum de actione transeunte est: quia est effectus ad agente i actum, effectus autem significatur, id est, est res significata iura ipsum agens: ut etiam significatio ostendit. In enim significatur, ex parte rei se tenet, & non tantum ex parte modi significandi. De actione autem immanente medium est: quia actio immanens est infinita simpliciter, vel secundum quid, id est in aliquo genere: esse autem cuiusque rei, est huiusmodi & determinatum ad certum genus, & ad certam speciem rei, scilicet cuius est: ergo non sunt idem. Maior declaratur distinguendo duplex genus actionis immanentis: alterum pertinens ad partem intellectiuiam, alterum ad partem sensitiuam. Primum enim est infinitum simpliciter, quia obiectum eius ad omnia se extendit. Secundum uero est infinitum secundum quid: quia obiectum eius ad quoddam tantum species se extendit, & omnia clara sunt in littera.

Circa hanc rationem aduerte, quod operatio immanens dupliciter sumi potest, scilicet in communi, pura intelligere, uideri &c. Et in speciali, seu contracte ad tale uel tale subiectum, puta intelligere humanum, uidere bouinum &c. In proposito non est sermo de istis in communi; quia sic non esset differentia inter eas, & esse in communi: sed est de eis sermo ut contracte sunt ad subiecta. Ita quod intendit, quod quia esse humanum est eorum species, intelligere uero humanum, non: sed est infinitum, ideo non sunt idem. Aduerte secundo, quod determinati seu esse in aliqua specie, contingit dupliciter: uno modo per accidens, seu extrinsece. Alio modo per se, & intrinsece. In proposito, non est sermo de specificatione extrinseca, seu per accidens: quia sic ratio nihil ualere, ut patet discurrenter facillime. Sed de specificatione intrinseca & essentiali, ita quod intendit, quod quia esse humanum est essentialiter determinatum ad speciem hominis, intelligere uero humanum non est essentialiter in specie hominis, sed essentialiter potest specificari ab omnibus speciebus entis, seu ueri: ac per hoc, est infinitum & indeterminatum simpliciter, ideo non sunt idem, & simile est in aliis. Et ex hoc patet, quam

conformiter S. T. dixerimus in praecedenti articulo, non admittendo intelligere esse speciem atomam. Si enim esset perfectio indiuisibilis formaliter, iam esset determinatum ad certam speciem essentialiter: super cuius opposito fundatur haec ratio.

Circa fundamentum huius rationis dubium est: quia duplex credi potest, scilicet uel hoc. Quorumcumque sunt diuerse essentialis differentiae specificae, illa diuersa sunt res: uel hoc. Ea quorum alterum est certae speciei, alterum uero ad plures species essentialiter determinari potest: sunt diuersae res. Et si quidem prima propositio fundamentum huius rationis est, concedere oportet omnem distinctionem formalem & specificam esse realem: quod nec a Thomistis tenentibus relationem esse idem fundameto, acceptatur. Nec uideatur consonum dicitur S. Thomae: quia sicut bonum dicitur formaliter ab ente, ita species boni & differentiae per se boni a speciebus & differentis entis distinguuntur formaliter, & tamen sunt idem realiter. Si uero propositio haec falsa dicitur, & super secunda propositio fundetur processus iste, redit rursus ambiguitas similis, & forte maior. Tum, quia secunda propositio non differat a prima nisi penes unum. Quoniam in prima aliter tantum specificatur differentiarum enunciatur causa distinctionis realis. In secunda uero aliter & pluralitas, quia scilicet, ex una parte est una differentia constituens, ex alia uero parte sunt plures differentiae specificae: sic enim habent esse humanum & intelligere: difficile autem ualde uideatur ualde habeat pluralitas differentiarum aliarum, quod faciat distinctionem realem a se unius alius differentiae, si uitas alius differentiae ad hoc non sufficit. Quoniam pluralitas ista, nihil aliud operatur, nisi quod id cui conuenit, se habeat ut natura generica, quemadmodum uitas differentiae facit, quod res cui conuenit, se habeat ut natura specifica. Nec apparet ratio aliqua: quare res unius speciei non possit esse idem cum re natura generica alterius ordinis, si potest esse idem cum re natura specifica alterius ordinis. Tum, quia nec propositio potest acceptari a praedictis Thomistis, quoniam albedo est unius certae speciei: ratio autem quae ponitur identificata illi, ad multas indifferens est species, quoniam diuiditur in relationem similitudinis & dissimilitudinis &c. Et confirmatur, quia cuiuscumque non repugnat pluralitas differentiarum specificarum, illi nec repugnant magis tres quam quatuor aut decem differentiae. Et propterea, si una res esse potest, & tamen esse in duabus speciebus, non minus una res esse poterit, & esse in omnibus speciebus unius generis.

Ad hoc dubium dicitur, quod processus Sancti Thome directe & proxime super secunda propositione fundatur, absque prima tamen negatione: ita quod proximum fundamentum est haec propositio. Determinatum essentialiter secundum esse specificum, non est res determinabilis essentialiter per plura esse specifica. Quia propositio uideatur esse per se nota, alioquin, ueniret res esse essentialiter completa formaliter ultimo complemento formali, & non esset completa ultimo complemento formali, quod implicat contradictoria simul. Et licet in hoc non referatur res ponatur determinabilis per unum esse specificum, aut per plura, quemadmodum natura generica per plura specificatur, sequuntur tamen plura impossibilia ex secundo, quam

Prima S. Tho. A A Quoniam

b
322
112
164

Cap. 4. par. 1. a medio.

Li. 9. Met. tex. 16. b. 3.

D. 112
81
2
140
283

D. 75a

Quoniam si ponitur quoddam res specifica unius ordinis, est identice res specifica alterius ordinis, non sequitur nisi hoc, quod determinatum essentialiter ultima determinatione formali, est determinabile essentialiter alia determinatione formali: & sic effect determinatum ultimatum, & non determinatum ultimatum. Si vero ponitur, quoddam res specifica unius ordinis, est identice res generica alterius ordinis, praeter praedictum, inveniuntur sequuntur duo alia, scilicet, quod determinatum formaliter ultima determinatione esset natura formabilis essentialiter multis differentibus: & quod esset duae naturae oppositae, quia esset idem cum duabus differentis extremis, diuidentibus rem illam genericam. Sicut si superficies esset natura coloris, sequeretur quod una & eadem superficies esset albedo & nigredo. Quia ois superficies esset identice color, ac per hoc, haec superficies esset non solum talis color, puta albedo: sed esset identice omnis color, quod implicat contradictionem. Sicut si quis poneret colorem significare unum numero, & tamen esse genus. Ex hoc patere potest, quod quibus ambae propositiones verae forte sint, ad propositum tamen non spectant de necessitate. Nisi illae quae de identitate & distinctione inter rem specificam & rem genericam alterius ordinis loquuntur, quae habent maiorem evidentiam.

Ca. 4. par. 1. parum ad medium.

280

262

se ad omnia, & utrumque recipit speciem ab obiecto. Secundum quid autem infinitum est sentire, quod se habet ad omnia sensibilia, sicut visus ad omnia visibilia. Esse autem cuiuslibet creature, est determinatum ad unum formam genus & speciem. Esse autem solius Dei, est simpliciter infinitum, in se omnia comprehendens, ut dicit Dion. 4. c. de diuin. nom. Vnde solum esse diuinum, est suum intelligere, & suum velle.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod viuere quodcumque sumitur pro ipso esse viuientis, quandoque vero pro operatione vitae, id est, per quam demonstratur aliquid esse viuens. Et hoc modo Philosophus dicit, quod intelligere est viuere quoddam. Ibi enim distinguit diuersos gradus viuientium secundum diuersa opera vitae.

AD 2^m dicendum, quod ipsa essentia angeli est ratio totius sui esse, non autem est ratio totius sui intelligere, quia non omnia intelligere potest per suam essentiam. Et ideo forma propria rationem, in quantum est talis essentia, comparatur ad ipsum esse angeli. Sed ad eius intelligere

contrarietate reali actuum, ut patet 2. Coeli. comment. 18. Rursus, aut est sermo de omni actu, aut de tali: si de omni, manifeste sequitur processum in infinitum, quoniam ipsa potentia operatiua, ad quodam est apud te: cum accidens ponatur & subiectum in anima. Et sic, si vnusquisque actus exigit propriam potentiam, praerit alia potentia prior: & cum illa quoque esset actus quidam, praerigeret aliam priorem, & sic in infinitum. Si vero de actu tali, non facile erit assignare qualis sit. Si enim dicitur, quod est sermo de actibus ultimatis, deprehenditur quod hic est fuga quiddam, ex eo, quia sic actus ultimatus in quantum actus ultimatus est, haberet hanc proprietatem, scilicet exigere potentiam propriam. Sed hoc est falsum: quoniam ut patet in 12. Metaphysic. & 2. de anima. & 3. Physico. quilibet actus qui per se fit, fit in propria potentia. Constat autem quod non omnis actus qui est per se terminus actionis, alicuius est actus ultimatus, quoniam omnis forma accidentalis absoluta, ad aliquam operationem ordinatur. Si vero dicitur, quod est sermo de actu rationis, id est de actu per se expectato ab eo cuius est actus, deprehenditur falsum hoc esse, ex dicto Sancti Thomae hic subsumptis sub istis propositionibus, quod esse est talis actus respectu essentiae. Constat enim quod essentia non expectat esse, nec aliquid quod mediat fieri ad coniungendum talem actum tali potentiae: sed eadem generatione generatur & corrumpitur. Est & tertia ratio dubitandi, ex propositionibus subsumptis, scilicet. Essentia est propria potentia respectu esse, & potentia operatiua respectu operari. Si enim haec propositiones verae sunt cum antedictis, manifeste sequitur, quod quemadmodum operari & esse distinguuntur semper formaliter & realiter: ita etiam semper omnis essentia distinguatur realiter ab omni operatiua potentia: quod implicat contradictionem. Tum, quia nulla essentia alicuius formae accidentalis esset potentia operatiua, & sic calor non esset potentia calefactiua. Tum, quia nulla potentia operatiua haberet esse: quia non esset essentia.

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur quod virtus, vel potentia intellectiua in angelo, non sit aliud quam sua essentia. Mens enim & intellectus, non dominant potentia intellectiua. Sed Dionysius in pluribus locis suorum librorum nominat ipsos angelos intellectus & mentes. Ergo angelus est sua potentia intellectiua. ¶ 2. Praet. Si potentia intellectiua in angelo est aliquid praeter eius essentiam, oportet quod sit accidens. Hoc enim dicimus esse accidens alicuius, quod est praeter eius essentiam. Sed forma simplex subie-

Super questionis quinquagesime, quarta articulum tertium.

IN titulo notandum est, quod cum potentia sit principium actuum, vel passiuum operationis, duo in se claudit, scilicet relationem principii, & rem absolutam, quae est proxima ratio agendi vel patiendi. In proposito, non est quod de relatione, sed de re absoluta. Ita quod sensus tituli est: utrum potentia non per respectum, sed per se absoluta, qua significat, sit idem cum substantia angeli. ¶ In corpore vnica est conclusio responsiua negatiue, & est vnica tam de angelo, quam de quacunque creatura, scilicet. Nulla vir-

tus operatiua siue angeli, siue cuiuscumque creaturae, est eius substantia. & probatur sic. Nullius creaturae esse est sua operatio, ergo nullius creaturae substantia est sua potentia operatiua. Aecedens patet ex praedictis articulis: quod sequentia vero deducit, quia forma diuersitatem actuum, oportet esse diuersitatem potentiarum. ¶ Circa rationem praedictam, ex nullis capitibus occurrunt dubium. Et primo, in illa propositione, Diuersitas actuum, exigit diuersitatem potentiarum. Aut enim est sermo de diuersitate absolute, aut tali. Si absolute, nil concludit: quia distinctio in principii, non infert distinctionem in principii, nisi forte distinctionem formalem potentiarum, quae non sufficit proposito. Si de tali, aut de formali, & sic etiam non infert propositum: aut de reali, & sic est falsum manifeste: quia cum diuersitate realium actuum, stat vnitas potentiae, ut patet in potentia visiva: & aliis, immo cum

ARTICVLVS III.

Utrum potentia intellectiua angeli, sit eius essentia.

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur quod virtus, vel potentia intellectiua in angelo, non sit aliud quam sua essentia. Mens enim & intellectus, non dominant potentia intellectiua. Sed Dionysius in pluribus locis suorum librorum nominat ipsos angelos intellectus & mentes. Ergo angelus est sua potentia intellectiua.

¶ 2. Praet. Si potentia intellectiua in angelo est aliquid praeter eius essentiam, oportet quod sit accidens. Hoc enim dicimus esse accidens alicuius, quod est praeter eius essentiam. Sed forma simplex subie-

contrarietate reali actuum, ut patet 2. Coeli. comment. 18. Rursus, aut est sermo de omni actu, aut de tali: si de omni, manifeste sequitur processum in infinitum, quoniam ipsa potentia operatiua, ad quodam est apud te: cum accidens ponatur & subiectum in anima. Et sic, si vnusquisque actus exigit propriam potentiam, praerit alia potentia prior: & cum illa quoque esset actus quidam, praerigeret aliam priorem, & sic in infinitum. Si vero de actu tali, non facile erit assignare qualis sit. Si enim dicitur, quod est sermo de actibus ultimatis, deprehenditur quod hic est fuga quiddam, ex eo, quia sic actus ultimatus in quantum actus ultimatus est, haberet hanc proprietatem, scilicet exigere potentiam propriam. Sed hoc est falsum: quoniam ut patet in 12. Metaphysic. & 2. de anima. & 3. Physico. quilibet actus qui per se fit, fit in propria potentia. Constat autem quod non omnis actus qui est per se terminus actionis, alicuius est actus ultimatus, quoniam omnis forma accidentalis absoluta, ad aliquam operationem ordinatur. Si vero dicitur, quod est sermo de actu rationis, id est de actu per se expectato ab eo cuius est actus, deprehenditur falsum hoc esse, ex dicto Sancti Thomae hic subsumptis sub istis propositionibus, quod esse est talis actus respectu essentiae. Constat enim quod essentia non expectat esse, nec aliquid quod mediat fieri ad coniungendum talem actum tali potentiae: sed eadem generatione generatur & corrumpitur. Est & tertia ratio dubitandi, ex propositionibus subsumptis, scilicet. Essentia est propria potentia respectu esse, & potentia operatiua respectu operari. Si enim haec propositiones verae sunt cum antedictis, manifeste sequitur, quod quemadmodum operari & esse distinguuntur semper formaliter & realiter: ita etiam semper omnis essentia distinguatur realiter ab omni operatiua potentia: quod implicat contradictionem. Tum, quia nulla essentia alicuius formae accidentalis esset potentia operatiua, & sic calor non esset potentia calefactiua. Tum, quia nulla potentia operatiua haberet esse: quia non esset essentia.

¶ Circa conclusionem ipsam, multae sunt dubitationes, & obiectiones, per quanto ponit quod nulla substantia creata est immediatum principium alicuius operationis. Quoniam, aut vnus intelligitur de principio, tam actiuo quam passiuo, aut de actiuo tantum. Si de

277 Inf. q. 77. a. 1. cor. & 2. 79. a. 1.

Cap. 4. q. 2. de diu. & c. 12. q. 1. hic.

de utroque, sequitur quod substantia nullius transmutationis subiectum proximum esse potest, hoc autem est inconueniens. Tum, quia oppositum apparet in materia prima. Tum, quia hoc saluari non potest, nisi ponendo in omni substantia quaedam accidentia potentia congenita ipsi substantiae: quibus median- tibus esset transmutatio in substantiam diuersam transmutationibus: hoc autem est voluntarium & irrationabile: quia pluralitas non est ponenda sine necessitate. Natura enim facit ex paucioribus quantum potest, ut patet 1. Physico. Si autem est sermo de principio actiuo tantum, sequitur quod supponatur hic, omnes potentias partis sensitiuae & intellectiuae, esse actiuas, eo quod sunt potentiae operatiuae. Et tamen in 2. de anima manifeste dicitur, sensus esse potentias passiuas, & similiter intellectus possibile in tertio eiusdem. Deinde contra hoc sunt obiectiones Sec. in 2. dist. 16. & in 4. dist. 12. Et primo arguit sic. Ordinum ad finem quatuor immediatus ordinatur ad illum, tanto nobilior ordinatur: substantia creata nobilissimo modo ordinatur ad finem per operationem attingendum, ergo immediate operabitur. Et confirmatur: quia operari immediate conuenit formae ignobiliori, scilicet accidentali, & formae nobiliori, scilicet actiuae: ergo conuenit etiam formae mediae, scilicet substantiali creatae. Et confirmatur secundo, quia alioquin substantia intellectualis esset beata per accidens, quod est inconueniens, probatur consequentia: quia esset subiectum beatitudinis per receptionem medium, in quo reciperetur beatitudo, si esset separata a substantia. Secundo sic: Substantiam oportet produci a substantia, etiam tanquam a principio quo agens agit, ergo substantia est principium actiuum ut quo: quod nihil aliud est quam potentia actiua. Et confirmatur hoc, quia apud te, forma in qua genitum assimilatur generanti, est ratio & principium generandi, ergo potentia generatiua in quacumque substantia, est substantia. Et si dicitur concedendo, quod substantia est principium actiuum quo operationis & generandi, non proximum, sed primum, ut dicitur in definitione naturae, & quod potentia operatiua nominat principium proximum, Contra hoc multipliciter obicitur. Tum, quia negari non potest quin substantia sit immediatum principium talis potentiae operatiuae, quam ponis esse accidens. Tum, quia negari non potest quin substantia sit immediatum principium substantialis productionis: quoniam aut substantialis productio elicitor immediate a forma substantiali, vel a forma accidentali. Si a substantiali, habet intentum: si ab accidentali, aut virtute propria, & hoc non: ut de se patet. Aut virtute substantiae, quia est eius instrumentum, & hoc esse etiam falsum declaratur quadrupliciter. Primo, quia instrumentum apud te non mouet nisi motum a principali agente, ergo aliqua est operatio substantiae, qua mouet accidens ad agendum, quod est principale intentum. Secundo, quia causa principalis & instrumentalis sunt ordinatae essentialiter, sicut superior & inferior. Constat autem, quod causa superior prius natura attingit effectum, quam inferior. Et si est naturalis, quicquid vel quantum potest, prius naturaliter agit quam inferior. In illo ergo prior producta est substantia immediate a substantia. Et consequenter in secundo signo naturae, in quo terminatur actio causae secundariae, non producit substantiam nisi idem bis producatur. Tertio, quia quo instrumentum non se extendit, illuc oportet principalem agentem actionem pertingere. Sed actio accidentis non attingit naturae primae essentiam, ergo generationem substantialem quae in ea fit, a substantia immediate, elici oportet. Quarto, quia cum dicitur accidens causare substantiam in virtute substantiae, ly in virtute: aut addit aliquid absolutum, aut respectiuum. Si absolutum, cum illud sit accidens, eadem quoque erit. Si respectiuum, manifeste patet, quod ex respectu superaddito, accidens non potest facere substantiam, quoniam relatio non largitur virtutem actiuam: & etiam illa relatio est accidens. Tum, quia non potest negari quin substantia in suo ordine sit immediatum principium alicuius propter operationis, ut patet ex ratione causae superioris principalis, ut diximus. Et confirmatur, quia quoniam Deus apud philosophos non causet nisi mediatis causis secundis, tamen ipse est immediata causa propriae operationis in suo ordine, ergo similiter se habe-

Act. de diu. q. 77. a. 1. cor. & 2. 79. a. 1.

277 Inf. q. 77. a. 1. cor. & 2. 79. a. 1.

Cap. 4. q. 2. de diu. & c. 12. q. 1. hic.

bunt substantia creata & forma accidentalis: dato quod non causet nisi mediante accidente. Tertio arguitur ducendo ad impossibile, quia sequeretur quod posset fieri per diuinam potentiam substantia intellectualis sine intellectu, & e conuerso: quia omne absolutum prius potest fieri sine alio absoluto distincto. realiter a se. Et si dicatur, quod hoc non potest fieri propter necessariam connexionem inter ea, ex hoc magis haberetur intentum propter duo. Primo, quoniam ista connectio attenditur non secundum connexionem potentiae ad actum: quia omnis potentia, est potentia contradictionis, ut dicitur 9. Meta. tex. 17. sed secundum connexionem causae actiuae naturaliter ad suum effectum. Vnde & apud te, potentia fluunt ab essentia, ergo substantia est immediate actiua: quod est principale intentum. Secundo: quia cum Deus possit supplere vicem, omnis causae extrinsecae, quantumcumque talis connectio videatur necessaria, poterit tamen Deus facere unum sine alio. Quarto arguitur ex confessis & experientia. Fatemur in primis, quod angelus intelligit substantiam propriam per se ipsam. Igitur essentia angeli est proximum principium intellectus. Ex perimur quoque, quod aqua calefacta frigeat a se ipsa: ergo propria substantia est principium proximum frigeactionis. ¶ Ad euidenciam praesentis materiae, notanda sunt aliqua distinctiones: Prima est de actu. Quidam est adaequatus potentiae: ut intelligere respectu intellectus, & videre respectu visus. Quaedam vero inadaequatus, ut tale intelligere, puta intelligere bouem, & tale videre, puta album. In proposito est sermo de actibus adaequatis tantum: quoniam de talibus tantum verificatur, quod potentiae distinguuntur per actus. Secunda est de graduatione rerum. Quaedam res sunt, quae primaria intentione intendunt a natura ut actus. Quaedam vero ut potentiae: quibus contingat res intentas ut actus, habere aliquid potentiae admissum: Et similiter res intentas ut potentias, habere aliquid actualitatis admissum. Et illae quidem sunt per se primo & essentialiter actus: & per hoc simpliciter locantur in coordinatione actuum. Iste vero sunt per se primo & essentialiter potentiae. Et consequenter simpliciter locantur in ordine potentiarum: ita quod imaginandum est, quod quaedam in genere substantiae sit inuenire quaedam res a natura intentas per se primo, ut principia aliorum sunt, ita in quolibet genere sunt quaedam res per se primo intentae a natura, ut principia proxima aliorum. Et si ita est, ex hoc habet tertia distinctio actus & potentiae: quae uterque est duplex. Actuum, n. quidam est per se primo actus & secundario potentia. Quidam vero e conuerso. Et similiter potentiarum, quaedam est per se primo potentia, & secundario actus: quaedam vero e contra. Quoniam in his sit latitudo quaedam: quoniam potentiae passivae sunt actus tamen modaliter pro quanto subiectis inhaerent aliqua earum habent. n. ex hoc quaedam actus modum. Potentiae vero actiuae, actus quidem sunt, sed tales, quod sunt essentialiter intenti: & ad hoc producti in natura, ut principia operationum sunt. Et propter hoc, in genere principiorum essentialiter locantur. In proposito ergo, sermo est de actu per se primo intento in ratione actus, & de potentia per se primo intenta in ratione potentiae. Quod autem dentur in natura tales res, specialem quaestionem exigeret. In proprio tamen apparet rationabiliter eas poni posse. Quoniam quidem habitus omnes practici, ut docuit Aristoteles in Ethicis, res tales sunt: quoniam ad nihil aliud sunt nisi ad operari. Similiter formalia significata potentiarum actiuae ad nihil aliud sunt nisi ad operari. His praesuppositis, ad obiectiones contra rationem S. Thome factas, respondetur, quod praesens sermo est de diuersitate reali: non quacumque, sed formali: non quorumcumque actuum, sed adaequatorum, & per se primo intentorum in ratione actus, talis n. diuersitas totalis potentiarum diuersitatem exigit non a posteriori, sed a priori inferens ea: quoniam actus adaequatus est finis potentiae: & ex 2. phy. expresse patet, quod ex fine assignare rationem & conditionem eius, quod est ad finem, est reddere causam a priori, immo potissimum causam in rebus naturalibus: quia naturalia sunt per se finis. Et propterea argumentum illud: distinctio in principii non arguit distinctionem in principii, sophistica est accidentis: quoniam actus potentiarum, non in eo quod effectus, sed in eo quod fines, potentias distinguunt. Ad id vero quod obicitur contra propositiones subsumptas, Prima S. Thome. AA 2 dicitur

C. 11. circa med. illius.

D. 748

dicitur quod (vt patet ex verbis S. Th. in responsione ad vltimum argumentum) esse hic non sumitur vniuersaliter, prout est commune quid ad actum primum substantialem & accidentalem, sed pro esse substantiali tantum. Et ratio est: quia hic sumitur vt totaliter distinguitur contra esse, quod datur per operari. Tale autem est esse accidentale: quia operari est quoddam accidentale esse habere. Et ideo non est mirum, si forma accidentalis proximum principium essendi, & operandi est: quia & esse eius, & operari eiusdem, est quoddam esse accidentale. Non sic autem se habent operari & esse substantiale, vt de se patet: quia illud est substantia, & hoc accidentis.

Ad obiectiones contra conclusionem ordinate dicendo, respondetur: quod sermo praesens proprie loquendo, est tantum de potentia operatiua, siue actiue, siue passiuae operari dicitur, mo ibi vera operatio sit. Et per hoc excluditur omnes potentiae purae receptivae, quae non media aliqua operatione aliquid habent vt actum, qualis est potentia subiecti respectu propriae passionis, & vniuersaliter respectu eorum quae per se congenita sunt rei. Vnde non videtur inconueniens ponere potentias tales, congenitas substantiis rerum. Nec multiplicatur entia sine necessitate. Quoniam vt patet 12. Metaphysic. in tex. 26. & 28. in quolibet genere, est dare propriam potentiam, & proprium actum, quae sunt vt principia illius generis. Ex hoc enim sequitur manifeste, quod oportet alterum duorum dicere. Aut quod substantia sit reductiue in aliis generibus, vt potentia reductur ad genus actus. Aut quod dentur istae potentiae congenitae: & cum primum sit inconueniens, vt est ipse Sco. fateatur, oportet dicere secundum. Neque potest ad illud tex. Arist. responderi: quod loquitur de potentia obiectiua: quia expressio loquitur de potentia & actu, vt principia sunt eius, quod est in genere. Constat autem, quod potentia obiectiua principii non est rei, immo est res ipsa, vt possibilis est esse. Ad id vero, quod de potentia materiae obicitur, patet ratio a S. Th. intendente, quod potentia materiae est ad esse substantiale, nulla mediata operatione, quae sit vere operatio, ac per hoc accidens inter ipsam materiam & formam substantialem: quoniam in instanti generationis, nulla res est in materia, nisi forma substantialis, cum consequentibus ad ipsam.

Ad primam autem rationem Sco. dicitur, quod esse principium operationis contingit tripliciter, scilicet primum tantum, vel principale tantum, vel primum & principale simul, & quod elicere operationem vt principium primum tantum, est imperfectio: quia oportet esse de genere accidentis. Elicere vero operationem, vt primum & principale simul, est summe perfectionis: quia ponit in re perfectionem substantiae, & accidentis. Elicere vero vt principale tantum, medium est, & propterea rationabiliter conuenit substantiae creatae, quae media est inter Deum & accidentia. Vnde ad primum dicitur, quod substantia debet ordinari ad finem, nobilissimum modo, possibili tantum. Immediatio autem per exclusionem potentiae mediae, est modus impossibilis substantiae creatae. Et per hoc patet ad primam confirmationem, quia si ratione nimiae perfectionis quam haberet, repugnat substantiae creatae, esse proximum principium operationis, quoniam esset proximum & principale simul.

Ad alteram vero confirmationem (si non velimus abuti vocabulis) negatur consequentia: quoniam operari mediante virtute propria, vt quo, non est operari per accidens. Et ad probationem negatam, quod beatitudo comparatur ad potentiam substantialem intellectuales: & ad ipsam substantiam intellectuales, vt color ad superficiem & substantiam corpoream. Ita quod, quoadmodum color informat superficiem, si esset separata a corpore, ita beatitudo potentiae, si esset separata a substantia. Dico. n. quod ista condicionalis est falsa: quoniam beatitudo est essentia operatio vitalis, quam non est intelligibile esse nisi viuentis. Tu et quia beatitudo non potest esse nisi in beato. Non potest

autem fingi, quod potentia separata esset beata, quoadmodum superficies esset colorata: vnde non solum antecedens & consequens illius conditionalis sunt impossibilia, sed etiam condicionalis ipsa. Ad secundam rationem Sco. conceditur, substantiam oportet fieri a substantia, tanquam a causa principali, non autem proxima. Et ad primam instantiam de causatione accidentis a substantia, dicitur, quod nullum accidens causatur a substantia immediata per operationem mediam. Cum hoc est factum: quod multa accidentia consequuntur substantiam & in genere causae effectiuae, & materialis, pro modo dum naturalis sequitur. Et hoc modo substantia est causa suarum passionum & potentiarum. Ad instantiam vero de propria causa litate causae principalis, & superioris, dupliciter dici potest. Primo, negando quod substantia & sua potentia operatiua sunt, proprie loquendo, causa principalis & instrumentalis, superior & inferior: & propterea, obiectiones non habent locum. Et potest esse ratio negationis, quod substantia & potentia operatiua concurrunt, non vt duae causae, sed vt causa, & quasi conditio causa. Secundo potest dici, admitendo quod se habeant non vt causa superior & inferior, sed quodammodo vt principalis & instrumentalis. Et quod instrumentum est duplex, coniunctum & separatum. Et rursus inter instrumenta coniuncta datur latitudo: quoniam calor & potentia augmentatiua, coniuncta instrumenta anime dici possunt: potentia tamen magis coniunctum instrumentum est. Nec opus est, omne coniunctum instrumentum moueri a principali, sed operari principaliter, concurrente ad illud operari principali agente: quoniam sic large accipiendo instrumentum, hanc sufficit haberi instrumenti conditionem. Vnde non oportet obiectiones aliter respondere, supponentibus substantiam & potentiam operatiuam se habere vt duas causas.

Ad id tamen quod tangitur de proximo principio elicitiuo generationis substantialis dicitur, quod est in rem, generatio substantialis instantanea, non est operatio aliqua, sed est terminus generationis transmutantis materiam vsque ad hoc. Vnde non oportet querere aliquid illius principium, sed illud idem, quod in toto tempore praecedente generabat, in instanti vltimo illius temporis generat, terminando actionem suam. Et cum queritur: quomodo alteratio, aut quodcumque accidens virtute substantiae substantia faciat: quod est illa virtus? breuiter dico, dupliciter dici posse. Primo a quibusdam dicitur, quod est res quaedam intentionalis eo modo, quo intentio coloris dicitur esse in aere: & quod licet sit accidens in esse, est tamen causaliter substantia, non vt principalis causa, sed vt vis quodammodo instrumentalis, quae consistat posse esse imperfectioris effectui: vt patet de formis seminibus, & approbat 12. Metaphysic. 40. Secundo dicitur, quod accidens ipsum ex hoc ipso quod est conditio substantiae tali, est eius organum coniunctum: & est ipsius virtus, nec oportet aliam superaddere virtutem. Et hoc patet verum in his, quae non sunt vera instrumenta: sed ipsam & substantia sunt vna causa.

Ad tertiam autem rationem dicitur primo: quod illa propositio absoluta, & realiter distincta sunt separabilia ab inuicem, est falsa, et in doctrina sua: quoniam partes essentielles simul sumptae apud ipsum, distinguuntur realiter a toto: & tamen non possunt alterum sine altero fieri. Deinde dicitur, quod connexio necessaria inter substantiam & eius potentiam: dato quod esset ex causalitate actus, non tamen inferret substantiam esse immediatum principium alicuius operationis, vt patet ex dictis: non inferret etiam quod Deus possit eas separare, quia potest supplere vicem causae efficientis: quoniam hoc intelligitur de efficiente proprie, scilicet per operationem mediam. Tale autem non est substantia respectu suarum passionum, vt ex dictis iam patet.

Ad illud quod obicitur de essentia angeli, dicitur, quod substantia angeli non est elicitiuum principium intellectus, sed potentia. Et quis substantia abicitur

accidentis potest esse subiectum: quia subiectum comparatur ad accidens, vt potentia ad actum. Et huiusmodi est solus Deus. & de tali forma loquitur ibi Boetius. Forma autem simplex quae non est suum esse, sed comparatur ad ipsum vt potentia ad actum, potest esse subiectum accidentis: & praecipue eius quod consequitur speciem. Huiusmodi autem accidens pertinet ad formam. Accidens vero quod est indiuidui, non consequens totam speciem, consequitur materiam, quae est indiuiduationis principium. Et talis forma simplex est angelus.

Ad 3^m dicendum, quod potentia materiae est ad ipsum esse substantiale, & non potentia operatiua, sed ad esse accidentale. Vnde non est simile.

superior & inferior: & propterea, obiectiones non habent locum. Et potest esse ratio negationis, quod substantia & potentia operatiua concurrunt, non vt duae causae, sed vt causa, & quasi conditio causa. Secundo potest dici, admitendo quod se habeant non vt causa superior & inferior, sed quodammodo vt principalis & instrumentalis. Et quod instrumentum est duplex, coniunctum & separatum. Et rursus inter instrumenta coniuncta datur latitudo: quoniam calor & potentia augmentatiua, coniuncta instrumenta anime dici possunt: potentia tamen magis coniunctum instrumentum est. Nec opus est, omne coniunctum instrumentum moueri a principali, sed operari principaliter, concurrente ad illud operari principali agente: quoniam sic large accipiendo instrumentum, hanc sufficit haberi instrumenti conditionem. Vnde non oportet obiectiones aliter respondere, supponentibus substantiam & potentiam operatiuam se habere vt duas causas.

Ad id tamen quod tangitur de proximo principio elicitiuo generationis substantialis dicitur, quod est in rem, generatio substantialis instantanea, non est operatio aliqua, sed est terminus generationis transmutantis materiam vsque ad hoc. Vnde non oportet querere aliquid illius principium, sed illud idem, quod in toto tempore praecedente generabat, in instanti vltimo illius temporis generat, terminando actionem suam.

Et cum queritur: quomodo alteratio, aut quodcumque accidens virtute substantiae substantia faciat: quod est illa virtus? breuiter dico, dupliciter dici posse. Primo a quibusdam dicitur, quod est res quaedam intentionalis eo modo, quo intentio coloris dicitur esse in aere: & quod licet sit accidens in esse, est tamen causaliter substantia, non vt principalis causa, sed vt vis quodammodo instrumentalis, quae consistat posse esse imperfectioris effectui: vt patet de formis seminibus, & approbat 12. Metaphysic. 40. Secundo dicitur, quod accidens ipsum ex hoc ipso quod est conditio substantiae tali, est eius organum coniunctum: & est ipsius virtus, nec oportet aliam superaddere virtutem. Et hoc patet verum in his, quae non sunt vera instrumenta: sed ipsam & substantia sunt vna causa.

Ad tertiam autem rationem dicitur primo: quod illa propositio absoluta, & realiter distincta sunt separabilia ab inuicem, est falsa, et in doctrina sua: quoniam partes essentielles simul sumptae apud ipsum, distinguuntur realiter a toto: & tamen non possunt alterum sine altero fieri. Deinde dicitur, quod connexio necessaria inter substantiam & eius potentiam: dato quod esset ex causalitate actus, non tamen inferret substantiam esse immediatum principium alicuius operationis, vt patet ex dictis: non inferret etiam quod Deus possit eas separare, quia potest supplere vicem causae efficientis: quoniam hoc intelligitur de efficiente proprie, scilicet per operationem mediam. Tale autem non est substantia respectu suarum passionum, vt ex dictis iam patet.

Ad illud quod obicitur de essentia angeli, dicitur, quod substantia angeli non est elicitiuum principium intellectus, sed potentia. Et quis substantia abicitur

que media specie intelligibili ad intellectionem concurrat: non tamen concurrat vt eliciens, sed vt fons intellectus in actu respectu sui: vt infra patebit. Ad vltimum vero de refrigeratione aquae calidae, dupliciter dicitur. Primo, quod principium illius refrigerationis est forma mediantem frigiditate, quae in aliquo gradu in ea remanet: quoniam non potest totaliter ab ipsa expoliari. Nec obstat, quod frigiditas illa sit minor caliditate introducta: quoniam enim sit minor formaliter, est tamen maior radicaliter, seu virtualiter, propter formam substantialem propriam eius radicem, cuius est virtus, & proprietates. Continere autem potest, totum quodammodo pati a toto, propter contrarietatem qualitatum actiuarum in toto existentium in continua pugna. Secundo dicitur, & melius, quod frigitur per se a generante, & a forma propria, per modum tantum sequela, eo modo quo graue grauitando frangit prohibens ipsum descendere, & deorsum mouetur. Imaginandum est. n. & ita est, quod quoadmodum ad formam grauis generi extra locum suum, naturaliter sequeret motus deorsum, nisi aliquid prohiberet ad formam aquae sequitur esse frigidum in tanta perfectione. Et si impediat a tanta perfectione, sequitur, remoto prohibente, refrigerationis motus. Et quemadmodum graue grauitando vincit prohibens quandoque, ita frigidum frigendo vincit calidum prohibens. Quod si calidum illud, ab agente illud fouete, destruitur. Et rursum, quoadmodum graue sequitur motus deorsum mediante grauitate: ita aqua refrigeratio, mediante frigiditate illa, a qua non est denudabilis. Quod autem altero istorum modorum, qui ualde propinquus sunt, fiat, ex hoc patet, quia nisi sic dicitur, oportebit recurrere ad causas extrinsecas, puta ad continens: sed hoc non potest rationabiliter dici. Tum quia aqua efficitur frigidior continente. Tum quia si circumscriptur continens, aut poneretur neutrale, nihil minus aqua calida frigeret: cuius signum euidenter est, quia aqua calida posita in continente non calido, tepescit. Vnde de continens, & quatuorque alia causa extrinseca, non potest poni nisi causa per accidens, vt remouens prohibens. Oportet. n. naturalis accidentis alicuius, naturam causam ponere, quae intrinsecum principium est, vt patet 2. Physic.

Super quibus quinquagesimo quarto articulo quartum. Intelus eget recordatione eorum, quae traduntur in 3. de anima, ubi ponuntur in anima nostra duae virtutes ad intelligendum concurrentes: vna actiua, vocata intellectus agens: & altera passiuua, vocata intellectus possibilis. Hoc enim est quod vertitur nunc in dubium, de Angelis: An scilicet vis intellectiua angelorum, distinguatur in duas potestates, actiuam scilicet & passiuam, an non: hoc enim est querere: vt in eis sit intellectus agens & intellectus possibilis.

In corpore articuli, vnicuique conclusionem quaesito responderi negatiue, scilicet. In angelis non est intellectus agens, neque possibilis, nisi aequiuoce, probatur: ratio necessitatis vtriusque intellectus non habet locum in angelis. ergo: antecedens declarat, vt patet de formis seminibus, & approbat 12. Metaphysic. 40. Secundo dicitur, quod accidens ipsum ex hoc ipso quod est conditio substantiae tali, est eius organum coniunctum: & est ipsius virtus, nec oportet aliam superaddere virtutem. Et hoc patet verum in his, quae non sunt vera instrumenta: sed ipsam & substantia sunt vna causa.

Ad tertiam autem rationem dicitur primo: quod illa propositio absoluta, & realiter distincta sunt separabilia ab inuicem, est falsa, et in doctrina sua: quoniam partes essentielles simul sumptae apud ipsum, distinguuntur realiter a toto: & tamen non possunt alterum sine altero fieri. Deinde dicitur, quod connexio necessaria inter substantiam & eius potentiam: dato quod esset ex causalitate actus, non tamen inferret substantiam esse immediatum principium alicuius operationis, vt patet ex dictis: non inferret etiam quod Deus possit eas separare, quia potest supplere vicem causae efficientis: quoniam hoc intelligitur de efficiente proprie, scilicet per operationem mediam. Tale autem non est substantia respectu suarum passionum, vt ex dictis iam patet.

Ad illud quod obicitur de essentia angeli, dicitur, quod substantia angeli non est elicitiuum principium intellectus, sed potentia. Et quis substantia abicitur

que media specie intelligibili ad intellectionem concurrat: non tamen concurrat vt eliciens, sed vt fons intellectus in actu respectu sui: vt infra patebit. Ad vltimum vero de refrigeratione aquae calidae, dupliciter dicitur. Primo, quod principium illius refrigerationis est forma mediantem frigiditate, quae in aliquo gradu in ea remanet: quoniam non potest totaliter ab ipsa expoliari. Nec obstat, quod frigiditas illa sit minor caliditate introducta: quoniam enim sit minor formaliter, est tamen maior radicaliter, seu virtualiter, propter formam substantialem propriam eius radicem, cuius est virtus, & proprietates. Continere autem potest, totum quodammodo pati a toto, propter contrarietatem qualitatum actiuarum in toto existentium in continua pugna. Secundo dicitur, & melius, quod frigitur per se a generante, & a forma propria, per modum tantum sequela, eo modo quo graue grauitando frangit prohibens ipsum descendere, & deorsum mouetur. Imaginandum est. n. & ita est, quod quoadmodum ad formam grauis generi extra locum suum, naturaliter sequeret motus deorsum, nisi aliquid prohiberet ad formam aquae sequitur esse frigidum in tanta perfectione. Et si impediat a tanta perfectione, sequitur, remoto prohibente, refrigerationis motus. Et quemadmodum graue grauitando vincit prohibens quandoque, ita frigidum frigendo vincit calidum prohibens. Quod si calidum illud, ab agente illud fouete, destruitur. Et rursum, quoadmodum graue sequitur motus deorsum mediante grauitate: ita aqua refrigeratio, mediante frigiditate illa, a qua non est denudabilis. Quod autem altero istorum modorum, qui ualde propinquus sunt, fiat, ex hoc patet, quia nisi sic dicitur, oportebit recurrere ad causas extrinsecas, puta ad continens: sed hoc non potest rationabiliter dici. Tum quia aqua efficitur frigidior continente. Tum quia si circumscriptur continens, aut poneretur neutrale, nihil minus aqua calida frigeret: cuius signum euidenter est, quia aqua calida posita in continente non calido, tepescit. Vnde de continens, & quatuorque alia causa extrinseca, non potest poni nisi causa per accidens, vt remouens prohibens. Oportet. n. naturalis accidentis alicuius, naturam causam ponere, quae intrinsecum principium est, vt patet 2. Physic.

ARTICVLVS IIII. Vtrum in angelo sit intellectus agens & possibilis.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod in angelo sit intellectus agens & possibilis. Dicit enim Philosophus in 3. de anima. quod sicut in omnia rura est aliquid, quo est omnia fieri, & aliquid, quo est omnia facere, ita etiam in anima. Sed angelus est natura quaedam. Ergo in eo est in

tellectus agens & possibilis. 2. Praet. Recipere est proprium intellectus possibilis: illuminare autem est proprium intellectus agentis: vt patet in 3. de anima. Sed angelus recipit illuminationem a superiori, & illuminat inferiora. Ergo in eo est intellectus agens, & possibilis.

SED CONTRA est, quod in nobis intellectus agens & possibilis est, per comparationem ad phantasmatum. Quae quidem comparant ad intellectum possibilem, vt colores

ne instat et ibidem sic. Potentia actiua quae est perfectio in creatura inferiori, non est neganda a creatura superiori. Intellectus agens est huiusmodi. ergo. Praeterea. Natura nobilissima debet habere eas virtutes, quibus possit acquirere sibi perfectionem suam, si non habet eam: ergo natura angelica debet habere intellectum agentem & possibilem, vt possit sibi acquirere cognitionem: vniuersalium quidem si non haberet inditam, & singularium quam non habet congenitam.

Ad has obiectiones facile est respondere, si natura angelorum consideretur. Vt enim patet ex superioribus questionibus, natura angeli media est inter actum purum, & potentiam puram in genere intelligibilem. Tantumque obtinet perfectionis, vt ex eo quod habet perfectionis ac actualitatis, suat intellectus non informis: sed formatus naturis, omnium naturaliter cognoscibilem ab angelo: vt patet ex supradictis, & a philosophis tam Peripateticis, quam Platonis concorditer asseritur. Quamuis ex eo quod habet potentialitatis, comparatur ad intellectum formatum, vt recipiens ad intellectum receptum. Quomodo in sensibilibus ex actualitate naturae provenit, quod ex ea fluant proprie rates, & ex potentialitate fit vt recipiantur in ea. Et quia natura sicut non deficit in necessariis, ita non abundat dando superflua: propterea nulli tali rei ad quam per modum sequela naturalis non impedibilis, nata est sequi perfectio propria: oportuit naturam sollicitari ad dandum sibi virtutes, quibus possit acquirere sibi suam perfectionem. Cum enim talis natura sic sit instituta, quae necessario comitatur sua perfectio, superflue adiunctae essent virtutes, quibus naturaliter acquirere possit perfectionem, quae naturaliter carere non potest. Ex hac et radice manifeste provenit, & quod intellectus angelicus nullum habet obiectum motiui eius quo ad actum primum, & quod intellectus eius numquam naturaliter est in statu potentiae: & consequenter nullo eget actiua.

Ad obiectiones autem in oppositu de intellectu possibili dicitur, quod nihil valent: quia non distinguuntur inter se, & per accidens. Potentia. n. receptiua duplex est. Quaedam per accidens, coeua suo actui: & de tali praecedunt obiectiones, quae imaginantur intellectui angelici esse, sicut intellectui nostrum, cui accidere potest quod habeat species coeua. Quaedam vero est per se coeua suae perfectioni, quia scilicet naturaliter inseparabilis ab ea, quoadmodum figura respectu caeli: & talis non potest vocari possibilis, quoniam nunquam est in statu potentiae. Vnde ridiculum esset dicere, quod caelum est possibile respectu suae figurae, apud philosophos, vt patet 9. Metaphysic. 17. & talis potentia est in intellectu angeli.

Ad obiectiones vero de intellectu agente, dicitur quod peccat. Primo, quia obiectum illud quod ponit adaequatum per praedicationem, non est vltimum abstractum, neque totaliter, neque partialiter. Sed ex hoc ipso factum, quod illius species naturaliter sunt inditae angelis: & ideo non oportet ponere aliquod agens ob illius abstractiones. Peccant secundo, quia necessitas ponendi intellectum agentem, non est ex parte obiecti in quantum est vltimum per praedicationem, sed in quantum est in rerum natura: actualiter perfectiuium & motiuum intellectus, ponitur enim vt coopereretur obiecto ad actum dum intellectus possibilem. Patet autem ex dictis, tale obiectum, scilicet in ratione motiui, nullum esse respectu angeli: nisi forte substantiam propriam, aut alicuius alterius superioris intelligentiae, quas constat esse actus intelligibiles. Peccant tertio, quoniam obiectum per praedicationem adaequatum, commune est omnibus intellectibus, scilicet ens, aut verum: ac per hoc nullus

Prima S. Tho. A A 3 intellectus

Contra rationem adductam de intellectu agente, arguit Scot.

Ar. 1. & 2. praeced. & 9. 3. ar. 4.

299

379

278

260. c. 96. articulo 6.

3. de anima tex. 17. com. 2.

377

li. 3. de anima tex. 2. 3. & 18. com. 2.

ARTICVLVS II.

¶ *ut unum angeli intelligant per species a rebus acceptas.*

AD S E C U N D U M sic pro-
ceditur. Videtur, quod an-
geli intelligant per species a rebus
acceptas. Omne enim quod intel-
ligitur per aliquam sui similitudi-
nem, in intelligente intelligitur.
Similitudo autem alicuius in al-
tero existens, aut est ibi per modum
exemplaris, ita quod illa similitu-
do sit causa rei: aut est ibi per mo-
dum imaginis, ita quod sit causata a
re: oportet igitur quod omnis scien-
tia intelligentis, vel sit causa rei in-
tellectus, vel causata a re. Sed scien-
tia angeli, non est causa rerum exis-
tentium in natura, sed sola diuina
scientia. Ergo oportet, quod omnes spe-
cies, per quas in intelligit intellectus
angelicus, sint a rebus acceptas.
¶ 2. Præter. Lumen angelicum est for-
tius quam lumen intellectus agen-
tis in anima. Sed lumen intellectus
agentis abstrahit species intelligi-
biles a phantasmatis. Ergo lumen
intellectus angelici potest abstrahe-
re species, etiam ab ipsis rebus sen-
sibilibus. Et ita, nihil prohibet di-
cere, quod angelus intelligat per spe-
cies a rebus acceptas.

¶ 3. Præter. Species quæ sunt in intel-
lectu, indifferentes se habent ad
præsens & distans, nisi quatenus a
rebus sensibilibus accipiuntur. Si
ergo angelus non intelligit per spe-
cies a rebus acceptas, eius cogni-
tio indifferentes se haberet ad pro-
pinqua & distantia, et ita frustra
secundum locum moueretur.

SE D C O N T R A est, quod
Dionysius 7. cap. de diu. nom. quod
angeli non congregant diuinam
cognitionem a rebus diuisibilibus,
aut a sensibilibus.

RE S P O N. Dicendum, quod
species per quas angeli intelligunt,
non sunt a rebus acceptas, sed eis
connaturales. Sic. n. oportet intel-
ligere distinctionem spiritualium
substantiarum & ordinem: sicut
est distinctio & ordo corporaliū.
Suprema autem corpora habent po-
tentiam in sui natura totaliter per-
fectam per formam. In corpori-
bus autem inferioribus, potentia
materia non totaliter perficitur per
formam, sed accipit nunc vnam,
nunc aliam formam ab aliquo agē-
te. Similiter & inferiores substan-
tiæ intellectiua, scilicet animæ hu-
manæ, habent potentiam intelle-
ctiuam, non completam naturali-

¶ *Super Questioni
quingentesima quin-
tae artic. secundum.*

Tertius clarus est.
¶ In corpore
articuli vna est con-
clusio ratiua. Spes p
quas angeli intelli-
gunt, non sunt a re-
bus acceptas, sed sunt
eis connaturales. Et
probatur tripliciter.
¶ Duabus rationibus,
& vnic auctoritate
Augustini. Prima
ratio est. Distin-
ctio, ordoque corpo-
ralium habet, vt cor-
pora inferiora sunt
in potentia ad per-
fectiones suas, & suc-
cessiue acquirant eas:
corpora vero supe-
riora congenitas ha-
beant suas perfectio-
nes, sicutque natura-
liter completa & ergo
distinctio ordo-
que substantiarum
intellectualem hoc
idem habebunt, vt
scilicet inferiores in
tellectu sunt in po-
tentia ad suas per-
fectiones: superiores
vero habent eas na-
turaliter congenitas.
Tales autem perfec-
tiones sunt species
intelligibiles. ergo.
¶ Circa hanc ratio-
nem aduerte, quod
Scotus in 2. dist. 3.
q. vltima, dicit hæc
rationem non conclu-
dere oppositum, sed
magis oppositum.
Quia perfectiones
coelestes sunt causa
biles a Deo solo: per-
fectiones vero ange-
licæ sunt causabiles
a creaturis. Ex hoc
enim sequitur: &
quod ratio non con-
cludit: quia non est
idem iudicium de
vtriusque: & quod
inferat oppositum:
quia perfectiones cau-
sabiles a creaturis,
facit prouidentia di-
uina per secundas
causas. Constat au-
tem quod obiectum
& intellectus, pos-
sunt causare species:
ergo. Durādus quo-
que tripliciter dicit
hanc rationem pec-
care. Primo, in pro-
portionalitate cor-
porum superiorum
ad inferiora, & ange-
lorum ad animas no-
stras: quia aut in-
telligitur vniuersa-
liter, & sic est fal-
sa: quoniam supe-
riora corpora gene-
ratur inferiora: angeli
autem

281

Intra q. 11.

281

281

281

281

281

281

281

281

281

281

281

281

281

281

281

281

281

281

281

281

281

281

281

281

281

281

autem non generant animas: aut particulariter, & sic nihil co-
cludit. Secundo, in complemento naturali corporum cele-
stium: quia aut intelligit de perfectione substantiali, & sic non
est ad oppositum, aut de accidentalibus etiam, & sic falsum affi-
mit, quia luna & stella recipiunt lumen a sole. Tertio, ducendo
ad impossibile: quia
stantibus assumptis
propositionibus tuis,
sequeretur quod an-
gelus est sic natura
hæc perfectus: quod
non est in potentia
ad aliquam acciden-
talem perfectionem,
& consequenter nul-
lam de nouo posse
habere actum con-
gnitionem: quod tu
negares.

¶ Ad has obiectiones
facile responde-
tur, notando duas
distinctiones. Prima
est de perfectionibus
angelicis, siue coe-
lestibus, quod dupliciter possumus de eis loqui. Vno modo se-
cundum rationem communem, & sic vtique sunt causabiles a
creaturis. Figura enim motus, & lumen, & species intelli-
gibiles in communi, entia sunt, acquiribilia per actionem creatura-
rum de nouo. Alio modo secundum proprias rationes, prout
& in quantum sunt in tali, & tali natura, scilicet celestis & an-
gelica. Et hoc pacto, supponere perfectiones angelicas esse cau-
sabiles ab extra, aut non causabiles, est petitio principii: quia
hoc est quod querēdo queritur in dubium. Et Sanctus Thomas
rationaliter ex hoc, quod natura indidit corporibus celestibus
perfectiones suas, que tamen in communi sunt de nouo
acquiribiles, intulit a fortiori, intelligentias esse tales naturas,
quibus congenitas sint proprie perfectiones, que etiam in com-
muni sunt de nouo acquiribiles. Et ex hoc a priori sequitur,
quod neutrum vt in tali natura sunt, sunt causabiles ab extra,
sed ab actore nature tantum. Et ex hoc patet responsio ad Scotum:
Secunda distinctio est de potentia, quia vt dicitur g. Phys.
dupliciter contingit aliquid esse in potentia, scilicet essentiali,
id est, ad actum primum, aut accidentali, id est, ad actum secun-
dum. Et vt patet in 2. & 3. de Anima, intellectus tunc dicitur
esse in potentia essentiali, quando est sicut tabula nuda. Tunc
autem in potentia accidentali, quando est sicut sciens, non actu
intelligens. In proposito ergo, sermo est de potentia essentiali,
& ad perfectionem secundum actum primum: non aliquam,
sed omnem: tam substantialem quam accidentalem, naturalem
tamen. Vnde ad primam instantiam dicitur, quod obiectum est
satis puerilis: quoniam aliud est arguere ex propositionibus
particularibus, & aliud est arguere ex vna conditione particu-
lari alicuius nature. Arguimus enim hic ex ista corporum coe-
lestium conditione: quia scilicet sunt naturaliter completa, &
tamen faciunt propositionem in vniuersalem de omnibus corpori-
bus primis. Vnde proportionalitas illa est particularis quo ad
conditionem, in qua attenditur, & est vniuersalis quo ad præ-
dicationem.

¶ Ad secundam vero instantiam dicitur, quod corpora celestia
quomuis comparetur ad perfectiones accidentales, vt potentia
ad actum, quia se habent vt receptium ad receptum: non ta-
men sunt in potentia essentiali ad accidentalia, respectu eorum,
unde non est ad oppositum talis potentialitas.

¶ Ad tertiam vero instantiam dicitur potest dupliciter. Primo, quod
proportionalitas inter angelos & corpora celestia, magis atten-
ditur secundum potentiam essentialem quam accidentalem, quia
actus secundus corporis est operatio transiens: angelorum vero in-
manens, actus vero primus, vtrique est in eo: cuius est, & quo
ad hoc eiusdem ordinis. Tum, quia actus primus vtriusque est na-
turalis: actus vero secundus non, sed angelorum est operatio
libera, corporum vero naturalis. Et propterea, hæc absque imper-
fectione non essent in potentia accidentali. Illi vero ex liber-
tate, in natura sua finita, habent potentiam accidentalem. Secū-
do dicitur potest, quod quemadmodum in corporibus celestibus po-
test de nouo aliquid acquiri partialiter, vt patet de partibus mo-
tus & terminis eius, & similiter de partibus lune, quo ad illum
magis: ita in angelis est potentia accidentalis ad aliquam bonam
cognitionem, proportionaliter enim se habent. Corpora namque
coelestia semper mouentur, & tamen mutant de termino in ter-
minum: & luna semper illuminatur, & tamen semper muta-
tur. Angeli autem & semper actu intelligunt, saltem seipso,

& mutantur de vna intellectione in aliam, respectu aliorum co-
gnitorum.
¶ Secunda ratio est: modus quo res naturaliter perficitur, cau-
satur ex naturali modo essendi eiusdem. Cuius signum est, quod
in anima nostra, cuius naturalis modus essendi est esse in corpore,
re, naturalis etiam
modus quo perfici-
tur est, vt accipiat
a corpore: alioquin
frustra vniretur cor-
pori, cum materia
si propter formam,
& non e converso. Sed
angeli subsistunt abs-
que omni coniunctio-
ne ad corpus, ergo
perficiuntur absque
receptione a corpo-
re, per influxum in-
telligibilem, ab a-
ctore nature.
¶ Circa hanc ratio-
nem Scot. vbi supra
dicit, quod quamuis
ex modo essendi ani-
mæ, concludatur modus quo perficitur, ex incorporeitate tamen
angeli, non potest concludi, quod non perficiatur ab obiecto cor-
poreo: quoniam independentia a corpore, vt materia, non infert
independentiam a corpore vt obiecto.
¶ Ad hoc dicitur, quod processus Sancti Thomæ iuxta doctrinam
traditam. Posteriorum procedit, scilicet, Si affirmatio est cau-
sa affirmationis, negatio erit causa negationis: & tenet in cau-
sis propriis. Si enim propria causa, quare anima accipit perfectio-
nem suam a corpore, est modus essendi eius: consequens est,
quod negatio talis modi essendi, erit causa negationis talis modi
perficiendi, immo oppositus modus essendi, erit causa oppositi
modi perficiendi. Quod autem modus essendi anime sit prop-
ria causa modi perficiendi passive, probatur a S. T. quia ali-
ter vnio anime intellectiua ad corpus, quæ importat talem mo-
dum essendi, frustra esset. Et tenet sequela, quia talis vnio,
aut est primo propter bonum anime, aut propter bonum corpo-
ris. Sed hoc non potest dici, quia forma non est propter mate-
riam, relinquitur ergo illud, quia materia est propter formam.
Constat autem proprium bonum anime intellectiua in pfectio-
ne intellectuali consistere. Et ex hoc patet quod independentia natura-
lis a corpore vt a materia, infert independentiam ab eodem, vt obiecto.
¶ Sed contra hoc tamen instat iterum Scotus in 4. dist. 45. di-
cens, dupliciter posse solui hanc rationem, primo dicendo, quod
non sequitur, animam frustra vniri, si per hanc viam, & per aliam
possit perfectio acquiri: sicut non sequitur, frustra ponionem
sumere infirmum, qui etiam per sectionem absque potione pos-
set sanari. Secundo, dicendo quod anima non vnitur propter
bonum proprium, nec materiam, sed totius compositi, & sic
vtroque modo negatur, quod modus essendi talis, sit propria cau-
sa talis modi perficiendi.

¶ Ad primum horum dicitur, quod in generatione entium &
perfectorum, non contingit ponere plures modos, vt patet in
naturalibus, non ergo est rationabile, perfectionem substantia
intellectualis pluribus modis posse naturaliter fieri: quoniam
vnus natura, vnus est modus naturalis suæ perfectionis. Se-
cundo, quod frustra sit per plura, quod sit per pauciora æque be-
ne. Sed sic esset in proposito, immo melius anima perficeretur
immediate ab obiecto, quam a vice obiecto, id est phantasma-
te: igitur aut iste non erit naturalis, aut ille.

¶ Ad secundum autem dicitur, quod quia intellectuale vt sic,
non est actus corporis, consequenter vt sic, non est pars compo-
siti corporis: ergo loquendo de substantia intellectuali formaliter,
non potest dici quod primo est propter compositum, nisi
assignetur ratio, quare vnibilis est corpori. Nec potest dici, quod
est talis forma, puta intellectiua simul & sensitiua, quia de
hac coniunctione queritur eodem modo, aut propter bonum
sensitiui aut intellectiui: Non primum, quia illud est vt materia.
Ergo secundum, vt a sensibus accipiat: & habetur intentum.
¶ In responsione ad secundum, vbi ponuntur duæ viæ respon-
dentis, aduerte, quod Scotus in locis allegatis impugnat primam
responsionem tripliciter. Primo, contra eius efficaciam arguit
sic: esse imaginabile, aut ponitur medium inter esse intelligibile
& sensibile ex parte obiecti, seu rei cognitæ, aut ex parte intelle-
ctus, seu potentie abstrahentis. Si ex parte rei, sequeretur, quod
Deus non posset intelligere lapidē, nisi media imaginatione, aut
esse imaginabili. Si ex parte intellectus, argueretur non concludi, quod
stat quod aliquid sit mediū virtutū inferiori & tū non sit mediū
virtutū

58
494
260

Cap. 4. non
remote a
prime.

332
417

338
390

D. 752.
276

23
85

31
425

D. 762.

417

417

417

D. 472.

virtuti superiori, sicut (verbi gratia) gradus caloris ut quatuor; habet rationem medii, respectu virtutis calefactivae debilis, paulatim calefactivae: & non virtutis vehementis, subito magnum calorem inducentis.

Secundo ad idem arguit sic. Nihil est in phantasmate, p quod sufficit ad causandum speciem intelligibilem in suo ordine, quod non eminentius sit in re, cuius est phantasma, ergo res sensibilis in se ipsa, potest communicare speciem, igitur phantasma est medium per accidens, id est profatu isto. Antecedens probat: quia phantasma per hoc tantum agit, quod est repraesentativum obiecti.

Tertio contra eius veritatem instat, volens falsum esse, quod esse imaginabile sit medium inter esse intelligibile & sensibile: quoniam esse imaginabile comprehenditur sub hoc extremo, quod est esse sensibile: quemadmodum imaginatio sub cognitione sensitiva.

Ad has obiectiones, dupliciter dici potest. Primo quod S. T. ideo addidit secundam rationem, quia videbat rationem hanc pati calumniam, nec creditit ipsam esse necessariam, sed probabilem. Ego autem, puto opinatum esse ipsum cum Averro in de Sensu & sensato, hanc rationem necessario concludere, si philosophiae propositiones, ut Philosophos docet, admittantur. Addidit tamen secundam rationem: ut theologantibus & secundum imaginationem loquentibus, satisfaceret. Dicendum est ergo, quod ratio efficitur, quod medium hoc est essentiale: non tantum in essendo, sed etiam in causando: non simpliciter, sed respectu talis causae, scilicet rei sensibilis. Quod enim esse imaginabile sit medium in essendo, inter esse sensibile exterius, & esse intelligibile: per se notum est: quia quod quid erat esse imaginabile, partim est materiale, & partim spirituale. Quod vero sit medium in causando esse intelligibile non simpliciter, ex eo patet, quod effectus iste, scilicet esse intelligibile, potest causari absque esse imaginabili concurrente: ut patet de speciebus congenitis ipsis angelis. Quod autem sit medium essentiale in causando eundem effectum respectu talis causae, scilicet sensibilis, exterioris, id est quod si esse intelligibile causari debet a re sensibili extrinseca, causari non potest nisi per tale medium, scilicet esse imaginabile. Et loqui mur semper de potentia & ordine naturali. Declaratur ex illa maxima Diony. 7. cap. de divi. nomi. scilicet, quod ordo vniuersi hoc habet, ut supremum infimi, attingat infimum supremi. Ex hac enim habeo, quod sensibile non nisi in suo supremo, pertingit ad infimum ordinem intelligibilem. Constat autem, quod supremum in ordine sensibilibus, esse imaginabile: quia est spiritualissimum & propinquissimum intelligibilitati: & quod infimum in ordine intelligibili, est concurrere ad speciem intelligibilem educendam de potentia ad actum: igitur naturalis ordo rerum exigit, ut res sensibilis in esse omnino materiale, non possit esse immediatum cooperans virtuti intellectuali, pducere esse intelligibile. Sed si cooperari debet oportet, quod prius ad summum gradum perveniat. Habeo et secundo, quod solus intellectus humanus, qui est infimus in ordine intellectualium, coniungit supremo sensibilibus, quod est concurrere cum sensibilibus ad habendum & colligendum esse intelligibile. Intellectus vero superiores, altiori modo illud obtinent. Et ex hoc patet responso ad obiectionem. Nam dicendum est ad primum: quod esse imaginabile est medium non solum ex parte virtutis calefactivae, sed et ex parte sensibilis rei cognitae. Non in quantum habet rationem obiecti seu terminum, sed in quantum habet rationem causae & motum. Et sic patet instantias non oblatas.

184. Li. 1. sup. Gene. c. 8. circa princip. tom. 3.

Li. 2. super Gene. c. 8. circa med. tom. 3.

Ad secundam vero, negatur assumptum: quoniam spiritualitas phantasmatis, non per accidens, sed per se concurrat ad talem causalitatem, ut ex dictis iam patet. Ad probationem autem dicitur, quod phantasma agere, ratione naturae repraesentatae tantum, potest dupliciter intelligi. Vno modo, tanquam ratione agendi, & sic conceditur. Alio modo, tanquam conditione agentis, & sic est falsum. Quid dicitur enim agere, non secundum quod dicitur, quod esse, est primum principium suspensus in esse intelligibili, sed est esse spirituale, scilicet proprium ordinis, scilicet sensibilis. Vnde quemadmodum quod dicitur erat esse bouis, est prima ratio agendi in generatione naturali, cum bos generatur bouem: esse autem materialiter & sensibilibus, ut bos est: in rerum natura, est conditio & rationis agendi, & agentis. Ita cum phantasma speciem intelligibilem concusat (cum phantasma nihil aliud sit quam natura bouina in tali esse spirituali) ratio agendi est ipsa natura, sed conditio rationis agendi & agentis.

quidem sine materia, non tamen sine materialibus conditionibus; medium est inter esse formae, quae est in materia, & esse formae, quae est in intellectu per abstractionem a materia, & a conditionibus materialibus. Vnde quantumcumque sit potens intellectus angelicus, non possit formas materiales reducere ad esse intelligibile: nisi prius reducat eas ad esse formae imaginatarum. Quod est impossibile, cum creatur imaginatione, ut dicitur est. Dato etiam quod posset abstrahere species intelligibiles a rebus materialibus: non tamen abstraheret, quia non indigeret eis, cum habeat species intelligibiles connaturales.

Respon. Dicendum, qd sicut dicit Aug. 2. super Gen. ad lit. Ma...

Ad primum ergo dicendum, qd fm Chry. primo Moyses summarie dixit quid Deus fecit...

Ad 2. & 3. patet solutio ex supradictis.

Articulus secundus. Vtrum aqua sint supra firmamentum.

Ad secundum sic proceditur. Videtur, quod aqua non sunt supra firmamentum...

Ad 2. & 3. patet solutio ex supradictis.

Articulus tertius. Vtrum aqua sint supra firmamentum.

Ad tertium sic proceditur. Videtur, quod aqua non sunt supra firmamentum...

ille aqua. Et quod ad hoc, tria facit. primo, tractat an sit...

Li. 2. ca. 5. in fine.

Hom. 1. 3. Gen. ad lit. ca. 1. 5. to. 3.

Hom. 1. 3. Gen. ad lit. ca. 1. 5. to. 3.

Hom. 1. 3. Gen. ad lit. ca. 1. 5. to. 3.

Hom. 1. 3. Gen. ad lit. ca. 1. 5. to. 3.

Hom. 1. 3. Gen. ad lit. ca. 1. 5. to. 3.

Hom. 1. 3. Gen. ad lit. ca. 1. 5. to. 3.

Li. 1. de Gen. con. Manich. c. 5. & 7. rom. 1.

Li. 2. ca. 4. tom. 3.

Li. 2. ca. 4. tom. 3.

Li. 2. ca. 4. tom. 3.

fundam motu: Quod etiam dicitur de rarefactione corporis in infinitum, propter hoc corpus est in infinitum diuisibile: vanum est. non enim corpus naturale in infinitum diuiditur, aut rarefit, sed usque ad certum terminum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod quibusdam ratione illa soluenda per hoc, quod aqua quamuis sint naturaliter graues, virtute tamen diuina super caelos continentur. Sed hanc solutionem Aug. excludit 2. lib. super Gen. dicens, quod nunc quemadmodum Deus instituit naturas rerum, conuenit querere non quid in eis ad miraculum suae potentiae vellet operari. Unde aliter dicendum est, quod secundum duas ultimas opiniones, de aquis & firmamento patet solutio ex praemissis. Secundum autem primam opinionem, oportet ponere alium ordinem in elementis, quam Aristoteles ponat, ut quaedam aquae spissae sint circa terram: quaedam vero tenues circa caelum, ut sic se habeant illae ad caelum, sicut istae ad terram. Vel quod per aquam intelligatur materia corporum, ut dictum est.

AD 2m etiam patet solutio ex praemissis secundum duas ultimas opiniones. Secundum vero primam, respondet Basilius dupliciter. Vno modo, quia non est necessarium, ut omne quod in coelo apparet rotundum, sit etiam supra rotundum: sed conuexum. Secundo, quia aquae quae sunt supra caelos, non sunt fluidae: sed quasi glaciali soliditate extra caelum firmatae. Unde & a quibusdam dicitur caelum crystallinum.

AD 3m dicendum, quod secundum tertiam opinionem, aquae sunt supra firmamentum vaporabiliter eleuatae, propter utilitatem pluuiarum. Secundum vero secundam opinionem, aquae sunt supra firmamentum, id est caelum totum diaphanum absque stellis. Quod quidam ponunt primum mobile, quod reuoluit totum caelum motu diurno, ut operetur per motum diurnum continuationem generationis, sicut caelum in quo sunt sydera per motum, qui est secundum Zodiacum, operatur diuersitatem generationis & corruptionis per accessum & recessum, & per diuersas virtutes stellarum. Secundum vero primam opinionem, aquae sunt ibi, ut Basilius dicit, ad contemperandum calorem caelestium corporum. Cuius signum acceperunt aliqui, ut Augustinus dicit, quod stella Saturni propter vicinitatem aquarum superiorum, est frigidissima.

ARTICVLVS III.

Vtrum firmamentum diuidat aquas ab aquis.

Super Quaestiones sexagesimo octauae articuli tertii.

Titulus clarus est. In corpore duo. Primo tractat quamdam falsam opinionem. Secundo respondet quod tripliciter.

Quo ad primum, refert opinionem in duobus punctis. Primum, quod sit corpus infinitum. Secundum, quod caelum non contineat omnia: sed quaedam partes illius infiniti. Et applicat primum ad abyssum, & secundum ad aquas ab aquis.

Et forte fuit ista opinio Thaletis. Deinde improbat dupliciter: in se quidem, quia hoc est falsum. Ergo. In radice vero, quia superficies litera non est in aere, accipienda, quia rudi populo & c. cuius signum

Li. 2. super Gen. ca. 1. paulo a principio.

In cor. art.

In cor. par.

Basil. hom. 3. hexam. aliquantum ante medium. Caelum dicitur, quia totum diaphanum ut aqua

909

Basil. hom. 3. hex. ante medium. Aug. li. 2. sup. Gen. c. 5. per totum.

347 Po. q. 4. ar. 8. cor.

Li. 1. Topi. corum c. 6. parum a principio. to. r.

quis partes fabricetur in medio fluminis. Manifestum est autem, quod aquae inferiores non pertingunt usque ad firmamentum. Ergo non diuidit firmamentum aquas ab aquis.

SECONDA est, quod dicitur Gen. 1. Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis.

RESPON. Dicendum, quod aliquis considerando superficiem eius literam Gen. posset talem imaginacionem concipere secundum quorundam antiquorum Philosophorum positionem. Posuerunt enim quidam, aqua quoddam infinitum corpus, & omnium aliorum corporum principium. Quia quidem immensitatem aquarum accipere posset in nomine Abyssus, cum dicitur, quod tenebrae erant super faciem abyssus. Ponebant etiam, quod istud caelum sensibile quod videmus, non continet infra se omnia corporalia: sed est infinitum aquarum corpus supra caelum. Et ita posset aliquis dicere, quod firmamentum caeli diuidat aquas exteriores ab aquis interioribus, id est ab omnibus corporibus, quae infra caelum continentur, quorum principium aquam ponebant. Sed quia ista positio per veras rationes falsa deprehenditur, non est dicendum hunc esse intellectum Scripturae: sed considerandum est, quod Moyses rudi populo loquebatur, quorum imbecillitati code scendens, illa soluere proposuit, quae manifeste sensui apparent. Omnes autem quantumcumque rudes terram & aquam esse corpora sensu deprehendunt. Aer autem non percipitur ab omnibus esse corpus, in tantum quod etiam quidam philosophi, aerem dixerunt nihil esse, plenum aere vacuum nominantes. Et ideo Moyses de aqua & terra mentionem facit expellam, aerem autem non expresse nominans, ne ruidibus quoddam ignotum proponeret. Ut tamen capacibus veritatem exprimeret, dedit locum intelligendi aerem, significans ipsum quasi aquae annexum, cum dicit, quod tenebrae erant super faciem abyssus. Per quod datur intelligi, super faciem aquae esse aliquod corpus diaphanum, quod est subiectum lucis & tenebrarum. Sic igitur siue per firmamentum intelligamus caelum in quo sunt sidera, siue spatium aeris nubilosum, conuenienter dicitur, quod firmamentum diuidat aquas ab aquis secundum quod per aquam materia informis significatur, vel secundum quod omnia corpora diaphana sub omni conuenientia aquarum intelliguntur. Nam caelum sidereum distinguit corpora inferiora diaphana a superioribus. Aer vero nubilosus distinguit superiores aeris partem, in qua generantur pluuia, & huiusmodi impressiones ab inferiori parte aeris, quae aquae connectitur, & sub nomine aquarum intelligitur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod si per firmamentum intelligatur caelum sidereum, aquae superiores non sunt eiusdem speciei cum inferioribus. Si autem per firmamentum intelligatur nubilosus aer, tunc utraque aquae sunt eiusdem speciei, & deputantur tunc duo loca aquis non eadem ratione, sed locus superior est locus generationis aquarum, locus autem inferior est locus quietis earum.

AD 2m dicendum, quod si accipiantur aquae diuersae secundum speciem, firmamentum dicitur diuidere

est de aere tacto, & tamen insinuat, quod ad secundum, aquae dupliciter terminantur in inferioribus, vel corpus diaphanum, primo modo saluatur quomodo liber sumendo firmamentum, ut in praecedente articulo Aug. dixit. Secundo vero modo dupliciter iuxta firmamentum, vel pro caelo inter diaphana utrinque, vel pro aere nubilosum inter superiores & inferiores partes eiusdem, & utraque diaphana & hanc aquam conuenienter, & aquarum nomine comprehensam.

Quo ad discordantiam quia ille vni, hic multos. in voce tamen tantum differant, quia xquiuocant duri ille totum, iste partes respicit.

Quo ad secundum. Caeli nomine distinguitur, in tres significationes. scilicet, proprie, participative, & metaphorice. Proprie, & primo modo tres caeli, totaliter lucidum; totaliter diaphanum, & partim vtrumque, proprie & participative. Secundo modo, etiam tres, apud Damascenum, aereum, sidereum, & supremum. Sed hic vitare caeli nomine, participative in primo, & proprie reliquias. Apud Rabanum participative, & proprie septem: igneus, olympius, aetherei, aereus, sidereus, aqueus, & empyreum. Metaphorice vel sancta trinitas vnum, vel bona diuina in caelis: vel tria genera, supernaturalis visionis: corporalis, imaginaria & intellectiva.

corpus, quod est supra terram & aqua. Nam etiam aures quae volant in aere, dicuntur propter hoc volucres caeli. Sed quia in isto corpore sunt multae distinctiones: propter hoc Basilius posuit plures caelos.

Ad distinctionem ergo caelorum sciendam, considerandum est, quod caelum tripliciter dicitur in scripturis. Quandoque enim dicitur proprie & naturaliter. et sic dicitur caelum corpus aliquod sublimis & luminoso actu vel potentia, & incorruptibile per naturam. Et secundum hoc ponuntur tres caeli. Primum totaliter lucidum, quod vocant empyreum. Secundum totaliter diaphanum, quod vocant caelum aqueum & crystallinum. Tertium partim diaphanum, & partim lucidum actu, quod vocant caelum sidereum. Et diuiditur in octo sphaeras, scilicet in sphaeram stellarum fixarum, &

Ad 2m dicendum, quod si accipiantur aquae diuersae secundum speciem, firmamentum dicitur diuidere

uerse secundum speciem, firmamentum dicitur diuidere

dere aquas ab aquis: non sicut causa faciens diuisionem: sed sicut terminus vtrarumque aquarum.

AD 3m dicendum, quod Moyses propter inuisibilitatem aeris & similibus corporum, omnia huiusmodi corpora, sub aquae nomine comprehendit. Et sic manifestum est, quod ex utraque parte firmamenti qualitercumque accepti sunt aquae.

Super Quaestiones sexagesimo octauae articuli quartii.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum sit vnum caelum tantum.

AD QVARTVM sic proceditur. Vbi quod sit vnum caelum tantum. Caelum enim contra terram diuiditur, cum dicitur, in principio creauit Deus caelum & terram. Sed terra est vna tantum. Ergo & caelum est vnum tantum.

2. Praet. Omne quod constat ex tota sua materia, est vnum tantum: Sed caelum est huiusmodi, ut probat Philosophus in 2. de Caelo. Ergo caelum est vnum tantum.

3. Praet. Quicquid dicitur de pluribus vniuocis, dicitur de eis secundum vnam rationem communem. Sed si sunt plures caeli, caelum dicitur vniuocis de pluribus, quia si aequiuocis, non proprie dicerentur plures caeli. Oportet ergo si dicuntur plures caeli, quod sit aliqua ratio communis, secundum quam caeli dicantur. Hanc autem non est assignare. Non est ergo dicendum quod sunt plures caeli.

SECONDA est, quod dicitur in Psal. 150. Laudate eum caeli caelorum. RESPON. Dicendum, quod circa hoc videtur esse quaedam diuersitas inter Basilius & Chrysostomus. Dicit enim Chrysostomus, non esse nisi vnum caelum, & quod pluraliter dicitur caeli caelorum, hoc est propter proprietatem linguae Hebraeae, in qua consuetum est, ut caelum solum pluraliter significetur, sicut sunt etiam multa nomina in Latino, quae singulari carent. Basilius autem & Damascenus sequens eum, dicunt plures esse caelos. Sed haec diuersitas magis est in voce quam in re. Nam Chrysostomus vnum caelum nominat totum

corpus, quod est supra terram & aqua. Nam etiam aures quae volant in aere, dicuntur propter hoc volucres caeli. Sed quia in isto corpore sunt multae distinctiones: propter hoc Basilius posuit plures caelos.

Ad distinctionem ergo caelorum sciendam, considerandum est, quod caelum tripliciter dicitur in scripturis. Quandoque enim dicitur proprie & naturaliter. et sic dicitur caelum corpus aliquod sublimis & luminoso actu vel potentia, & incorruptibile per naturam. Et secundum hoc ponuntur tres caeli. Primum totaliter lucidum, quod vocant empyreum. Secundum totaliter diaphanum, quod vocant caelum aqueum & crystallinum. Tertium partim diaphanum, & partim lucidum actu, quod vocant caelum sidereum. Et diuiditur in octo sphaeras, scilicet in sphaeram stellarum fixarum, &

Septem sphaeras planetarum, quae possunt dici septem caeli, vel septem sphaerae. Secundo de caelo per participationem alicuius proprietatis caelestis corporis. scilicet sublimitatis & luminositatis, actu vel potentia. Et sic totum illud spatium, quod est ab aquis usque ad orbem lunae, Damascenus ponit vnum caelum, nominans illud aereum. Et sic secundum eum sunt tres caeli, aereus, sidereus, & alius superius de quo intelligit, quod Apostolus legitur raptus usque ad tertium caelum. Sed quia istud spatium continet duo elementa, scilicet ignis, & aeris, & in vtroque eorum vocatur superior & inferior regio: ideo istud caelum Rabanus distinguit in quatuor, supremam regionem ignis, nominans caelum igneum; inferiorem vero regionem, caelum olympium ab altitudine cuiusdam motus, qui vocatur Olympus. Supremam vero regionem aeris, vocauit caelum aetherei, per inflammationem, inferiori vero regionem, caelum aereum. Et sic cum isti quatuor caeli tribus superioribus connumerantur, sunt in vniuerso secundum Rabanum, septem caeli corporei. Tertio dicitur caelum metaphorice. Et sic quaeque ipsa sancta trinitas de caelo per eius spiritualem sublimitatem & lucem. De quo caelo exponitur diabolus dixisse, Ascendit in caelum. id est ad aequalitatem Dei. Quaeque etiam spiritualia bona, in quibus est sanctorum remuneratio propter eorum eminentiam, caeli nominantur, ubi dicitur Merces vestra multa est in caelis, ut Augustinus exponit. Quandoque vero tria genera supernaturalium visionum scilicet corporalis, imaginaria, & intellectualis, tres caeli nominantur. De quibus Augustinus exponit, quod Paulus est raptus usque ad tertium caelum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod terra se habet ad caelum, ut centrum ad circumferentiam. Circa vnum autem centrum possunt esse multae circumferentiae. Unde vna terra existente, multi caeli ponuntur.

AD 2m dicendum, quod ratio illa procedit de caelo, secundum quod importat vniuersitatem creaturarum corporalium. Sic enim est vnum caelum tantum.

AD 3m dicendum, quod in omnibus caelis inuenitur cetera sublimitas & aliqua luminositas, ut ex dictis patet.

Septem sphaeras planetarum, quae possunt dici septem caeli, vel septem sphaerae. Secundo de caelo per participationem alicuius proprietatis caelestis corporis. scilicet sublimitatis & luminositatis, actu vel potentia. Et sic totum illud spatium, quod est ab aquis usque ad orbem lunae, Damascenus ponit vnum caelum, nominans illud aereum. Et sic secundum eum sunt tres caeli, aereus, sidereus, & alius superius de quo intelligit, quod Apostolus legitur raptus usque ad tertium caelum. Sed quia istud spatium continet duo elementa, scilicet ignis, & aeris, & in vtroque eorum vocatur superior & inferior regio: ideo istud caelum Rabanus distinguit in quatuor, supremam regionem ignis, nominans caelum igneum; inferiorem vero regionem, caelum olympium ab altitudine cuiusdam motus, qui vocatur Olympus. Supremam vero regionem aeris, vocauit caelum aetherei, per inflammationem, inferiori vero regionem, caelum aereum. Et sic cum isti quatuor caeli tribus superioribus connumerantur, sunt in vniuerso secundum Rabanum, septem caeli corporei. Tertio dicitur caelum metaphorice. Et sic quaeque ipsa sancta trinitas de caelo per eius spiritualem sublimitatem & lucem. De quo caelo exponitur diabolus dixisse, Ascendit in caelum. id est ad aequalitatem Dei. Quaeque etiam spiritualia bona, in quibus est sanctorum remuneratio propter eorum eminentiam, caeli nominantur, ubi dicitur Merces vestra multa est in caelis, ut Augustinus exponit. Quandoque vero tria genera supernaturalium visionum scilicet corporalis, imaginaria, & intellectualis, tres caeli nominantur. De quibus Augustinus exponit, quod Paulus est raptus usque ad tertium caelum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod terra se habet ad caelum, ut centrum ad circumferentiam. Circa vnum autem centrum possunt esse multae circumferentiae. Unde vna terra existente, multi caeli ponuntur.

AD 2m dicendum, quod ratio illa procedit de caelo, secundum quod importat vniuersitatem creaturarum corporalium. Sic enim est vnum caelum tantum.

AD 3m dicendum, quod in omnibus caelis inuenitur cetera sublimitas & aliqua luminositas, ut ex dictis patet.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod terra se habet ad caelum, ut centrum ad circumferentiam. Circa vnum autem centrum possunt esse multae circumferentiae. Unde vna terra existente, multi caeli ponuntur.

AD 2m dicendum, quod ratio illa procedit de caelo, secundum quod importat vniuersitatem creaturarum corporalium. Sic enim est vnum caelum tantum.

AD 3m dicendum, quod in omnibus caelis inuenitur cetera sublimitas & aliqua luminositas, ut ex dictis patet.

QVAESTIO LXIX.

De opere tertiae diei, in duos articulos diuisa.

DE INDE considerandum est de opere tertiae diei.

Circa hoc quaeruntur duo.

Primo, De congregatione aquarum.

Secundo, De productione plantarum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum aquarum congregatio conuenienter dicatur facta tertia die.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod aquarum congregatio non conuenienter dicatur facta tertia die. Ea enim, quae facta sunt prima & secunda die, uerbo factionis exprimuntur. Dicitur enim, Dixit Deus, fiat lux, & fiat firmamentum. Sed tertia dies conuenienter diuiditur duabus primis. Ergo opus tertiae diei, debuit exprimi verbo factae.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod aquarum congregatio non conuenienter dicatur facta tertia die. Ea enim, quae facta sunt prima & secunda die, uerbo factionis exprimuntur. Dicitur enim, Dixit Deus, fiat lux, & fiat firmamentum, & forma elementari. Congregantur aquae omnia ordine naturae.

Alii

Super Quaestiones sexagesimo nonae articuli primum.

Titulus clarus est. In corpore duo. Primo respondet secundum Augustinum, secundum alios sanctos. Distinguitur siquidem in ordine naturae vel temporis: tam comparando informitatem ad formationem, quam vnam formationem ad aliam. Et rursus differunt, quia ille ad spirituales & corporales, isti ad corporales tantum se extendunt. Luxa tres igitur informitates & tres formationes, tria vtrique dicuntur primo Augustinus duo. Caelum in naturam angelicam & materiam informem corpoream, formatam luce. Fiat lux, & forma caelestis. Fiat firmamentum, & forma elementari. Congregantur aquae omnia ordine naturae.

Primo, De congregatione aquarum. Secundo, De productione plantarum.

ARTICVLVS PRIMVS. Vtrum aquarum congregatio conuenienter dicatur facta tertia die.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod aquarum congregatio non conuenienter dicatur facta tertia die. Ea enim, quae facta sunt prima & secunda die, uerbo factionis exprimuntur. Dicitur enim, Dixit Deus, fiat lux, & fiat firmamentum, & forma elementari. Congregantur aquae omnia ordine naturae.

Alii

Dama. lib. 2. Orthod. fidei ca. 7.

Raban. in Gen. ca. 1.

Li. 1. de Ser. do. in monte. cap. 9.

Li. 12. ca. 29. & 34. com. 3.

In cor. par.

349 2. dist. 14. art. 5.

Alii vero tria, coelum, aqua, & terra prius tempore, & prima die coelum formatum luce & tempore; Secundo aquam distinctam & ordinem, fiat firmamentum. Tertio, terra distinctio-ne a mari & visibili-tate. Congregentur aquae...

non sunt omnes aquae congregatae in vnum locum. Praet. Congregatio ad motum localem pertinet. Sed aquae naturaliter videntur fluentes; & ad mare currentes, Non ergo fuit necessarium ad hoc diuinum praecceptum adhiberi.

Praet. Terra etiam in principio suae creationis no-tatur cu dicitur: In principio creauit Deus coelum & terra. Inconuenienter ergo dicitur tertia die, nomen terrae impositum.

Sed in contrarium sufficit auctoritas Scripturae.

RESPON. Dicendum, quod hic oportet aliter dicere secundum expositionem Augustini & aliorum sanctorum, Augustinus in omnibus his operibus, non ponit durationis ordinem: sed solum originis & naturae. Dicit enim creatam naturam spiritualem informem, & naturam corporalem absque omni forma, quam dicit primo significari nomine terrae & aquae: non quia haec infirmitas formationem praecesserit temporis, sed origine tantum. Neque vna formatio secundum eum praecessit aliam durationem, sed solum naturae ordine. Secundum quem ordinem necesse fuit, ut primo poneretur formatio superioris naturae: scilicet spiritualis, per hoc, quod legitur prima die lux facta. Sicut autem spiritualis natura praeminet corporali, ita superiora corpora praeminent inferioribus. Unde secundo loco, tangitur formatio superiorum corporum cui dicitur: Fiat firmamentum. Per quod intelligitur impressio formae caelestis in materia informem, non prius existentem tempore, sed origine tantum. Tertio vero loco, ponitur impressio formarum elementarium in materia informem, non tempore, sed origine praecedentem. Unde per hoc quod dicitur, Congregentur aquae, & appareat arida, intelligitur quod materiae corporali impressa est forma substantialis aquae, per quam cooperit sibi talis motus, & forma substantialis terrae, per quam cooperit sibi sic videri. Sed secundum alios sanctos, in his operibus etiam ordo durationis attenditur. Ponunt, namque, quod infirmitas materiae tempore praecessit formationem, & vna formatio aliam. Sed infirmitas materiae secundum eos, non intelligitur carentia omnium formarum, quia iam erat coelum, & aqua, & terra, quae tria nominantur tanquam manifeste sensu perceptibilia. Sed intelligitur infirmitas materiae, carentia debita distinctionis, & consummata cuiusdam pulchritudinis. & secundum haec tria nomina, posuit Scriptura tres infirmitates. Ad coelum, namque, quod est superius, pertinet infirmitas tenebrarum, quia ex eo est origo luminis. Infirmitas vero aquae, quae est media, significatur nomine Abyssi, quia hoc nomen significat quandam immensitatem inordinatam aquarum, ut Augustinus dicit contra Faustum. Infirmitas vero terrae tangitur in hoc, quod dicitur, quod Terra erat inanis & inuisibilis, per hoc quod erat aqua cooperata. Sic igitur formatio superioris corporis facta est prima die: & quia tempus sequitur motum caeli, tempus autem est numerus motus superioris corporis, per huiusmodi formationem facta est distinctio temporis, notatis, scilicet, & diei. Secundo vero die, formatum est medium corpus. Haec aqua, per firmamentum accipies quam...

lib. 1. super Gen. c. 1. & lib. 4. c. 22. & 34. tom. 3. Aug. lib. 1. contra manich. c. 5. & 7. tom. 1.

citatos quod 66. art. 1. in corp. & locis ibidem notatis. 337

lib. 22. contra Faust. c. 1. tom. 6.

dam distinctione & ordinem: ita quod sub nomine aquae etiam alia comprehenduntur, ut supra dictum est. Tertio vero die, formatum est vltimum corpus. Terra, per hoc quod discooperata est aquis, & facta est distinctio in infimo, quae dicitur terra & maris. Unde satis congrue sicut infirmitatem terrae expresserat dicens, quod terra erat inuisibilis vel inanis: ita eius formationem exprimit per hoc quod dicit, Et appareat arida.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod secundum Augustinum & alios in opere tertiae diei non videtur Scriptura verbo factio-nis, sicut in praecedentibus operibus, ut ostendatur quod superiores formae, scilicet spirituales angelorum & caelestium corporum sunt perfectae in esse, & stabiles: formae vero inferiorum sunt imperfectae & mobiles: & ideo per congregationem aquarum & apparentiam arida; im-prefectio talium formarum designatur. Aqua, namque, est labiliter fluxa, terra stabiliter fixa: ut ipse dicit in 2. super Gen. ad lit. Secundum vero alios dicitur est, quod opus tertiae diei est perfectum, secundum solum motum localem. Et ideo, non oportuit quod Scriptura vteretur verbo factionis.

AD 2. patet solutio secundum Augustinum. quia non oportet dicere, quod terra primo esset cooperata aquis, & postmodum congregata, sed quod in tali congregatione fuerunt productae secundum alios, tripliciter respondetur, ut Augustinus dicit. 1. super Gen. ad lit. Vno modo, ut aqua in maiore altitudine sint eleuata: in loco ubi sunt congregatae. nam mare est altius terra, ut experimento com-pertum est: in mari rubro, ut Basil. dicit. Secundo, ut dicitur, quod rarior aqua velut nebula terras tegebat, quae congregatae deserta est. Tertio modo, ut dicitur, quod terra potuit aliquas partes sphaerae concavae, quibus confluentes aquae reciperetur. Inter quas, prima videtur probabilior.

AD 3. dicendum, quod omnes aquae vnum terminum habent, scilicet mare in quo confluunt vel manifestis, vel occultis meatibus. Et propter hoc, dicuntur aquae congregari in vno loco. vel dicit vnum locum non simpliciter: sed per comparationem ad locum terrae siccae, ut sit sensus, Congregentur aquae in vno loco. id est, seorsum a terra sicca. nam ad designanda pluralitatem locorum aquae, subdit, quod congregationes aquarum appellauit maria.

AD 4. dicendum, quod iussio Dei naturalem motum corporibus praebet. Unde dicitur quod suis naturalibus motibus, faciunt velle eius. vel potest dici, quod naturalis esset, quod aqua vndiq; esset circa terram, sicut aer vndiq; esset circa aquam & terram: sed propter necessitatem finis, ut scilicet animalia & plantae essent super terram, oportuit quod aliqua pars terrae esset discooperata aquis. Quod quidem aliqui Philosophi attribuunt actioni solis, per eleuationem vaporum desiccantis terram, sed sacra Scriptura attribuit potestati diuinae: non solum in Gen. sed etiam in Job. 38. c. ubi ex persona Domini dicitur. Circumdedit mare terminis meis, & Ier. 5. Me ergo non timebitis, ait Dominus, qui posui arenam terminum mari?

AD 5. dicendum, quod secundum Augustinum per terram, de qua primo fiebat mentio, intelligitur materia prima: nunc autem intelligitur ipsum elementum terrae. Vel potest dici secundum Basilium. quod primo nominabatur terra secundum naturam suam, nunc autem nominatur ex sua principali proprietate, quae est siccitas. Unde dicitur, quod vocauit aridam, terram: vel potest dici secundum Rabbinos, quod vbiunque dicitur, Vocauit, significatur equiuocatio nominis. Unde prius dictum est, quod vocauit lucem diem propter hoc, quod etiam dies vocatur spatium viginti quatuor horarum, secundum quod ibidem dicitur, Factum est vespere & mane, dies vnus.

Similiter

Similiter dicendum est, quod firmamentum, id est aerem vocauit coelum, quia etiam coelum dicitur, quod est primo creatum. Similiter etiam dicitur, quod aridam, id est illam partem, quae est discooperata aquis, vocauit terram, put distinguitur contra mare: quia communi nomine terra vocetur, siue sit aquis cooperata, siue discooperata. Intelligitur autem vbiq; per hoc, quod dicitur vocauit. id est dedit naturam vel proprietatem, ut possit sic vocari.

ARTICVLVS II. Vtrum plantarum productio conuenienter tertia die facta legatur.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur, quod plantarum productio, inconuenienter tertia die facta legatur. Plantae, namque, habent vitam sicut & animalia. Sed productio animalium non ponitur inter opera distinctionis, sed pertinet ad opus ornatus. Ergo nec productio plantarum commemorari debuit tertia die, quae pertinet ad opus distinctionis. Praet. Illud quod pertinet ad maledictionem terrae, non debuit commemorari cum formatione terrae. Sed productio quarundam plantarum pertinet ad maledictionem terrae, secundum illud Gen. 3. Maledicta terra in opere tuo, spinas & tribulos germinabit tibi. Ergo productio plantarum vniuersaliter, non debuit commemorari in tertia die, quae pertinet ad formationem terrae.

Praet. Sicut plantae adherent terrae, ita etiam lapides & metalla, & tamen non fit mentio de eis in tertia die formatione. Ergo nec plantae fieri debuerunt tertia die.

SED CONTRA est, quod dicitur Gen. 1. Protulit terra herbam virentem. Et postea sequitur, Factum est vespere & mane dies tertius.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, in tertia die infirmitas terrae remouetur. Duplex autem infirmitas, circa terram describebatur. Vna, quod erat inuisibilis & inanis, quia erat aqua cooperata. Alia, quod erat incomposita siue vacua, id est non habens debitum decorem, qui acquiritur terrae ex plantis, eam quodammodo vestientibus. Et ideo, vtraque infirmitas in hac tertia die remouetur. Prima quidem per hoc, quod aquae congregatae sunt in vno loco, & apparuit arida. Secunda vero per hoc, quod protulit terra herbam virentem. Sed tunc circa productionem plantarum, aliter opinatur Augustinus. Alii, namque, expositores dicunt, quod plantae productae sunt actu in suis speciebus in hac tertia die secundum quod superficies litera sonat. Augustinus autem, super Gen. ad literam, dicit, quod causaliter tunc dictum est productum esse terram herbam & lignum, id est producendi accepit se virtute. & hoc quidem confirmat auctoritate Scripturae. Dicitur enim Gen. 2. Iste sunt generationes caeli & terrae, quae creatae sunt in die quo Deus fecit caelum & terram, & omne virgultum agri, antequam oriretur in terra: omnemque herbam regionis priusquam germinaret. Ante ergo quod oriretur super terram, factae sunt causali-

ter in terra. Confirmatur autem hoc, et ratio: quia in illis primis diebus, condidit Deus creaturam originaliter, vel causaliter, a quo opere postmodum requiritur: qui tunc postmodum secundum administrationem rerum conditarum, per opus propagationis vsque modo operatur. Producere autem plantas ex terra ad opus propagationis pertinet. non ergo in tertia die productae sunt plantae in actu, sed causaliter tantum. quamuis secundum alios dici possit: quod prima institutio specierum ad opera sex dierum pertinet. Sed quod ex speciebus primo institutis generatio similium in specie procedat, hoc iam pertinet ad rerum administrationem. Et hoc est, quod Scriptura dicit, Antequam oriretur super terram, vel antequam germinaret. id est antequam ex similibus similia producerentur: sicut nunc naturaliter fieri videmus, secundum viam seminationis. Unde signanter Scriptura dicit, Germinet terra herbam virentem & facientem semen, quia, scilicet, sunt productae perfectae species plantarum, ex quibus semina aliarum oriuntur. Nec refert, vbiunque habeant vim seminatiuam, vtrum, scilicet, in radice, vel in stipite, vel in fructu.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod uita in plantis est occulta, quia caret locali motu & sensu, quibus animatum ab inanimato maxime distinguitur. Et ideo, quia immobiliter terrae inhaerent, earum productio ponitur, quasi quaedam terrae formatio. AD 2. dicendum, quod ante etiam illam maledictionem, spinas & tribuli producti erant vel virtute, vel actu: sed non erant producti homini in penam, ut scilicet terra quam propter cibum coleret, infructuosa quaedam, & noxia germinaret, unde dictum est, Germinabit tibi. AD 3. dicendum, quod Moyses ea tantum proposuit quae manifeste apparent: sicut iam dictum est. Corpora autem mineralia, habent generationem occultam in visceribus terrae, & iterum, non habent manifestam distinctionem a terra, sed quaedam terrae species videntur. Et ideo de eis mentionem non fecit.

QVAESTIO LXX.

De opere ornatus, quantum ad quartam diem, in tres articulos diuisa.

CONSEQUENTER considerandum est, de opere ornatus, et primo de singulis diebus secundum se. Secundo, de omnibus sex diebus in communi.

Circa primum ergo, considerandum est, de opere quartae diei. Secundo, de opere quintae. Tertio, de opere sextae. Quarto, de ijs, quae pertinent ad septimum diem.

Circa primum, quaeruntur tria.

Primo, De productione luminariu. Secundo, De fine productionis eorum. Tertio, Vtrum sint animata.

ARTICVLVS PRIMVS. Vtrum luminaria debuerint produci quarta die.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod luminaria non debuerint produci quarta die. Luminaria, namque, sunt corpora in-

Super Quaestione de uicibus Aristicum primum.

Itulus clarus est. In corpore duo. Primo, dicitur respondeatur quaestio affirmatiue. Secundo, quia si sit productio plantarum, creaturam. Quo ad primum, conclusio. Productio plantarum conuenienter tertia die facta est. probatur: quia pertinet ad formationem tertiae. Declarat hoc, ex duplici infirmitate terrae. Quoad secundum tria. Primo, diuersitas opinionum Augustini & aliorum: quia ille causaliter, isti actua-liter, plantas productas ponunt. Secundo, motus Augustini ab auctoritate Gen. secundo: & ratione distincte inter opus creandi & administrandi propagando. Tertio, motus aliorum ex opposito, & a ratione: quia institutio perfectorum ad opus creationis spectat, & nihilominus saluatur differentia inter propagationem & creationem: & ab auctoritate eadem Genes. secundo. Et in hac parte videtur author declinare.

Primo, ex Scripturae verbis, triplex operum ponit, creationis, formationis, seu distinctionis, & ornatus, vnicuique suum obiectum attribuit. Primo, res informes: secundo formas: tertio extrinseca mobilia. Secundo, respondet quaestio affirmatiue. Luminaria conuenienter producuntur quarta die. Et probatur: quia ista est prima dies ornatus, quae primum creatum ornatum erat, quemadmodum: fuit prima die distinctio nis formatum & c. Declarant haec enumerando tria primo creata, coelum, terra & aquas. id est media: & ordinando formationem eorum. tribus diebus. primo coelum: secundo aquas: tertio terram, & c. similiter, ornatum: quarto

Infra. q. 74. art. 1. ad. 4. Et 2. di. 1. c. q. 1. ar. 1. Et po. q. 4. ar. 2. du. 3. o.

Ex hom. 8. sui hexam.

Q. 78. ar. 2.

Basil. homi. 7. in hexamer. aliqua tula a pri. Li. 3. Gene. ad lit. c. 8.

AD PRIMUM ergo dicendum, qd Basil. dicit, Diferentia gradus vite, qui in diuersis uiuentibus inuenitur, ex modo loquendi Scripturæ colligi potest. Plantæ enim, habent imperfectissimam uitam & occultam. Vnde in earum productione nulla mentio fit de uita; sed solum de generatione: quia secundum hanc solum inuenitur actus uitæ in eis. Nutritiua enim & augmentatiua generatiua deseruiunt, ut infra dicitur. Inter alia uero animalia perfectiora sunt (communiter loquendo) terrestria, auiibus & piscibus: non quod pisces memoria careant, ut Basil. dicit, & Aug. improbat: sed propter distinctionem membrorum, & perfectionem generationis. Quantum autem ad aliquas sagacitates, etiam aliqua animalia imperfecta magis uigēt, ut apes & formicæ. et ideo pisces uocat non animam uiuentem: sed reptile animæ uiuentis. Sed terrena animalia uocat animam uiuentem propter perfectionem uitæ in eis, ac si pisces sint corpora habentia aliquid animæ, terrestria uero animalia propter perfectionem uitæ, sint quasi animæ domitantes corporibus. Perfectissimus autem gradus uitæ est in homine. Et ideo uitam hominis non dicitur produci terra uel aqua, sicut ceterorum animalium: sed a Deo.

AD 2^m dicendum, qd per iumenta uel pecora intelliguntur animalia domestica, quæ homini seruiunt qualitercunque. Per bestias autem intelliguntur animalia fera, ut ursi & leones. Per reptilia uero, animalia quæ uel non habent pedes quibus eleuentur a terra, ut serpentes, uel habent breues, quibus paru eleuantur, ut lacertæ & formicæ. Sed quia sunt quedam animalia quæ sub nullo horum comprehenduntur, ut cerui & caprei, ut etiam ista comprehendunt, addidit quadrupedia. Vel quadrupedia primi sit quasi genus, & animalia subiunxit, quasi species. Sunt enim quedam reptilia quadrupedia, ut lacertæ & formicæ.

AD 3^m dicendum, qd in alijs animalibus & plantis mentionem fecit de genere & specie, ut designaret generationes similibus ex similibus. In homine autem non fuit necessarium ut hoc diceretur: quia quod præmissum fuit de alijs, etiam de homine intelligi potest. Vel quod animalia & plantæ producuntur secundum genus, & speciem suam, quasi longe a similitudine diuina remota: homo autem dicitur formatus ad imaginem & similitudinem Dei.

AD 4^m dicendum, quod benedictio Dei dat uirtutem multiplicandi per generationem. Et ideo quod positum est in auiibus & piscibus, quæ primo occurrunt, non fuit necessarium repeti in terrenis animalibus: sed intelligitur. In hominibus autem iteratur benedictio, quia in eis est quedam specialis multiplicationis ratio, propter completum numerum electorum. et ne quisquam diceret in officio gignendi filios nullum esse peccatum. Plantæ uero nullam habeat propagationis affectum, ac sine ullo sensu generant. unde indignè iudicantur sunt, benedictionis uerbis.

AD 5^m dicendum, quod cum generatio unius sit corruptio alterius, quod ex corruptione ignobiliorum generetur nobiliora, non repugnat primæ rerum institutioni. Vnde animalia, quæ generantur ex corruptione rerum inanimatarum, uel plantarum, potuerunt tunc generari: non autem quæ generantur ex corruptione animalium, tunc potuerunt produci, nisi potentialiter tantum.

AD 6^m dicendum, quod Ang. dicit in 1. super Gen. contra Manichæos, quod si in alicuius officii officina imperitus intrauerit, uidet ibi multa instrumenta, quorum causas ignorat. et si multum est insipiens, superflua putat. Iam uero si in fornace intus ceciderit, aut ferramentum aliquo acuto se uulnerauerit, noxia existimat ibi esse multa, quorum usum, quia nouit artifex, insipientiam eius irridet. Sic in hoc mundo quidam audent

Li. 1. de Gene. c. 6. Manich. c. 16. parti 2. pri. to. 1.

multa reprehendere, quorum causas non uident. Multa enim, etiam domui nostræ non sunt necessaria, in eis tamen complectitur uniuersitatis integritas. Homo autem ante peccatum ordinate fuisse uisus rebus mundi: unde animalia uenenoſa ei noxia non fuissent.

QVAESTIO LXXIII.

De ijs, quæ pertinent ad septimum diem, in tres articulos diuisa.

DE INDE considerandum est de ijs, quæ pertinent ad septimum diem.

Et circa hoc quaeruntur tria. Primo, De completionem operum. Secundo, De requie Dei. Tertio, De benedictione, & sanctificatione huius diei.

ARTICVLVS PRIMVS.

Utrum completio diuinorum operum, debeat septimo diei ascribi.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod completio diuinorum operum non debeat septimo diei ascribi. Omnia enim, quæ in hoc seculo aguntur, ad diuina opera pertinent. Sed consummatio seculi erit in fine mundi, ut habet Mattheus 13. tempus est incarnationis Christi est cuiuslibet completionis tempus. Unde dicit tempus plenitudinis. Galat. 4. et ipse Christus moriens dixit, Consummatum est, ut dicitur Io. 19. Non ergo completio diuinorum operum competit diei septimo.

Præterea, quicquid completum fuerit, aliquid facit. Sed de non legitur septimo die aliquid fecisse, quinimo ab omni opere quiescit. Ergo completio operum, non competit septimo diei. Præterea, non dicitur aliquid esse completum, cui multa superadduntur, nisi sint illa superflua, quia perfectum dicitur cui nihil deest eorum quæ debet habere. Sed post septimum diem multa sunt facta, & productio multorum indiuiduorum, & etiam quarundam nouarum specierum quæ frequenter apparent, præcipue in animalibus ex putrefactione generatis. quotidie etiam Deus nouas animas creat. Non uero etiam fuit incarnationis opus. De quo dicit Hieronimus 31. Nouum faciet dominus super terram. Noua etiam sunt miraculosa opera. de quibus dicitur Eccl. 3. In noua signa, & imuta mirabilia. In noua uentur etiam omnia in glorificatione sanctorum, secundum illud Apoc. 21. Et dixit qui sedebat in throno, Ecce noua facio omnia. Completio ergo diuinorum operum non debet attribui septimo diei.

SED CONTRA est, quod dicitur Gene. 2. Compleuit Deus die septimo opus suum quod fecerat.

RESPONDENS. Dicendum, quod duplex est rei perfectio, prima & secunda. Prima quidem perfectio est, secundum quod res in sua substantia est perfecta. Quæ quidem perfectio est forma totius, quæ ex integritate partium consurgit. Perfectio autem secunda est finis, finis autem uel est operatio, sicut finis citharistæ est citharizare, uel est aliquid ad quod operatio pertinet, sicut finis edificatoris est domus, quæ edificanda facit. Prima autem perfectio, est causa secundæ, quæ forma est principium operationis. Ultima autem perfectio, quæ est finis totius uniuersi, est perfecta beatitudo sanctorum, quæ erit in ultima consummatione seculi. Prima autem perfectio, quæ est in integritate uniuersi, fuit in prima rerum institutione. Et hæc deputatur septimo diei.

Super. Q. 11. q. 11. artic. 1. primus.

Itulius clarus est. In corpore una conclusio resoluta. Prima perfectio uniuersi congrua septimæ diei ascribitur, ultima autem consummationi seculi. Declaratur primo textum in comuni. distinguendo duplicem perfectionem, primam & secundam, & hæc dupliciter ordinando eas. Probat deinde, & quo ad secundam partem, quia illa est beatitudo sanctorum perfecta, & quo ad primam, quia consistit in integritate uniuersi.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sicut dicitur, Quæ est perfectio prima, est causa secundæ. Ad beatitudinem autem consequendam, duo requiruntur, natura, & gratia. Ipsa ergo beatitudinis perfectio, erit in fine mundi, ut dictum est. Sed ista consummatio præcessit causaliter, quantum ad naturam quidem in prima rerum institutione, quantum ad gratiam uero, in incarnatione Christi: quia gratia & ueritas per Iesum Christum facta est, ut dicitur Ioan. 1. Sic igitur in septima die fuit consummatio nature, in incarnatione Christi consummatio gratiæ, in fine mundi consummatio gloriæ.

AD 2^m dicendum, quod septima die Deus aliquid operatus est, non nouam creaturam condendo, sed creaturam administrando, & ad propriam operationem eam mouendo: quod iam aliquoties pertinet ad inchoationem quandam secundæ perfectionis. Et ideo consummatio operum secundum nostram translationem, attribuitur diei septimæ: Sed secundum aliam translationem, attribuitur diei sextæ: & utrumque potest stare, quia consummatio quæ est secundum integritatem partium uniuersi, competit sextæ diei: consummatio quæ est secundum operationem partium, competit septimæ. Vel potest dici, quod in motu continuo, quando aliquid potest moueri ulterius, non dicitur motus perfectus ante quietem: quies enim demonstrat motum consummatum. Deus autem poterat plures creaturas facere, præter illas quas fecerat sex diebus. Vnde hoc ipso quod cessauit nouas creaturas condere in septima die, dicitur opus suum consummasse.

AD 3^m dicendum, quod nihil postmodum a Deo factum est totaliter nouum, quin aliquoties in operibus sex dierum præcesserit. Quædam enim præexistenter materialiter, sicut quod Deus de costa Adæ formauit mulierem. Quædam uero præexistenter in operibus sex dierum, non solum materialiter, sed etiam causaliter: sicut indiuidua, quæ nunc generantur, præcesserunt in primis indiuiduis suarum specierum. Species etiam nouæ, si quæ apparent, præexistenter in quibusdam acquisitis uirtutibus: sicut & animalia ex putrefactione generata, producuntur ex uirtutibus stellarum & elementorum, quam a principio acceperunt, etiam si nouæ species talium animalium producantur. Animalia etiam quedam secundum nouam speciem, aliquando oriuntur ex commixtione animalium diuersorum secundum speciem: sicut cum ex asino & equa generatur mulus, & hæc etiam præcesserunt causaliter in operibus sex dierum. Quædam uero præcesserunt secundum similitudinem, sicut animæ quæ nunc creantur. Et similiter incarnationis opus: quia ut dicitur Philip. 2. Filius Dei est in similitudinem hominum factus. Gloria et spiritualis secundum similitudinem præcessit in angelis, corporalis uero in caelo præcipue empyreo. Vnde dicitur Eccl. 1. Nihil sub sole nouum. Iam enim præcessit in seculis, quæ fuerunt ante nos.

ARTICVLVS II.

Utrum Deus septima die requieuit ab omni opere suo.

Itu, clarus est. In corpore una conclusio resoluta. Primo, quomodo requies dupliciter inuenitur in spiritualibus, sicut & motus, cui primo

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur quod Deus septima die non requieuit ab omni suo opere. Dicitur enim Ioan.

Pater meus usque modo operatur, & ego operor. Non ergo septima die requieuit ab omni opere. Præterea, Requies, motui opponitur, uel labori, qui interdum casualiter ex motu. Sed Deus immobiliter & absque labore sua opera produxit. Non ergo dicendum est, septima die a suo opere requieuisse.

Si dicatur, quod Deus Requieuit die septima, quia fecit hominem requiescere: contra, requies contraponitur eius operationi. Sed quod dicitur, Deus creauit, uel fecit hoc uel illud, non exponitur, quod Deus hominem fecit creare, aut facere. Ergo nec conuenienter exponitur, ut dicatur Deus requieuisse, quia fecit hominem requiescere.

SED CONTRA est, quod dicitur Gen. 2. Requieuit Deus die septimo ab omni opere quod patrarat.

RESPONDENS. Dicendum, quod requies, proprie opponitur motui, & per consequens labori, qui ex motu consurgit. Quamuis autem motus proprie acceptus sit corporum, in nomen motus, etiam ad spiritualia deriuatur dupliciter. Vno modo, secundum quod omnis operatio, motus dicitur: sic enim & diuina bonitas quodammodo mouetur & procedit in res, secundum quod se eis communicat, ut Dionysius dicit 2. cap. de diu. nomi. Alio modo, desiderium in aliud tendens, quidam motus dicitur, unde, & requies dupliciter accipitur. Vno modo, pro cessatione ab operibus. Alio modo, pro impletione desiderij: & utroque modo, dicitur Deus requieuisse die septima. Primo quidem, quia die septima cessauit nouas creaturas condere: nihil enim postea fecit, quod non aliquo modo præcesserit in primis operibus, ut dictum est. Alio modo, secundum quod rebus conditis ipse non indigebat, sed seipso fruendo beatus est. Vnde post conditionem omnium operum, non dicitur, quod in suis operibus requieuit, quasi eis ad suam beatitudinem indigens, sed ab eis requieuit utique in seipso: quia sufficit sibi, & implet desiderium suum. Et quamuis ab æterno in seipso requieuerit, tamen, quod post opera condita in seipso requieuit, hoc pertinet ad septimum diem: & hoc est ab operibus requiescere, ut Aug. dicit super Genes. ad lit.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Deus usque modo operatur, conferuando & administrando creaturam conditam, non autem nouam creaturam condendo. AD 2^m dicendum, quod requies non opponitur labori, siue motui, sed productioni nouarum rerum, & desiderio in aliud tendenti, ut dictum est. AD 3^m dicendum, quod sicut Deus in solo se requiescit, & se fruendo beatus est: ita & nos per solam Dei fruitionem beati efficiamur. Et sic etiam facit nos a suis & nostris operibus in seipso requiescere. Est ergo conueniens expositio, ut dicatur Deus requieuisse, quia nos requiescere facit. Sed non est hæc sola ponenda, sed alia expositio est principalior & prior.

Prima S. Tho.

G

Super

Ca. 2. par. 1. & a medio.

Q. 69. ar. 2.

Li. 4. c. 15.

In corp. 1.

Aug. li. 5. super Gen. 1. 5. tom. 3.

337
349
350
351

animalium, quæ alij ponunt in opere sex dierum esse producta in actu. August. vero potentialiter factum. In hoc ergo, quod August. ponit opera sex dierum esse simul facta, sequitur idem modus productionis rerum. Nam secundum utrosque, in prima rerum productione materia erat sub formis substantialibus elementorum, & secundum utrosque in prima rerum institutione non fuerunt animalia & plantæ in actu. Sed remanet differentia quantum ad quatuor: quia secundum alios sanctos, post productionem creaturæ, fuit aliquod tempus in quo non erat lux. Item in quo non erat firmamentum formatum. Item in quo non erat terra discooperata aquis. et in quo non erat formata cæli luminaria: quod est quartum. Quæ non oportet ponere secundum expositionem Aug. Ut igitur neutri sententiæ præiudicetur, utriusque rationibus respondendum est.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod in die in quo creauit Deus cælum & terram, creauit etiam omne virgultum agri non in actu, sed antequam oriretur super terram, id est potentialiter, quod Aug. ascribit tertiæ diei: alij vero primæ rerum institutioni.

AD 2^m dicendum, quod Deus creauit omnia simul quantum ad rerum substantiam quodammodo informem: sed quantum ad formationem quæ facta est per distinctionem & ornatum, non simul. Vnde signanter videtur verbo creationis.

AD 3^m dicendum, quod in die septimo cessauit Deus a nouis opib⁹ cõdendis, non aut propagandis quibusdam alijs: ad quam propagationem pertinet, quod post primum diem alij succedunt.

AD 4^m dicendum, quod non est ex impotentia Dei quasi indigentis tempore ad operandum, quod omnia non sunt simul distincta & ornata: sed ut ordo seruaretur in rerum institutione: et ideo oportuit ut diuersis statibus mundi diuersi dies deseruirent. Semper autem per sequens opus, nouus perfectionis status mundo est additus.

AD 5^m dicendum, quod secundum August. ille ordo dierum referendus est ad naturalem ordinem operum, qui diebus attribuitur.

In locis citatis i prin cip. corp. ar. ti.

Super Questionis septuagesime quartæ articulum.

Itu. clarus est. In corpore rãdet duplr. Primo secũdũ Aug. psona filii exprimit in omni opere, diuersimode tñ, vt principũ & vt verbũ in creatione & alijs duob⁹: quia illa ad informitatem, hæc ad formationem pertinet. secundum alios vero primo creatur, dein de imperatur iã factõ p ly dixit. Nora quod cum quæstio fit de oibus, in corpore (qđ est et rãso ad primũ) S.T. rãdet de communibus ad creatiõẽ & alia, in quantum Deum respiciunt.

361
2. d. l. 3. q. 1. ar. 4.

In rãsonib⁹ vero argumetõrũ ad alia verba descendit.

ARTICVLVS. III.

Utrum Scriptura utatur conuenientibus uerbis ad exprimendum opera sex dierum.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod Scriptura non utatur conuenientibus uerbis ad exprimendum opera sex dierum. Sicut enim lux, & firmamentum, & hmoi opera p Dei uerbum sunt facta, ita cælum & terra: quia omnia per ipsum facta sunt, ut dicitur Ioan. 1. c. Ergo in creatione cæli & terræ, debuit fieri mentio de uerbo Dei, sicut in alijs operibus.

2^a Præt. Aqua est creata a Deo: quæ tamen creata non commemoratur. Insufficienter ergo, rerum creatio describitur.

3^a Præt. Sicut dicitur Genes. 1. vidit Deus cuncta quæ fecerat: & erat ualde bona. In singulis ergo ope-

ribus debuit dici, Vidit Deus quod esset bonum. Inconuenienter ergo prætermittitur in opere creationis, & in opere secundæ diei.

4^a Præt. Spiritus Dei est deus. Deo autem non competit ferri, nec situm habere. Inconuenienter ergo dicitur quod spiritus Dei ferebatur super aquas.

5^a Præt. Nullus facit quod iã factum est. Inconuenienter ergo postquam dictum est, Dixit deus, fiat firmamentum, & factum est ita: subditur, Et fecit Deus firmamentum, et similiter in alijs operibus.

6^a Præt. Vespere & mane non sufficienter diuidunt diem, cum sint plures partes diei. Ergo inconuenienter dicitur, quod factum est uespere & mane dies secundus, vel tertius.

7^a Præt. Secundo & tertio non conuenienter correspondet unum, sed primum. Debuit ergo dici, Factum est uespere & mane dies primus, ubi dicitur dies vnus.

Intellectus igitur angelicus semper est in actu suorum intelligibilium, propter propinquitatem ad primum intellectum, qui est actus purus, vt supra dictum est. Intellectus autem humanus, qui est infirmus in ordine intellectu, & maxime remotus a perfectione diuini intellectus, est in potentia respectu intelligibilium, & in principio est sicut tabula rasa, in qua nihil est scriptum, vt Philosophus dicit in 3. de anima. Quod manifeste apparet ex hoc, quod in principio sumus intelligentes solum in potentia: postmodum autem efficiuntur intelligentes in actu. Sic igitur patet, quod intelligere nostrum est quoddam pati, secundum tertium

Q. 58. ar. 1. & q. 2. ar. 3. & q. 3. ar. 1.

Li. 3. de anima text. 14. tom. 2.

D. 750. D. 755.

prie loquendo, nihil aliud est q̄ propriam operationem exercere, quam quia immanens est, concomitatur quod sit in ipsa, & ab ipsa simul. Quod nullum inconueniens esse qui non aliter videre potest, consideret, quod grauitas lapidea est a lapide & in lapide. Et vel sic animaduertat in his, quae non proprie dicuntur agere & pati, locum non habere principia illa. Quamuis singularem dici possit, q̄ materia ex qua, non coincidit cum agente, materia vero in qua, coincidere potest, & quod omnino idem non est patiens & agens, neq; referatur ad se. Sed bene aliquo modo idem, & aliquo modo diuersum, patiens & agit, & referatur realiter ad se. In proposito autem, intellectus est agens, & materia in qua est intellectus. Et est aliquo modo diuersus, quia patitur in quantum nudus, agit vero se toto primo. Et sic diuersimode, est simul in actu & potentia.

Lib. 7. Eth. 2. vlt. to. 3.

¶ Circa tertiam dubitationem, quantum valeat ratio S. Tho. aduertendum est, quod tripliciter calumniam potest pati. Primo diceret Scot. quod peccat ratione potentiae communiter sumpta: inferens potentiam proprie sumptam. Ex eo. n. quod in intellectu non est in se actus totius entis, sequitur bene, ergo est in potentia, sumendo potentiam communiter prout omne intelligens ab actu puro, dicitur esse permittum potentiae: sed ex tali potentialitate non sequitur, ergo est in potentia receptiua quae est proprie potentia, vt de se patet, & tamen S. T. hac potentiam infert. Et confirmatur ista obiectione: quia intellectus agens cum non sit actus purus, est in potentia, & tamen non in potentia receptiua. Secundo diceret quispiam, quod deficit in praesupposito: supponitur. n. quod quilibet intellectus naturaliter sit capax totius entis, oportet. n. hoc supponi, alioquin non possent graduari intellectus in respectu ad totum ens, penes esse actu aut potentia totum ens, & tamen constat hoc suppositum esse falsum, in via S. T. scilicet. T. q. 3. nullus intellectus creatus est capax essentiae diuinae in esse intelligibili. Tum, quia intellectus noster non est capax substantiarum immaterialium. Et confirmatur: quia intellectus noster non est possibilis omnia fieri, nisi quae intellectus agens est potens facere: sed hic non est potens facere omnia simpliciter cognoscibilia, sed tantum materialia, ergo.

¶ Tertio, deficere videtur, quia si ratio valeret, concluderet quod etiam voluntas sit potentia passiva, quoniam ipsa est respectu totius entis, quoniam bonum vt sic respicit, & non est vt actus totius entis, aut perfecta semper per illud: consequens est inconueniens, quoniam voluntas mouet actum intellectum, & ceteras vires, & sic velle est actionis species. ¶ Ad solutionem horum manifestandam, non oportet alia iacere fundamenta, quoniam ex natura vis cognoscitiuae euidenter dissoluuntur. fundatur ergo processus iste super naturam cognoscitiuam in communi. s. quod oportet cognoscitiuum esse rem cognitam, quod fuit communis animi conceptio antiquorum in primo de anima, & approbatum ab Aristotele, & super tali natura cognoscitiua. s. intellectiua. s. quod intellectus cognoscit ens in communi, quod est per se notum. Ex his. n. habetur, quod cum intellectus non sit actus ad hoc vel illud entis generis: sed vniuersale ens respiciat vt obiectum, vt visus colorem, & consequenter quod potest cognoscere omne ens: oportet quod aut sit actu, aut potentia: aut quodammodo actu, & quodammodo potentia omnino ens. Et quia quod non est actu tale, & potest esse tale, est vere in potentia receptiua, quia potest fieri aut esse tale: ideo ex hoc quod intellectus non se habet vt actus totius entis, optime sequitur non solum quod sit in potentia, sed quod sit in potentia vt sit ens illud quod non est actu: ac per hoc sit in eo vere potentia receptiua illius esse. Et sic patet responsio ad primo obiecta. Non enim ex esse in potentia illatum est, esse in potentia tali, sed ex esse in potentia cognoscitiuum per intellectum, quod, vt

ex dictis patet, optime inferri potest. Nec hoc conuenit intellectui agenti, si vis est nostrae animae non intelligens, sed factus tantum intellectus in actu. Ad ea vero, quae secundo obicitur, dicitur quod vt in textu patet, ex hoc quod intelligere est circa ens in communi, sequitur, ergo & intellectus: ac per hoc circa omne ens, alioquin obiectum excederet operationem & virtutem operatiuam. Vnde concedendum est, quod omnis intellectus est circa omne ens. Sed diligenter animaduerte ne fallaris a cognitione ad modum cognitionis vis declinans: ad cognoscere quippe omne ens, sufficit cognoscendo attingere omne ens: ita q̄ ad omne ens terminari possit cognitio illius, ad modum vt cognoscendo spectat quod cognoscatur perfecte vel imperfecte, per propria speciem vel alienam, per causam vel effectum &c. Constat autem quod omnis intellectus in omne ens potest, quamuis non perfecte, aut per species proprias, vt instantiae adductae ostendunt. Vnde ratio S. Tho. stat solida super hoc, quod quia intelligere est circa omne ens terminatiue, oportet quodlibet intelligens esse omnia. Aut actu puro, vt Deus gloriosus. Aut quodammodo actu & quodammodo potentia, & hoc habet magnam latitudinem, vt intelligens. Aut in potentia pura, & hoc est anima humana, quae est omnia, non per omnium similitudines, sed per similitudines naturalium rerum, quae proculdubio similes sunt Deo & intelligentiis, quamuis imperfecte.

¶ Ad tertiam autem obiectionem de voluntate dicitur, quod quia ratio illa manifeste loquitur de respicientibus totum ens, vt in se habere debentibus totum ens, conueniens est, quod locum non habet in voluntate, quae in hoc differt ab intellectu. Illa enim tendit in ens, iste vero habet in se. Vnde intellectus non habens omne intelligibile, est in potentia & imperfectus, voluntas autem non volens omne volibile, non est in potentia, nec imperfecta. Stat ergo ratio solida in his, quorum perfectio & operatio est in habendo ens vniuersale, & per hoc quoque solui possunt primo obiecta.

ARTICVLVS III.

Vtrum sit ponere intellectum agentem.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, q̄ non sit ponere intellectum agentem. Sicut enim se habet sensus ad sensibilia,

Species proprias, vt instantiae adductae ostendunt. Vnde ratio S. Tho. stat solida super hoc, quod quia intelligere est circa omne ens terminatiue, oportet quodlibet intelligens esse omnia. Aut actu puro, vt Deus gloriosus. Aut quodammodo actu & quodammodo potentia, & hoc habet magnam latitudinem, vt intelligens. Aut in potentia pura, & hoc est anima humana, quae est omnia, non per omnium similitudines, sed per similitudines naturalium rerum, quae proculdubio similes sunt Deo & intelligentiis, quamuis imperfecte.

¶ Ad tertiam autem obiectionem de voluntate dicitur, quod quia ratio illa manifeste loquitur de respicientibus totum ens, vt in se habere debentibus totum ens, conueniens est, quod locum non habet in voluntate, quae in hoc differt ab intellectu. Illa enim tendit in ens, iste vero habet in se. Vnde intellectus non habens omne intelligibile, est in potentia & imperfectus, voluntas autem non volens omne volibile, non est in potentia, nec imperfecta. Stat ergo ratio solida in his, quorum perfectio & operatio est in habendo ens vniuersale, & per hoc quoque solui possunt primo obiecta.

¶ Super Quaestiones septuaginta nonne Articulu tertium.

Titulus clarus. ¶ In corpore, respondet primo secundum Platonis fundamenta falsa. Secundo, secundum Aristotelem. Ex Platone duo dicitur: alterum certum, & alterum dubium. Vbi scito, quod duo opera attribui possunt intellectui agenti. Vnum est facere intelligibilia in potentia, esse intelligibilia in actu: alterum, illuminare intellectum possibilem, iuxta duo quae conueniunt intellectui possibili. s. recipere intelligibile, & huic responderi factio intelligibilis, & iudicare, & huic responderi illuminatio. Vnde, quia Plato posuit intelligibile in actu esse per se in rerum natura, sequitur quod non oportuit ponere intellectum agentem, vt fieret intelligibile in actu, & hoc est primum, & certum ex Platone. Quod probatur, quia posuit ideas, ex quibus tam materia quam anima formatur: illa vt essent res, haec vt cognoscerentur. Et si coniungerimus his, quod Plato posuit nostrum scire non esse nisi remissum, videbimus quod apud eum intellectus noster non recipit de nouo aliquod intelligibile: sed a principio est formatus omnibus, Ambiguum vero est: an propter secundum opus posuerit intellectum agentem.

¶ Ex Aristotele vnam habemus responsiuam conclusionem, quod necesse est ponere intellectum agentem. probatur sic. Omne quod est in potentia, non reducit in actum, nisi per aliquod ens actum: sed intellectus noster est in potentia ad intelligibile, ergo non reducit in actum nisi per intelligibile in actu: sed intelligibile in actu quo ad quidditates naturales non inuenitur in rebus, ergo oportet

Li. 3. de anima. m. 17. & tex. 3. a. m. 1.

391 De anima art. 4.

Li. 3. de anima. m. 17. & 2.

oportet fieri, ergo ex parte intellectus oportet ponere virtutem agentem, & hanc vocamus intellectum agentem.

¶ Nota hic, quod duarum operationum, quas diximus attribui intellectui agenti: illuminatio non vsquequaque clara est. Quoniam dicitur quilibet intellectus: ac per hoc circa omne ens, alioquin obiectum excederet operationem & virtutem operatiuam. Vnde concedendum est, quod omnis intellectus est circa omne ens. Sed diligenter animaduerte ne fallaris a cognitione ad modum cognitionis vis declinans: ad cognoscere quippe omne ens, sufficit cognoscendo attingere omne ens: ita q̄ ad omne ens terminari possit cognitio illius, ad modum vt cognoscendo spectat quod cognoscatur perfecte vel imperfecte, per propria speciem vel alienam, per causam vel effectum &c. Constat autem quod omnis intellectus in omne ens potest, quamuis non perfecte, aut per species proprias, vt instantiae adductae ostendunt. Vnde ratio S. Tho. stat solida super hoc, quod quia intelligere est circa omne ens terminatiue, oportet quodlibet intelligens esse omnia. Aut actu puro, vt Deus gloriosus. Aut quodammodo actu & quodammodo potentia, & hoc habet magnam latitudinem, vt intelligens. Aut in potentia pura, & hoc est anima humana, quae est omnia, non per omnium similitudines, sed per similitudines naturalium rerum, quae proculdubio similes sunt Deo & intelligentiis, quamuis imperfecte.

¶ Ad tertiam autem obiectionem de voluntate dicitur, quod quia ratio illa manifeste loquitur de respicientibus totum ens, vt in se habere debentibus totum ens, conueniens est, quod locum non habet in voluntate, quae in hoc differt ab intellectu. Illa enim tendit in ens, iste vero habet in se. Vnde intellectus non habens omne intelligibile, est in potentia & imperfectus, voluntas autem non volens omne volibile, non est in potentia, nec imperfecta. Stat ergo ratio solida in his, quorum perfectio & operatio est in habendo ens vniuersale, & per hoc quoque solui possunt primo obiecta.

¶ Circa hanc articulum, aduerte quod etiam posteriores discordes sunt. Nam Durando Platonem sequitur in negatione intellectus agentis. Godofredus, est concedat intellectum agentem, negat tamen ipsum effectiue illuminare: credit. n. quod formaliter illuminet. Sed de hac opinione erit in sequentibus sermo: modo cuiuslibet an est ventilatur, cum Durando disputandum est. Est autem forma rationis eius, quia si intellectus agens ponitur, vel ratione operationis in phantasma, aut in intellectu possibilem, aut vtrumque ponitur: sed nihil horum est, ergo, probatur q̄ non in phantasma, quia nec influendo illi aliquid, vt patet: nec abstrahendo ab eo aliquid, vt magis est notum: nec educendo de potentia eius, vt ex eo liquet, quia educatum est post educationem in eo ex quo educitur, similiter probatur quod non in intellectu: quia aut solus agit in illum, & hoc non: aut simul cum phantasma, & hoc non. Tum, quia si phantasma secundum se est impotens in intellectum agere, vt potest immateriale, ergo etiam erit impotens ad coagendum: non enim est mutatum, aut si secundum se erat potens, & sic non oportet ponere intellectum agentem, sicut nec sensum agentem cum obiecto sensibili.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, q̄ (vt in littera dicitur) necessitas intellectus agentis est, vt ens sensibile sit nobis intelligibile in actu. Ad hoc autem requiritur operatio & in phantasma, & in intellectu possibilem. & de actione quidem in phantasma erit sermo proprius in q. 85. art. 1. ad 4. Quamuis breuiter dici possit, q̄ agit educendo de potentia phantasmatis non subiectiua, sed ministeriali: & ideo educatum non est in eo, sed in potentia subiectiua quae est intellectus possibilis. De actione vero in intellectu possibilem dicitur, q̄ necesse est ponere praeter phantasma aliud agens, quia intelligibile in actu distat ab intelligibili in phantasmate genere, & non sicut vnus gradus alicuius generis ab alio eiusdem, vt in sensu & sensibili contingit, du vtrumque materiale, intelligibile vero actu, immateriale esse oportet. Et cum dicitur, Phantasma solum est impotens, ergo immutatum semper erit impotens, respondetur concedendo antecessedens, & distinguendo consequens: Immutatum in se, vel in ordine ad aliud. Primo modo, est immutatum, sed nihil obstat, quoniam sufficit q̄ sit mutatum in ordine ad aliud. Et consistit ista mutatio in hoc: quia de seorsum agente, transit in ministerium alterius: con-

star autem, q̄ eadem vis aliquid potest sub alterius autoritate, quod sola non potest. Et cum dicitur arguens, q̄ mirum est, q̄ ex assensu a laterius aliquid possit quod prius non potest, respondendum est, quod propter admirari cepit Philosophia: causa. n. huius inferius patebit in loco praedestinato.

¶ Circa hunc tertium articulum, est non parua dubitatio. An intelligibile in actu, quod est effectus in intellectu agentis sit prius, quam species intelligibilis. An ipsa species intelligibilis sit ipsum intelligibile in actu, quod dicitur effectus in intellectu agentis. Quod ens sit prius facte natura, ex hoc articulo habetur dupliciter. Primo, ex calce corporis articuli, vbi dicitur q̄ quia id quod est in potentia, non reducit in actum nisi per aliquod ens actu, quemadmodum sensus per sensibile, & intelligibile in actu quod debet reducere intellectum existentem in potentia ad actum, non inuenitur in rebus: oportet ponere intellectum agentem facientem intelligibile in actu,eductiuum intellectus possibilis de potentia ad actum. Hic enim videtur planus sensus litterae: ex hoc autem liquido habetur, q̄ intelligibile in actu praue nit speciem intelligibilem, immo est ipsius causa. Secundo, ex responsione ad secundum vbi expresse dicitur, q̄ si lumen requiritur ad visionem ex parte coloris, q̄ similitudo inter lumen & intellectum agentem tenet, non solum quo ad necessitatem, sed quo ad eius causam, quia propter idem requiritur: sed lumen, stante illa hypothese, facit colorem in actu visibilem, a quo producitur species visibilis in oculo, ergo lumen intellectus agentis facit phantasma actu intelligibile, & sic a phantasmate illuminato, producitur species intelligibilis in intellectu possibili. Ad oppositum autem est, quia phantasma semper est quid de genere sensibiliu & materialiu, ergo intelligibiliu in potentia. Intelligibile. n. i actu oportet abstrahere ab hic & nunc, q̄ est impossibile conuenire phantasmati. Et confirmatur: quia cum cogitatio possit comprehendere quicquid repraesentat actu suu phantasma, si phantasma esset intelligibile in actu, phantasma cognosceret intelligibile in actu: hoc at est intelligere, & sic cogitatio esset intellectus, & intellectus non differret a sensu &c.

¶ In hac difficultate, sunt duo modi dicendi. Alter communis, alter singularis. Communiter quidem tenetur, q̄ species intelligibilis est ipsum intelligibile in actu, q̄ dicitur effectus intellectus agentis. Ita tñ, q̄ actio intellectus agentis, q̄ terminat primo: ad speciem intelligibilem, terminatur secundo ad re repraesentatam per speciem: puta naturam bouinam aut leoninam, quae vt sic, repraesentata est denominatione extrinseca intelligibilis in actu, intelligibilitate actuali. i. imaterialitate existente in ipse intelligibili, non in se. ¶ Et iuxta hanc viam, glossanda erunt verba S. T. in corpore articuli dicendo, q̄ caute & artificiose processit: quoniam non subsumpsit, q̄ oportet ponere intelligibile in actu, quod reducat in intellectum de potentia ad actum, quod apparet q̄ subsumi debuisset: sed subsumpsit q̄ oportet ponere aliquam virtutem ex parte intellectus, quae faciat intelligibile in actu per abstractionem specierum &c. quasi subintellexit q̄ oportet alteri duorum subsumere, aut q̄ ponatur intelligibile in actu reductiuum intellectus de potentia ad actum, aut oportet ponere aliquod equiualens. s. virtutem reductiuam intellectus de potentia ad actum, &

Ar. sequit. & q. 84. art. 1. 6.

416 Li. 3. Meta. a. tex. 10. v. que ad finem libri. to. 3.

Secundo sic, expe- rimur nos abstra- here vniuersalia a phantasmatis, ergo intellectus agens est aliquid postri- co sequentia probatur, quia actio non con- uenit alicui, nisi pri- cipium illius quod est ratio agendi, in- se illi, cui attribui- tur actio. Antecedens uero liquet ex eo, qd ad libitum quacun- que oblata intelli- gitur in communi, hoc n. absq; abstrac- tione fieri nequit.

Q106. ar. 2

In corp. ar.

Li. 3. de Ani- ma tex. 19. tom. 3. 275

c

Terzio, probatur auctoritate Ari. qui comparat ipsum lumen ad differen- tiam Platonis, qui comparat foli.

Quo ad quintu, quia diuersa sunt opiniones de illo in- tellectu separato, dñ aliqui tenent illum esse ultimā intelli- gētiā, ut Auic. aliqui penultimā, ut Auer- rois: aliqui Deum, ut doctores catholi- ci. Et quia magni re- fert ad fidem: quo- niam in illius conse- quutione tanquam in proprie causē ade- ptione consistit bea- titudo: sō S. T. solici- tō de his quæ sunt si- dei, statim subdidit, qd em fidei documē- ta, intellectus ille ha- bens illas tres, quas dixim⁹ cōditiones, est Deus gloriosus, in quo solo beas aīa, & a quo solo est si- gnatū lumē i nobis.

395

Ad 4^m dicendum, qd aīa intellectiua est quidē actū immaterialis: sed est in potentia ad determinatas spe- cies rerū. Phātafmata autē ecōuēto, sunt quædam actū similitudines specierū quarundā, sed sunt potentia im- materialia. Vnde nihil p̄bibeat vnā & eandē aīam inquā- tum est immaterialis in actū habere aliquā virtutē, p̄ quam faciat immaterialia in actū, abstrahendo a cōdi- tionibus indiuidualis materię, q̄ quidem virtus dñ in- tellectus agens: & aliam uirtutem receptiuam huius- modi specierum, quæ dicitur intellectus possibilis, K in quantum est in potentia ad huiusmodi species.

Ad 5^m dicendum, qd cū essentia aīe sit immaterialis, a supremo intellectu creata, nihil p̄- hibet uirtutē q̄ a supremo intelle- ctu participatur, p̄ quā abstrahitur a materia, ab essentia ipsius proce- dere: sicut & alias eius potentias.

Super Questionis septuagesime nonne Ar- ticulum quintum, Titulus clarus, vnus numero. In corpore respon- det quæsto iuxta veranq; viam. s. qd si intellectus agens est substantia separata, est vnus numero, si aliqd aīe, multipli- cat cū ea, vt patet.

393 De anima ar. 5.

parant soli, vt Themistius dicit in comment. tertij de anima. Sed in- tellectus separatus secundum nos- trā fidei documēta, est ipse Deus, qui est creator animarū, & in quo so- lo beatificat, vt infra patebit. Vnde ab ipso aīa humana lumē intel- lectuale participat, fm illud Psal. 4. Signatum est super nos lumen vultus tui Domine.

Ad 1^m dicendum, qd illa lux vera, illuminat sicut cau- sa vniuersalis, a qua aīa humana participat quandam particularem uirtutem, vt dictum est.

Ad 2^m dicendum, qd Philosophus illa uerba nō dicit de intellectu agē- te, sed de intellectu in actū. Vnde supra de ipso præmiserat, idē autē est fm actum agēti rei: vt si in- telligatur de intellectu agente, hoc dñ, quia non est ex parte intellectus agēti hoc, qd qñq; intelligimus, & qñq; non intelligimus: sed ex parte intellectus qui est in potentia.

Ad 3^m dicendum, qd si intellectus agēs cōpararetur ad intellectu pos- sibile, vt obiectū agēs ad potētiā, si- cut uisibile i actū ad uisum, seque- ret, qd statim oīa intelligeremus, cū intellectus agēs sit, quo est oīa face- re: nūc autē nō se habet vt obiectū: sed vt faciēs obiecta in actū, ad qd requiritur præsentia intelle- ctus agentis, præsentia phantasma- tū, & bona dispositio uiriū sensiti- uarū, & exercitium in huiusmodi opere: quia p̄ vnū intellectu, sunt etiā alia intellecta, sicut p̄ terminos, propositiones, & per prima princi- pia, conclusiones. Et quantum ad hoc non differt, vtrum intellectus agens sit aliquid animę, vel aliquid separatum.

Ad 4^m dicendum, qd aīa intellectiua est quidē actū immaterialis: sed est in potentia ad determinatas spe- cies rerū. Phātafmata autē ecōuēto, sunt quædam actū similitudines specierū quarundā, sed sunt potentia im- materialia. Vnde nihil p̄bibeat vnā & eandē aīam inquā- tum est immaterialis in actū habere aliquā virtutē, p̄ quam faciat immaterialia in actū, abstrahendo a cōdi- tionibus indiuidualis materię, q̄ quidem virtus dñ in- tellectus agens: & aliam uirtutem receptiuam huius- modi specierum, quæ dicitur intellectus possibilis, K in quantum est in potentia ad huiusmodi species.

Ad 5^m dicendum, qd cū essentia aīe sit immaterialis, a supremo intellectu creata, nihil p̄- hibet uirtutē q̄ a supremo intelle- ctu participatur, p̄ quā abstrahitur a materia, ab essentia ipsius proce- dere: sicut & alias eius potentias.

ARTICVLVS V.

Vtrum intellectus agens sit vnus in omnibus.

AD QUINTVM sic proce- ditur. Vt, qd intellectus agens

fit vnus in omnibus. Nihil, n. quod est separatū a cor- pore, multiplicatur fm multiplicationem corporum. Sed intellectus agens est separatū, vt dicitur in 3. de anima. Ergo non multiplicatur in multis corpori- bus hominum: sed est vnus in omnibus.

¶ 2^a Præter. Intellectus agens facit vniuersale, quod est vnum in multis. Sed illud, quod est causa vnitatis, ma- gis est vnū. Ergo intellectus agens est vnus in omnibus.

¶ 3^a Præter. Omnes homines conueniunt in primis con- ceptionibus intellectus. His autem assentiunt per in- tellectum agentem. Ergo conueniunt omnes in vno intellectu agente.

SED CONTRA est, qd Philosophus dicit in 3. de anima, quod intellectus agens est sicut lumen: non autem est idem lumen in diuersis illuminatis. Ergo non est idem intellectus agens in diuersis hominibus.

RESPON. Dicendum, qd veritas huius questionis dependet ex præmissis. Si n. intellectus agens non est set aliquid animæ, sed esset quædam substantia sepa- rata, vnus esset intellectus agens omnium hominum: & hoc intelligunt qui ponit vnitatem intellectus agen- tis. Si autem intellectus agens sit aliquid aīe, vt quæda vir- tus ipsius, necesse est dicere, qd sint plures intellectus agentes, fm pluralitatem animarum, quæ multiplicā- tur secundum multiplicationem hominum, vt su- pra dictum est. Non enim potest esse, quod vna & eadem virtus sit diuersorum subiectorum.

AD PRIMUM ergo dicendum, qd Philosophus præ- bat intellectum agentem esse separatū p̄ hoc, qd pos- sibilis est separatū, quia (vt ipse dicit) agens est hono- rabilis patiente. Intellectus autē possibilis dicitur sepa- ratū, quia non est actus alicuius organi corporalis: & fm hunc modum, etiam intellectus agens dicitur separatū, non quasi sit aliqua substantia separata.

Ad 2^m dicendum, quod intellectus agens causat vniuersale abstrahendo a materia. Ad hoc autem non requiritur, quod sit vnus in omnibus habentibus in- tellectum: sed quod sit vnus in omnibus secundum habitudinē ad omnia, a quibus abstrahit vniuersale, I respectu quorum, vniuersale est vnum. Et hoc com- petit intellectui agenti in quantum est immaterialis.

Ad 3^m dicendum, quod omnia quæ sunt vnus speciei, communicant in actione consequente natu- ram speciei: & per cōsequens in uirtute, quæ est actio- nis principium, nō quod sit eadem numero in omni- bus. Cognoscere autē prima intelligibilia est actio cō- sequens speciem humanam. Vnde oportet, qd omnes homines communicent in uirtute, quæ est principiu huius actionis. et hæc est virtus intellectus agentis. Nō tamen oportet qd sit eadem numero in omnibus: opor- tet tamen, quod ab vno principio in omnibus deri- uetur. Et sic illa communicatio hominum in primis intelligibilibus, demonstrat vnitatem intellectus sepa- rati, quem Plato comparat foli, non autem vnitatem intellectus agentis, quem Arist. comparat lumini.

ARTICVLVS VI.

Vtrum memoria sit in parte intel- lectiua anime.

AD SEXTVM sic procedi- tur. Videtur, quod memo- ria non sit in parte intellectiua ani- mæ. Dicit enim August. 12. de Tri- ni. quod ad partem superiorē ani- mæ pertinet quæ non sunt homi-

Super Questionis septuagesime nonne Ar- ticulum sextum.

Titulus clarus. Memoria vt patet in de memo- ria & reminiscētia significat vnum cōser- uatiuum cognitorū præteritorū vt præteri- ta sup̄. Et patet hoc

Li. 3. de ani- ma tex. 19. & q. 106.

Li. 3. de ani- ma tex. 19. tom. 1.

An. præter.

Q. 76. ar. 2. 117.

Li. 3. de ani- ma tex. 19. tom. 1.

Li. 3. de ani- ma tex. 19. tom. 1.

391

Li. 3. de ani- ma tex. 19. tom. 1.

394

Ca. 3. & c. 10. 117.

ca. 3. & c. 10. 117.

ex communi usu loquentium: nullus enim dicit se recordari ali- cuius, nisi sub ratione alicuius præteriti actus & moti. In corpore, subintellecta distinctione duorum quæ inueniuntur in memoria ratione, quæ sunt cōseruatio specierum ac- rerum apprehensarum, & præteritio rei apprehensæ, duo principa- liter facit. Primo, re- spondet quæsto iux- ta primam memo- ria conditionem. s. cōseruare. Et secun- do, iuxta secundam rationem obiecti.

Quoad primum, primo refert opinio- nem Auic. secundo, respondet fm prop- riam opinionem. Ex Auicem. refert tria: radicem opinionis, opinionem ipsam, & concomitans ipsam. Et sic quarto appli- cando ad propostū respondetur quæsto negatiue secundum Auicem.

Circa radicē opi- nionis aduertit, qd fa- cis profunda est. Ad eius euidentiā sciē- dum est, qd aliquid esse in aliquo, con- tingit dupliciter. s. cognoscibiliter, & realiter. Cognoscibi- liter vocatur esse in aliquo, quod est in eo vt cognitum in cognoscente, reali- ter vero quod est in eo, vt res in re, quomodo quilibet for- mat in eo quod in format. Hac autem distinctione verissi- ma supposita, vlti- rius Auic. vtens aliā propositione. s. Vis cognoscitiua non re- cipit nisi cognoscibi- liter, sub ea subsu- mebat: sed intelle- ctus est vis cognoscitiua, ergo non recipit nisi cognoscibi- liter. Tunc vltra: sed retinere species abs- que cognitione, est habere eas non cog- noscibiliter, sed rea- liter, quia non per modum cogniti, sed rei retinetur, vt que- libet forma in subie- cto: ergo nulla vis cognoscitiua retinet species, q̄ primum definit habere cogni- tum vt cognitum. Vnde, ut in parte sensitiua cōseruentur spe- cies, distinctas vires sensitiuas, & hæc non seruat, & in thesauro specierum, in quibus apprehensa cōseruantur. Et quoniam talis distinctio uiriū sensitiuarū permittitur, quia tota pars sensitiua est organica, ex hoc habet, qd retineat aliquid per modum rei, communicans in hoc cum materia corporali, & intellectiua pars, quia ab omni corpore est eleuata, cōsequēz est, qd pars intellectiua recipiat tātum cognoscibiliter, & consequen- ter qd non cōseruet, & sic patet radicē opinionis Auic. Ipsa autē opinio consistit in hac negatiua. s. qd non cōseruat, & in affir- matiuā. s. quod quorūvis intelligit, sicut in ipsum ab intellectu agente species intelligibilis. Comitatur autem ipsam, qd apud ip- sum doctus differt ab inficō, habilitate se cōuertenti ad intelli- gētiā agentem. Et sic patet responsio ad quæstionem apud illum.

Li. 3. de ani- ma tex. 19. tom. 1.

391

Li. 3. de ani- ma tex. 19. tom. 1.

394

Ca. 3. & c. 10. 117.

ca. 3. & c. 10. 117.

Ex propria opinione S. T. arguit contra Auic. primo authorita- te Arist. secundo ratione, tertio concludit responsonem ad quæ- stionem affirmatiue: omnia clara sunt in litera, & habes hoc diffu- sus in secundo contra Genc. cap. 74.

Aduerte hic, quod Auic. in hoc videtur esse deceptus, quod nō subtiliter distincte latitudinē actus & potētiæ. Concesso liquidē toto suo pro- cessu, & conclusionē quæ sequitur. s. qd intellectus nihil reci- pit nisi intelligibili- ter, vltior conse- quentia. Ergo non recipit nisi quādiu actu cognoscit, sup- ponit vnū falsum. s. quod recipere cog- noscibiliter cōtin- gat vno tantum mo- do. s. in actu: cum ra- men contingat duo- bus. s. in actu puro, & in actu permisso potētiæ. s. in actu secundo, & in actu primo. Vnde in disti- nctione animæ po- nitur, quod est actus primus sicut form⁹, quod nō saluaretur si tunc tantum non operaretur cum est in potētiā: cū hoc sit commune omni- bus passiuis princi- piis, sed optime sal- uatur est anima ponitur talis natura, quod est actu quan- doque, vt somnus, quandoque vt vigi- lia. Constat autem, qd esse actu vt som- nus, est esse in actu primo, & rursus con- stat, quod esse actū primū præcipue con- uenit animæ intelle- ctuæ: igitur non ex hoc quod organica est pars sensitiua, sed ex alia ratione, in qua communicat cum intellectuua, ha- bet qd retineat spe- cies, & actu non cog- noscat. Nec species cōseruari est esse p̄ modum rei, sed est esse cognoscibiliter, non actu, nec potē- tia, sed medio modo inter actum & potē- tiā. s. partim i actu, & partim in potē- tia. Cognoscitiuum enim tripliciter potest se habere ad cognitum. s. in pura potētiā. Et tunc, nec est cognoscibile in actu, nec cognitum in actu, sed vtrūq; in potētiā. Vel partim in actu, & partim in potētiā: & tunc est cognoscibile in actu, & nō est cognitum in actu, sed est in potētiā vt sit cognitum in actu. Vel totaliter in actu, & tunc est ipsum cognitum in actu. Vnde cum species cōseruatur, obie- ctum est in cognoscitiuo cognoscibiliter, quia vt cognoscibile, quāuis non vt cognitum. Et quia obiectū esse cognoscibiliter vtroq; modo. s. vt cognoscibile, & vt cognitū, non aduertit Auic. ideo purauit speciem remanere per modū rei. Et ipsum sequitur multa illustrium virorum turba, in hoc tamen minus perspicacium. Et ideo tu bene nota hæc, quoniam ex hac radice multæ soluntur quæstiones, & nobilitas cognoscitiuæ nature sustinet.

¶ 2^a Præter. Memoria, præteritorum est. Sed præteritum dicitur fm ali- quod determinatum tempus. Me- moria igitur est cognoscitiua ali- cuius sub determinato tempore, qd est cognoscere aliquid sub hic, & nunc. hoc autē non est intelle- ctus, sed sensus. memoria igitur non est in parte intellectiua, sed so- lum in parte sensitiua.

¶ 3^a Præter. In memoria cōseruantur species rerum, quæ actu non cogi- tantur. Sed hoc non est possibile accidere in intellectu, quia intelle- ctus sit in actu per hoc, quod infor- matur specie intelligibili. Intel- lectum autem esse in actu, est ipsum intelligere i actu. & sic intellectus omnia intelligit in actu, quorum species apud se habet. non ergo memoria est in parte intellectiua.

SED CONTRA est, qd Aug. dicit 10. de Trini. qd memoriā, intel- lectiua, & volūtās, sunt vna mens.

RESPON. Dicendum, quod cum de ratione memoriæ sit cōser- uare species rerum, quæ actu non apprehenduntur, hoc primum cō- siderari oportet: vtrum species in- telligibiles sic in intellectu cōser- uari possint. Posuit, n. Auic. hoc esse impossibile. In parte n. sensitiua dicebat hoc accidere quantum ad aliquas potētiās, in quātum sunt actus organorum corporaliū, in quibus cōseruari possunt aliquæ species absque actuali apprehēsi- one. In intellectu autē qui caret orga- no corporali, nihil existit nisi intel- ligibiliter. Vnde oportet intelli- gi in actu illud, cuius similitudo in

intellectu existit. Sic ergo fm ipsū, quā cito aliquis actu definit in- telligere aliquam rem, definit esse illius rei species in intellectu: sed oportet si denuo vult illam rem intelligere, quod conuertat se ad intellectum agentem, quem ponit substantiam separatam, vt ab illo effluat species intelligibiles in in- tellectū possibilem. Et ex exercitio & vsu conuertendi se ad intellectu agentē, relinquatur fm ipsum quædam habitus in intellectu possi- bili conuertendi se ad intellectum agentem, quem dicebat esse habi- tum scientiæ. Secundū igitur hanc positionē, nihil cōseruatur in parte intellectiua, quod non actu in- telligatur. Vnde non poterit poni memoria in parte intellectiua fm hunc modum. Sed hæc opinio ma- nifeste repugnat dicitis Ari. Dicit. n. in 3. de anima, quod cum intelle- ctus possibilis sic fiat singula, vt sciens dicitur quis fm actum, & quod hoc accidit cum possit ope- rari per seipsum: est quidē igitur & tunc potētiā: quodammodo, non tamen simpliciter vt ante ad- disce, aut inuenire. Dicitur autē intellectus possibilis fieri singula, fm quod recipit species singulo- rum, Ex hoc ergo, quod recipit spe- cies intelligibilium, habet quod possit operari cum voluerit, non autem quod semper operetur: quæ & tunc est quodammodo in potē- tia: sed aliter quā ante intelli- git, eo. s. modo quo. Sciens in habi- tu est in potētiā ad considerandū in actu. Repugnat etiam prædicta positio rationi. Quod n. recipitur in aliquo, recipitur in eo fm mo- dum recipientis. Intellectus autē est magis stabilis naturæ, & immo- bilis, quā materia corporalis.

Si ergo materia corporalis for- mas, quas recipit, nō solum tenet, sed etiam agit in actu, sed etiam

anim tripliciter potest se habere ad cognitum. s. in pura potētiā. Et tunc, nec est cognoscibile in actu, nec cognitum in actu, sed vtrūq; in potētiā. Vel partim in actu, & partim in potētiā: & tunc est cognoscibile in actu, & nō est cognitum in actu, sed est in potētiā vt sit cognitum in actu. Vel totaliter in actu, & tunc est ipsum cognitum in actu. Vnde cum species cōseruatur, obie- ctum est in cognoscitiuo cognoscibiliter, quia vt cognoscibile, quāuis non vt cognitum. Et quia obiectū esse cognoscibiliter vtroq; modo. s. vt cognoscibile, & vt cognitū, non aduertit Auic. ideo purauit speciem remanere per modū rei. Et ipsum sequitur multa illustrium virorum turba, in hoc tamen minus perspicacium. Et ideo tu bene nota hæc, quoniam ex hac radice multæ soluntur quæstiones, & nobilitas cognoscitiuæ nature sustinet.

¶ Quo ad sedm, respondet iuxta secundā cōditionem memoriæ negatiue.

419

Li. 3. de ani- ma, text. 8.

negatiue. Et ratio satis clara est, quia potentia vniuersalis, obiectum non est particulare: prateritum autem vt sic, particulare est, quia ad certam temporis differentiam est determinatum. est. n. sermo de preterito in actu exercito. Prateritum. n. in actu signato, im portatur hoc nomine prateritum in actu vero exercito verbis prateriti temporis, vt sui, percussit, locutus sum, & cetera. Constat autem qd quoad modum intellectus non immutatur a colore hoc, ita nec a colore, vt sensatus fuit heri, quia abstracta hic a particulari, & tamen constat, qd cum memoriamur, immutatur ab obiectis, vt tunc occurreret ergo.

Circa hanc partem aduerte dno. Primum est, qd ex hoc, qd intellectus reflexe respicit singulare, non sequitur qd in eo sit memoria, quia cognitio reflexa no potest in eo speciem ipsius singularis, cuius conseruatione possit habere rationem memorie, oportet enim memoriam prateriti vt sic, habere obiecti prateriti vt sic, ac per hoc singularis speciem. Et ideo in litera ex negatione singularitatis in obiecto intellectus vt sic, inferitur negatio memorie vt prateriti per se: non tamen inconuenit intellectum reflexe reminisci singularium, sicut & cognoscit ea, & hoc bene nota. Secundum est, qd Scotus in 4. quæst. dist. 4. quæst. 2. tenet memoriam singularium sensibilem vt prateritorum & c. esse in intellectu. Sed quia (vt ipsemet dicit) supponit intellectum cognoscere inueniunt hæc singularia sensibilia, & actiones sensuum nostrorum, & inferius erit specialis quæstio: vtrum intellectus noscat singularia: ideo illuc que differatur solutio rationum suarum.

Circa hunc textum articulum, remanet dubium no dissimulandum, & est tale. In anima separata est memoria quo ad vtrâq; conditionem. scilicet conseruationem obiecti, & prateritionem tam actus, quam obiecti sensibilis, ergo in parte intellectiua est memoria complectens. Antecedens patet, quia aliter non recordaretur malorum sensibilibus quæ fecit, puta, qd fecit tale furtum, tunc, cum tali & c. ad sequentiam autem est per se nota, quia quod remanet in anima se

Li. 3. de anima, text. 6. tom. 2.

postquam agere cessauerit, multo fortius intellectus immobiler & inamissibiliter recipit species intelligibiles, siue a sensibilibus acceptas, siue etiam ab aliquo superiori intellectu effluxas. Sic igitur, si memoria accipitur solum pro vi conseruatiua specierum, oportet dicere memoriam esse in intellectu. Si vero de ratione memorie sit, quod eius obiectum sit prateritum vt prateritum, memoria in parte intellectiua non erit: sed sensitiua tantum, que est apprehensiuua particularium. Prateritum enim vt prateritum, cum significet esse sub determinato tempore, ad conditionem particularis pertinet.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod memoria, sicut quod est conseruatiua specierum, non est nobis pecoribusque communis: species enim conseruantur no in parte anime sensitiuæ tantum: sed magis in coniuuncto, cum vis memoratiua sit actus organi cuiusdam. Sed intellectus sicut seipsum est conseruatiuus specierum prater concomitantiam organi corporalis. Vnde Philosophus dicit in 3. de anima, quod anima est locus specierum non tota: sed intellectus.

A 2^m dicendum, quod prateritum potest ad duo referri. scilicet ad obiectum, quod cognoscitur, & ad cognitionis actum. Quæ quidem duo simul coniunguntur in parte sensitiuæ, quæ est apprehensiuua alicuius per hoc, qd immutatur a præfenti sensibili. Vnde simul animal memoratur se prius sensisse in præterito, & se sensisse quoddam præteritum sensibile. Sed quantum ad partem intellectiuam pertinet præteritum accidit, & non per se contra nit ex parte obiecti intellectus. Intellectus enim intellectus hominẽ in quantum est homo accidit, vel in futuro esse. Ex parte vero actus, præteritum per se accipi potest, etiã in intellectu, sicut in sensu: quia intel ligere animæ nostræ est quidã particularis actus in hoc, vel in illo tempore existens: sicut quod dicitur homo intelligere nunc, vel heri, vel

maliter: sed intellectus diuersitas non potest esse primo modo, & secundo modo solum causatur distinctio inter agentẽ & possibilem, ergo in intellectu non potest alia esse potentia diuersitas, nisi agentis & possibilis. Distinctio quoque ad distinctionis

parata, ad solam partem intellectiuam pertinet. Ad hoc non potest complete dici, donec de anima separata determinetur. Verum tamen concessio antecedente: de cuius veritate modo in q. 89. est sermo: dicitur, qd prateritum obiecti dupliciter inueniri potest in memoria. Vno modo, vt cognita, & memorata, & sic inuenitur in anima separata. Alio modo, vt immutatus ad memorandum, & sic non inuenitur in anima intellectiua, & tamen ad memoriam proprie dictam requiritur præteritum obiecti vtraque modo, vt expremur in nobis: immutatur. n. cum reminiscimur a rebus, vt tunc, & ibi cognitis, & sic recordamur gas tunc, & ibi nobis occurrisset: anima autem separata nouit quidem se tunc ibi hoc commisisse: sed non immutatur ab illo, vt tunc ibi commisso. Negatur ergo antecedens quo ad præteritionem obiecti, vt immutatus, conceditur tamen vt terminatiua. Et hoc modo concedit et cõsequentiã, quia ista memoria no est nisi memoria reflexa & indirecta, qd no est proprie & complete memoria, vt ex dictis patet & ex dicendis, cum de intellectu singularem erit sermo, clarius patebit. Et hæc vera videntur, si anima separata a specibus hinc delatas, horum recordatur.

ERAS. Et hoc non repugnat intellectiualitati: quia huiusmodi intelligere, quamuis sit quoddam particulare, tamẽ est immaterialis actus, vt supra de intellectu dictum est. Et ideo sicut intelligit seipsum intellectus, quamuis ipse sit quidam singularis intellectus, ita intelligit suum intelligere, qd est singularis actus, vel in præterito, vel in præfenti, vel in futuro existens. Sic igitur saluatur ratio memoria, quantum ad hoc, quod est prateritum in intellectu, sicut quod intelligit se prius intellexisse, non autem secundum quod intelligit præteritum, prout est hic, & nunc.

AD 3^m dicendum, qd species intelligibiles aliquæ sunt in intellectu potentia tantum. Et tunc dicitur intellectus esse in potentia. Aliquando autem sicut vltimam completionem actus: & tunc intelligit actum. Aliquando medio modo, se habet inter potentiam & actum: & tunc dicitur esse intellectus in habitu. Et secundum hunc modum intellectus conseruat species, etiã quoad actum non intelligit.

ARTICVLVS VII.

Utrum alia potentia sit memoria intellectiua, & alia intellectus.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Vbi, qd alia potentia sit memoria intellectiua, & alia intellectus. August. n. in 1. de Trinitate. ponit in mente memoriam, intelligentiam, & voluntatem. Manifestum est autem, qd memoria est alia potentia a voluntate. Ergo similiter est alia ab intellectu.

1^a Præter. Eadem ratio distinctio nis est potentiarum sensitiuarum partium & intellectiue. Sed memoria in parte sensitiuæ est alia potentia a sensu, vt supra dictum est. Ergo memoria partis intellectiue est alia potentia ab intellectu.

2^a Præter. secundum Aug. Memoria, intelligentia, & voluntas sunt sibi inuicem æqualia & vnum eorum ab alio oritur. Hoc autem esse non possit, si memoria esset eadem potentia cum intellectu. Non est ergo eadem potentia.

3^a Præter. secundum Aug. Memoria, intelligentia, & voluntas sunt sibi inuicem æqualia & vnum eorum ab alio oritur. Hoc autem esse non possit, si memoria esset eadem potentia cum intellectu. Non est ergo eadem potentia.

Q. 77. 2. 1.

D. 11.

D. 11. 1.

161

391

1. dist. 3. q. 4. art. 1. 1. 1.

2. dist. 3. q. 4. art. 1. 1. 1.

3. dist. 3. q. 4. art. 1. 1. 1.

4. dist. 3. q. 4. art. 1. 1. 1.

5. dist. 3. q. 4. art. 1. 1. 1.

6. dist. 3. q. 4. art. 1. 1. 1.

7. dist. 3. q. 4. art. 1. 1. 1.

8. dist. 3. q. 4. art. 1. 1. 1.

9. dist. 3. q. 4. art. 1. 1. 1.

10. dist. 3. q. 4. art. 1. 1. 1.

11. dist. 3. q. 4. art. 1. 1. 1.

12. dist. 3. q. 4. art. 1. 1. 1.

13. dist. 3. q. 4. art. 1. 1. 1.

14. dist. 3. q. 4. art. 1. 1. 1.

15. dist. 3. q. 4. art. 1. 1. 1.

16. dist. 3. q. 4. art. 1. 1. 1.

17. dist. 3. q. 4. art. 1. 1. 1.

18. dist. 3. q. 4. art. 1. 1. 1.

19. dist. 3. q. 4. art. 1. 1. 1.

20. dist. 3. q. 4. art. 1. 1. 1.

sufficienciam per se nota relinquitur: quoniam non facile esset, ad quod est potentia. Secundum vero, genus ipsius potentie præteritæ quæ duo nihil est essentialiter. Quo ad membra vero distinctionis, singillatim in litera declaratur tali ordine. Primo, probatur quo ad primam partem sic.

Potentia sicut id quod est, est ad obiectum, et ergo secundum diuersitatem formalẽ obiecti, diuersificatur. Secundo probatur minor, etiam quo ad primam partem sic. Potentia respiciens rationem communẽ, non diuersificatur per inferiores differentias. ergo potentia respiciens rationem entis non diuersificatur per nes aliquas entis differentias. ergo intellectus nullus ex parte obiecti diuersitatem sortitur.

Tertio, quo ad secundam partem tam maioris quã minoris: quia ad idem obiectum alia est ratio agentis, alia patientis, quia illud vt actus ad potentiam, hoc vt potentia ad actum se habet: consequentia vero dicitur duo, & qd memoria non est alia ab his, & qd coincidit cum intellectu possibili. Et quo ad primum quidẽ, probatio non eget, quia si illa sunt sola, non datur ergo tertia. Quo ad secundam, probatur in litera, quia conseruare, qd est actus proprius memorie, est actus potentie passiuæ, sicut & recipere, & non potentie actiuæ: igitur non coincidit cum intellectu agente: sed possibilis.

Circa hunc processum, duplẽ dubitatur. Primo simpliciter, deinde ad hominem. Simpliciter quidem, quia ex ista ratione videtur sequi, qd nulla sit diuersitas specifica inter quoscunq; intellectus formaliter sumptos, nisi inter agentem & possibilem, & consequenter, qd intellectus angeli & hominis sunt eiusdem speciei, immo omnes intellectus sunt eiusdem speciei. Quod autem hoc sequatur, patet vtendo hac ratione sic. Nulla differentia entis, diuersificat intellectum, ergo nullus intellectus distinguitur ab alio intellectu ex parte obiecti: omnes ergo intellectus sunt eiusdem speciei obiectiue, vt visus hominis & leonis, & sic non differunt formaliter vt intellectus sunt, sed vt proprietates sunt naturarum diuersarum, vt visus hominis & visus leonis. Antecedens est S. T. qui & probat illud, quia entis ratio est obiecti intellectus, consequentia est nota: quia non nisi penes entis differentias diuersa obiecta sumi possunt, nullus enim intellectus esse potest respectu non entis vt obiecti proprii.

Ad hominem vero, quia ipsemet S. T. superius in q. 12. assignat diuersitatem in intellectu ex parte obiecti, cum posuit triplicem gradum intellectus, iuxta triplicem modum essendi rei cognitiue. esse in materia, subsistere absq; materia, & esse absq; omni potentia. Quomodo ergo hic dicit nullam esse differentiam entis ex parte obiecti, penes quam diuersificari possit intellectus visus? & ibi posuit tres entis differentias, esse obiecti intellectus differentias: ita quod essent diuersificatiui illius?

Ad euidentiam horum sciendũ est, triplicem esse de hac quæstione opinionem. Quidam. n. tenent intellectiuas potentias omnium angelorum & animarum, esse omnino eiusdem speciei, & in hanc opinionem declinat quodammodo Scotus in 2. di. 1. q. 1. quædamvis sub dubio relinquit. Alii vero, tenent intellectiuas potentias omnium angelorum, & animarum, esse eiusdem speciei, vt potentia sunt, in ordine ad obiecta. Esse autẽ diuersarum specierum, vt proprietates sunt diuersarum naturarum, quemadmodum dicimus de potentia sensitiuæ ex terrioribus. Alii vero, credunt prædictas potentias esse omnino diuersarum specierum, & hæc est via perripatica, & S. Th. Fundatur autẽ opinio hæc vltima, & ratio contra alias, quia nature, quæ sunt proprietates, diuersæ sunt speciei, & operationes earum diuersarum sunt rationum: vt patebit. Sed vide in quæstione speciali. Nunc solum discutienda est ratio posita in litera, & dicendum quod apud S. T. & veritatem, diuersitas intellectus, non sumitur ex prima radice flex diuersitate obiecti: sed ex secunda. scilicet diuersitate actus, & potentie. Et nõ primi dicti est, quia cõ obiecti respectu alius intellectus non paratur dupliciter, scilicet terminatiuũ & motiuum, aut quasi motiuũ, diuersitas non attenditur penes diuersitatem obiecti motiuũ, quia illud non adæquat potentie intellectiue: sed penes diuersitatem obiecti terminatiuũ, quod constat æquari potentie & conuerso extensiuæ, oportet enim de intellectu sicut de aliis potentiis loqui. Videmus autem, qd visus hominis non distinguitur specie a visu noctuæ ex obiecto, quia vtriusq; obiectum terminatiuum est idem: puta lux, quamuis noctuæ visus a tenebroso tantum lumine, hominis visus a claro moueatur. Vnde, cum obiectum terminatiuum omnis intellectus, sit entis ratio, nulla ex parte obiecti diuersitas intellectus diuersificat, quamuis motiuum obiectum intellectus nostri sit aliud a motiuo angelorum, quoniam quod quid est rei sensibilis, mouet nostrum intellectum, quilibet autem angelus propriã habet substantiam vt obiectum quasi motiuum. Ratio vero secundi dicti est, quia intelligere est actus perfectus, perfectum autem consequitur actus. & ideo sicut substantia immaterialis se habet substantialiter ad actum & potentiam, ita se habet ad intelligere. Vnde, primus intellectus, vt patet 1. 2. Meta. stabilitur puritate actus: in finis vero, in tertio de anima, constituitur pura potentia, & consequenter mediõ permissione, actus & potentia diuersa confurgunt. & hæc est illam radice, qua intellectus possibilis distinguitur in litera ab intellectu agente, quia hic factus, ille potentia.

Vnde ad primam dubitandi rationem responderetur, concedendo qd diuersitas potentiarum intellectiuarum nõ ex obiectis procedunt, sed neq; ex agere & pati, sed ex radice & fundamento, vnde oritur distinctio inter agentem & possibilem. scilicet ex actu & potentia.

Ad euidenciam huius ambiguitatis sciendum est, quod id quod facit dubitare in re haec, est: quia quaedam sunt quae absolute velle aut nolle dicimus, quae tamen in ordine ad finem aliter voluntas appetit, ut patet de proiectione mercium in mare: hanc enim naua nolle dicitur: & tamen in fine, salute, sicut ex alleuatione nauis speratur, vult. Vnde videtur, quod proiectio mercis sic obiectum volitionis, nec ut finis, nec ut ad finem: & similiter accidit in aliis huiusmodi. Veruntamen si diligentius consideremus, non est hoc tertium genus appetibilium: sed latet ibi quaedam appetendi modus, participans modum quo appetitur finis, & modum quo amatur quod est ad finem; & ideo medius non per abnegationem, ut Scotus dixit, sed per participationem, si tamen hic in hac materia loqui licet, appetuntur siquidem haec ut ad finem, non formaliter, sed virtualiter. Ideo namque Christus & Martyres volebant vitam, & non mori absolute: quia haec absolute consonant beatitudini, quam naturaliter appetunt: quod est virtualiter per finem appetere. Et rursum appetuntur haec ut finis, pro quanto habent hanc conditionem finis, quod per bonum, aut malum proprium in eis amantur vel refutantur: & non ut actualiter relata in aliud. Quocirca, quia medium modo huius, modo illius extremi induit rationem, ideo sapientis erit lectoris discernere, quomodo iuxta diuersa proposita haec amari, aut odio haberi dicantur. Ex his autem patet responsio ad Scotum, nam quamuis sit aliquod bonum secundum propriam bonitatem, non tamen sine dependentia a primo bono: & non solum ita in re & appetibilitate ex parte rei, sed proportionaliter quo ad nos: ita quod licet multa sint a nobis appetibilia propter proprias bonitates, non tamen sine dependentia ad primum appetibile a nobis, quod est beatitudo in communi, sicut nullum complexum est cognoscibile sine dependentia ad prima cognita a nobis, scilicet prima principia, propter ordinem essentialium omnium ad primum. Falsum est ergo inueniri tertium appetibile per abnegationem vtriusque: nec intellectus potest proponere absque actuali, vel virtuali, seu implicita dependentia ad beatitudinem: & similiter nec voluntas potest aliter velle. Nec obstat de fornicatore ex proposito, & c. Quoniam nihil refert bonum vel apparet in ordine ad beatitudinem absolute: putat enim non nihil beatitudinis participare, faciendo quod vult. At si instetur inferendo: igitur praeter finem, & ad finem est neutrum: siue illud sit medium per abnegationem, siue per participationem: dicens quod est, quod secundum veritatem simpliciter loquendo, quodlibet quod actualiter appetitur, aut ut finis, aut ut ad finem appetitur: quoniam & mortem recusant martyres propter esse, & ipsam

sum bonum ut sic, quod nihil aliud est dictu, quam res in ordine ad esse conueniens. Vnde cum dicitur in prima obiectione, quod tam bonum quam boni ratio spectat ad voluntatem, quia bonitas &c. respondetur, quod boni ratio potest accipi dupliciter: uno modo ut ratio: alio modo ut existens, & quod secundo modo spectat ad voluntatem, primo modo ad intellectum. Et quia de ipsa ut habet rationem quod quid est, loquebatur S. T. ideo vocauit eam a proprio vocabulo rationem boni.

¶ Cum vero in secunda obiectione dicitur, Aut noie obiecti intendis obiectu formale &c. respondetur, quod noie obiecti proprie & explicitate nequit illorum in intelligimus sed obiectu ut obiectum est, quod constituitur per conditionem obiectiuam rationis formalis obiecti. Et ideo cum arguitur falsum esse, quod ratio boni sit obiectu intellectus, dicitur quod ratio boni ut ratio est, est conditio obiectiuam: ac per hoc, constituit obiectu intellectus in esse obiecti, ut patet ex dictis. Nec hoc magis conuenit rationi boni quam veri, & cuiuscumque alterius: quia hoc conuenit rationi ut ratio est: sed adducta est boni ratio magis quam aliorum, quia ad ipsum fiebat comparatio. Et haec est directe & explicitate intentio literarum: ac si dixisset, quod bonum abstractiori modo offertur intellectui, quia per modum rationis & quod quid est, quam voluntati, quia per modum ipsius entis boni, & ideo obiectum intellectus ut sic, abstractius est quam obiectum voluntatis ut sic. Quia tamen implicite subintelligitur in obiecti nomine, etiam ratio formalis obiecti ut sic conditio, potest de ratione illa quoque implicite tractari, saluari litera, quamuis non sit opus, dupliciter. primo. Quia ens & bonum conuertuntur, & sunt idem. & nulla est entis ratio quae non sit boni ratio: cum ratio entis sit ratio obiectiuam: veridice quoque dicitur, quod boni ratio est obiectum formale intellectus. boni. n. ratio, non solum bonitas, sed entitas est, & quaecumque alia ratio. Dicitur secundo, & in idem redit conclusio, quod boni ratio insinuat oem quod quid est ut sic fecit. n. S. Th. ut soliti sunt doctores, ab uno insinuare caetera. Merito autem, magis meminit rationis boni: quia respectu obiecti voluntatis, quod bonum est, maiorem abstractionem ostendere volebat in obiecto intellectus. ita quod perinde est ac si dixisset, obiectum intellectus esse abstractius obiecto voluntatis, manifestat, quia etiam in ipso voluntatis obiecto id quod intellectus obiectu est ut sic, abstractius est eo, quod voluntati obicitur, quoniam voluntati obicitur ipsum bonum, intellectui autem illius ratio. Nec fallaris ex his concipiendo aliud esse quod apprehenditur, & aliud quod appetitur, cum impossibile sit appeti incognitum: ac per hoc idem, & semper idem oportet esse appetitum & cognitum, sed accipit ex his, quod idem & semper idem est appetitum & cognitum. Sed tamen & ratio & conditio obiectiuam cogniti ut sic, est alia a ratione & conditione appetiti ut sic, & quo ad haec, obiectum intellectus est abstractius obiecto voluntatis.

¶ Ad obiectiones Scoti contra conclusionem ipsam respondetur. Et prima, negatur sequela. Et ad probationem dicitur, quod illa maxima, Cuius optimum est nobilissimum &c. intelligitur de nobiliori & perfectiori simpliciter, non autem semper quod modo amor superiorum est nobilior semper quod modo cognitione eorum, ut in litera dicitur, non simpliciter. Secunda vero, distinguitur dupliciter maior. I. actus coniungens obiecto semper perfectius esse est nobilior. Primo, quia potest dupliciter intelligi: primo de perfectione esse obiecti, ut obiectum est, & sic vera est: sed minor falsa. I. quod actus voluntatis iungat obiecto semper perfectius esse, quia ut in litera ostenditur, obiectu intellectus ut obiectum, est nobilior: quia abstractius: & consequenter perfectius ut obiectu quia in his, idem nobilior est & melius. Alio modo, de perfectione esse obiecti: ut res est, & sic dato quod minor esset vera, maior esset falsa. Secundo, quia potest intelligi de obiecto absolute: & sic tantummodo est ad propositum, vel in tali materia, puta superiorum, & sic non infert nisi maiorem nobilitatem semper quod. Resolueno igitur obiectionem, si sermo est de obiecto absolute ut obiectum est, negatur minor. Et ad probationem, quia esse in re, est perfectius esse in anima: respondetur primo, quod hoc non est verum vniuersaliter, & consequenter nec absolute, ut patet de inferioribus. Secundo, quod falsum supponitur. I. quod obiectum intellectus ut sic, constituitur per esse in anima, quamuis esse in anima sit una conditio illius: actus enim intellectus coniungit obiecto absolute ut quicquid est, in se est: & per hoc differt primo ab actu voluntatis cuius generi obiecto ut exteri esse. Modo dicitur, quod licet actus coniungens obiecto semper esse extra coniungat obiecto secundum perfectius esse, ut res est, quam actus coniungens obiecto absolute: tamen contra istud coniungit obiecto secundum perfectius esse ut obiectum est, quam ille, quia semper abstractiorem modum. Et quia nobilitas potentiarum, attenditur penes nobilitatem obiectorum, non ut res sed ut obiectum. Si vero sermo est de obiecto tali, puta beatifico, ut Scotus insinuat, tunc distinguitur vel in via, vel in patria. Et dicit, quod ratio concludit amorem talis obiecti in via esse nobilioris cognitione: non autem in patria, quia quaeque nobile in modo idem esse dei in se, & in anima beatorum, quia secundum essentiam, immediate intelligitur, & consequenter remanet actus intellectus nobilior nobilitate sui generis, & non excessus nobilitate semper quod, ut in via excedebat.

¶ Ad ea quae contra differentiam inter intellectum & voluntatem in secunda conclusione, ex Aristotele posita obicitur. Sed dicitur, quod quia philosophus obicitur rationi, cui sensus testimonium perhibet, & in nobis nullam experimus cognitionem intuitiuam semper quod intellectus: ideo in 2. de Anima, Aristoteles inter obiectum intellectus & sensus, differentiam esse dixit, quod illud in anima, istud extra animam est. Vnde, sicut hoc non impugnat, ita nec impugnat debet idem repetitum in 6. Meta. in ordine ad voluntatem: utrobique, n. dicit, obiectu intellectus esse in anima. Et verum est, quia intuitiuam cognitionem non experimus. Tunc, quia absolute loquendo de intellectione & non tali vel tali, puta intuitiuam, intellectum ut sic, in intelligente habetur. I. res in intelligente ut vniuersum in intelligente, amatur vero eorum, ut amans vniuersum amato, & hoc saluatur in omni cognitionis modo, etiam intuitiuo. Vnde, si non quo ad rem, saltem quo ad modum, semper intellectus obiectu est intra, voluntatis extra. Et haec est prima differentia in qua deficit Scotus. Secunda est, ex parte voluntatis, cum dicit, quod dilectio sequens cognitionem abstractiuam terminatur ad intra: manifeste experimus quod abstractiuam cognoscimus balneum, & amamus illud semper quod extra. volumus. n. extrinsecus balneum: & non balneum intentionaliter. Et cum dicit, quod hoc est respectu voluntatis desideratiua, non respectu obiecti, sed termini aut effectus, rudis glo. est: quia hoc experimus, non solum respectu desiderii, quo optamus salutem, sed respectu amoris, quo amamus rem absolute. Intelligentes. n. abstractiuam amicum, amamus ipsum semper quod esse reale suum, & non intentionale. Rursus, quod de respectu termini seu effectus non obiecti, falsum est, quia obiectum desideratiua balneum est id, quod desideratur, quod constat esse balneum extra, quamuis hoc idem sit terminus actionis executiuae ex desiderio provenientis. Stat ergo solida differentia assignata: & quo ad modum simpliciter, & quo ad rem in nobis, secundum eos quos experimus actus.

¶ In responsione ad primum, nota triplicem comparationem inter bonum & verum. Prima est semper quod: & sic boni ratio magis dicitur ad alterum, ratio vero veri, dicitur magis absolute. Et ex hoc soluitur argumentum: nam cum obiceretur, illud est nobilior quod fundat nobilissimam causalitatem, respondetur modo, quod hoc est verum de nobilitate in ordine ad alterum: non absolute in se, quia esse causam in ordine ad alterum attenditur. Secunda, secundum mutam inclusionem: & sic vniuersum quodque eorum materialiter sumptum, est pars subiectiuam alterius, bonum enim est quoddam verum: & verum est quoddam bonum: quod declaratur in litera: quia verum est bonum intellectus ad quod naturaliter inclinatur

inclinatur intellectus, sicut quaelibet res naturaliter tendit ad suam perfectionem. Tercia est semper quod nobilitatem vniuersam: in ratione boni, & sic dicitur, quod verum est nobilior bonum quocumque alio bono, quia est finis nobilioris potentiae, quaecumque alia potentia: ita quod intentio literarum est, non solum saluare quod obiectum intellectus sit nobilior obiecto voluntatis, unde melior est amor Dei quam cognitio, eorum autem melior est cognitio rerum corporalium quam amor. Simpliciter tamen intellectus est nobilior, quam voluntas.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod ratio causa accipitur semper quod comparationem vniuersam ad alterum: & in tali comparatione, ratio boni principalior inuenitur: sed verum dicitur magis absolute, & ipsius boni rationem significat. unde & bonum quoddam verum est. Sed rursus & ipsum verum est quoddam bonum, semper quod intellectus res quaedam est, & verum finis ipsius. Et inter alios fines, iste finis est excellentior, sicut intellectus inter alias potentias.

AD 2. dicendum, quod illud, quod est prius generatione & tempore, est imperfectius: quia in vno eodemque tempore, potentia praecedat actu, & imperfectio perfectionem. Sed illud, quod est prius, sum bonum autem est ipsum bonum essentialiter, & vniuersaliter. ergo. Sed ad hoc est dicendum, quod in obiecto voluntatis est consideranda duo. scilicet vniuersale, quod est totum vniuersale respectu omnis boni, & speciale rationem perficiendi, quod est ita respicit, & perficit talem potentiam, puta voluntatem, quod non omnes. Quamuis enim omne bonum sit pars subiectiuam boni, quod est finis & obiectum voluntatis: non tamen perfectio qua vniuersum quodque bonum perficit id cuius est bonum, est pars subiectiuam perfectionis voluntatis a bono: non enim perfectio visus a colore, est pars subiectiuam perfectionis voluntatis, ut patet. Rursus, vniuersalis ratio obiecti potest accipi dupliciter. simpliciter, vel distributive: sicut quodlibet aliud vniuersale, ut patet. Ex hoc autem dico tria. Primo, quod comparando obiectum voluntatis ad alia, ut totum vniuersale simpliciter: tamen sic verum est nobilior bono, ut prima species est nobilior obiectu est intra, quicquid sit de aliis speciebus boni, obiectis. Cuiusmodi potentiarum, quod pro tanto dico, quia non attingunt ad immaterialem ordinem in qua generica ratio boni eleuata residet. Secundo, quod comparando obiectum voluntatis ad alia secundum specialem finalizationem & perfectionem: sic in obiecto voluntatis inuenitur quaedam species boni, & non omne bonum, quia non bonum oculi, nec est prima species boni, sed secunda, quod a posteriori declarauit S. T. in litera, quia finis nobilioris potentiae est excellentior, ergo bonum quod est finis intellectus, est excellentius. Antecedens autem iam in corpore probatur, supponitur. Tercio, quod comparando obiectum voluntatis distributive ad singula sub eo contenta, sic bonum quod est obiectum voluntatis, includit omnem boni rationem, nec vlla sit comparatio nisi inter totum & partem, voluntas. n. non solum vult sibi: sed vult intellectui & oculo, & auri, & pedi, & manui, caeterisque proprias perfectiones, & proprios modos suarum perfectionum. Nec est dubium, quod hoc modo bonum intellectus cadit sub fine voluntatis, nec potest comparari illi, cum comparatio supponat distinctionem, nisi, ut dictum est, sicut pars ad totum, & semper hoc dicitur in litera sequentis articuli ad primum, quod voluntas est aliorum intellectus. Et ex his patet solutio ad obiecta. Ad primum, n. dicit, quod ratio primae speciei boni, est nobilior ipsa boni ratione: sicut prima species ratione sui generis. Talis autem est ratio boni in vero. Ad secundum negatur, quod bonum per essentiam sit proprium obiectum & finis voluntatis. Aliud, n. est dicere bonum in vniuersali, & aliud bonum per essentiam: hoc, n. est omne bonum in clusue, illud per essentiam: hoc actu, illud potentia: hoc distincte, illud confuse. Si

aut fiat vis, quia bonum vniuersaliter est nobilior bono particulari, iam dictum est, quod accipiendo bonum vniuersale distributive, sic inuenitur obiectum altius, & voluntas potentia altior: sed haec est altitudo semper quod, quia in ordine ad aliud, & non ex natura obiecti absolute & primo. Accipiendo autem simpliciter, sic prima eius species est eo excellentior.

¶ In ratione ad secundum nota breuissimam & integerrimam glossam illius propositionis, Prius generatione est imperfectius, intelligit prius generatione tantum. Si, n. est prius generatione, & alio modo, non est imperfectius: tale autem est intellectus respectu voluntatis, quia est prior non solum generatione: sed simpliciter, ut actus potentiae, ut finis, eo quod est ad finem, & haec glossa dicitur S. T. hic. ¶ In responsione ad tertium est cautus, quia responsio ista non concedit nisi in via, habitum voluntatis esse nobilioris habitibus intellectus: secus, n. est in patria: lumen, n. gloriae perfectius est charitate. Cuius signum est, quod non solum non potest esse informe, sed non compatitur imperfectionem viae, quam tamen charitatis habitus compatitur: & quod plus est, essentia diuina, ut in q. 12. habitum est, est loco habitus intellectualis: ita vicem supplet speciei intelligibilis: non autem supplet vicem alicuius habitus aut cuiuscumque inhaerentis voluntati.

¶ Super Quaestiones octuagesimas secundae Articulus quartus.

¶ Titulus. Moueat, id est reducat intellectus de potentia ad actum. In corpore tria. Primo, proponitur distinctio bimembris, & iuxta primum membrum, prima conclusio. Secundo, iuxta secundum membrum conclusio, quae est directe responsiuam quaesito. Tertio, ponitur exceptio a secunda conclusione.

¶ Quo ad primum, distinctio est ista: mouere dupliciter, finaliter & effectiue: conclusio iuxta primum membrum est, quod intellectus mouet voluntatem finaliter. Probat: quia bonum intellectus, est obiectum voluntatis, mouens ipsam ut finis.

¶ Circa hanc conclusionem ea quae dicenda essent, non oportet repetere, quoniam in q. 8. artic. 2. iam dicta sunt, ubi declaratum est, quomodo bonum intellectus mouet ut finis, & actiue quo ad specificationem actus voluntatis.

¶ Quo ad secundum, secunda conclusio iuxta secundum membrum & responsiuam quaesito est: quod voluntas mouet intellectum & omnes vires animae effectiue. Probat: dupliciter: primo auctoritate Anselmi, secundum rationem. In omnibus potentiis actiuis ordinatis, respiciens vniuersalem finem, mouet actiue, respiciens fines particulares: voluntas & reliquae animae vires sunt huiusmodi, ergo. Maior probatur inductione: tam in naturalibus de coelo quam in politicis de rege. Minor habet duas partes. I. quod voluntas & aliae vires sint actiuae, & quod voluntas respiciat finem vniuersalem: aliae particulares. prima pars non probatur, sed secunda, quia bonum in communi est obiectum & finis voluntatis. tale autem bonum est huius vel illius potentiae finis & perfectio, ut patet de visu & intellectu: haec enim non sunt vniuersale & particulare.

¶ Circa hanc rationem, aduerte, quod in litera prima pars minoris, neque exprimitur, neque probatur. Tunc, quia supponitur, nulla, n. vis animae est adeo passiuam, quae facta i actu, non sit quodammodo actiua: vnde & sensus exterior actiue concurret ad eliciendum sensationem, & expresse in 2. de anima tex. 37. dicitur, quod anima est causa actiua huius alterationis, quae est sentire. Tum, quia nihil minus habetur intentum, etiam si non omnes vires animae sint aliquo modo actiuae, quoniam si voluntas mouet omnes actiuae.

placiter & semper quod naturae ordinem, est perfectius. sic, n. actus est prior potentia. Et hoc modo intellectus est prior voluntati, sicut motuum mobili, & actiuum passiuo. Bonum, n. intellectus, mouet voluntatem.

AD 3. dicendum, quod illa ratio procedit de voluntate semper quod comparationem ad id, quod supra animam est. Virtus enim charitatis, est qua Deum amamus.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum voluntas moueat intellectum.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod voluntas non moueat intellectum. Mouens enim est nobilior & prius moto, quia mouens est agens, Agens autem est nobilior patiente, ut Augustinus dicit 12. super Genes. ad lit. & Philosophus in 3. de anima. Sed intellectus est prior & nobilior voluntate, ut supra dictum est. Ergo voluntas non mouet intellectum.

non concedit nisi in via, habitum voluntatis esse nobilioris habitibus intellectus: secus, n. est in patria: lumen, n. gloriae perfectius est charitate. Cuius signum est, quod non solum non potest esse informe, sed non compatitur imperfectionem viae, quam tamen charitatis habitus compatitur: & quod plus est, essentia diuina, ut in q. 12. habitum est, est loco habitus intellectualis: ita vicem supplet speciei intelligibilis: non autem supplet vicem alicuius habitus aut cuiuscumque inhaerentis voluntati.

¶ Super Quaestiones octuagesimas secundae Articulus quartus.

¶ Titulus. Moueat, id est reducat intellectus de potentia ad actum. In corpore tria. Primo, proponitur distinctio bimembris, & iuxta primum membrum, prima conclusio. Secundo, iuxta secundum membrum conclusio, quae est directe responsiuam quaesito. Tertio, ponitur exceptio a secunda conclusione.

¶ Quo ad primum, distinctio est ista: mouere dupliciter, finaliter & effectiue: conclusio iuxta primum membrum est, quod intellectus mouet voluntatem finaliter. Probat: quia bonum intellectus, est obiectum voluntatis, mouens ipsam ut finis.

¶ Circa hanc conclusionem ea quae dicenda essent, non oportet repetere, quoniam in q. 8. artic. 2. iam dicta sunt, ubi declaratum est, quomodo bonum intellectus mouet ut finis, & actiue quo ad specificationem actus voluntatis.

¶ Quo ad secundum, secunda conclusio iuxta secundum membrum & responsiuam quaesito est: quod voluntas mouet intellectum & omnes vires animae effectiue. Probat: dupliciter: primo auctoritate Anselmi, secundum rationem. In omnibus potentiis actiuis ordinatis, respiciens vniuersalem finem, mouet actiue, respiciens fines particulares: voluntas & reliquae animae vires sunt huiusmodi, ergo. Maior probatur inductione: tam in naturalibus de coelo quam in politicis de rege. Minor habet duas partes. I. quod voluntas & aliae vires sint actiuae, & quod voluntas respiciat finem vniuersalem: aliae particulares. prima pars non probatur, sed secunda, quia bonum in communi est obiectum & finis voluntatis. tale autem bonum est huius vel illius potentiae finis & perfectio, ut patet de visu & intellectu: haec enim non sunt vniuersale & particulare.

¶ Circa hanc rationem, aduerte, quod in litera prima pars minoris, neque exprimitur, neque probatur. Tunc, quia supponitur, nulla, n. vis animae est adeo passiuam, quae facta i actu, non sit quodammodo actiua: vnde & sensus exterior actiue concurret ad eliciendum sensationem, & expresse in 2. de anima tex. 37. dicitur, quod anima est causa actiua huius alterationis, quae est sentire. Tum, quia nihil minus habetur intentum, etiam si non omnes vires animae sint aliquo modo actiuae, quoniam si voluntas mouet omnes actiuae.

D. 52. a. 126 D. 770.

410 1.2. q. 9. ar. 1. & q. 17. ar. 1. Et ver. q. 14. art. 1. & 2. Et q. 22. ar. 11.

Lib. 12 super Gen. c. 16. t. om. 3. Li. 3. de anima. tex. 19. rom. 2. Art. praec.

Altera est, ex apprehensiva praeuia, quam i calce ponit, quod quemadmodum vis apprehensiva in parte superiori non multiplicatur, ita nec appetitua. Oppositum autem est in parte inferiori, quia & apprehensiva, & appetitua multiplicatur: licet non aequali numero, satis est proposito nostro differentia inter partem inferiorem & superiorem in multiplicatione & non multiplicatioe, tam apprehensivam quam appetitivam, quicquid sit de numero, quod constat non oportere esse aequale, quia non ponitur appetitus primo propter apprehensivam potentiam bona propter ipsam animalis bonum, ut dictum est. Nec apprehensivam per se differentia constituit, aut pariter eandem per se differentiam generat appetituum: immo omnia sensu percepta, duabus tantum bonis per se differentiis, quas modo diximus in q. praeced. comprehendunt, & id duas appetitivas potentias, in parte sensitiva distinctas superius.

Super Quaestione octavae materiae articulum primum.

Titulus clarus.
In corpore una est conclusio responsiva quaesito affirmativa: circa qua tria facit. Primo ponit eam, & probat ducendo ad impossibile: secundo manifestat: tertio probat a priori.

Quo ad primum, conclusio est: Homo est lib. arb. probatur ducendo ad impossibile, quia frustra essent sex: consilia & c.

Quo ad secundum, graduatur res in triplici ordine, quo ad hoc: quaedam operantur sine iudicio, quaedam cum iudicio, non collatiivo, sed naturali: quaedam cum iudicio libero. prima sunt inanimata: secunda sunt bruta, tertia rationalia, inter quae est homo. Vbi

330
301
410
b
301
D. 978
h
361
b
301
+ Aug. c. 13
a medio, to mo. 3.

ma, quod irascibilis & concupiscibilis sunt animae, antequam vniatur corpori: ut in intelligatur ordinatur & non temporis, licet non sit necessarium verbis illius libri fidem adhibere. Unde patet solutio ad tertium.

QVAESTIO LXXXIII.

De Libero arbitrio, in quatuor articulis distincta.

IN DE queritur de Libero arbitrio.

Et circa hoc quaeruntur quatuor.

- Primo, Vtrum homo sit liberi arbitrij.
- Secundo, Quid sit liberum arbitrium, Vtrum sit potentia, vel actus, vel habitus.
- Tertio, Si est potentia, Vtrum sit appetitua, vel cognitua.
- Quarto, Si est appetitua, Vtrum sit eadem potentia cum voluntate, vel alia.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum homo sit liberi arbitrij.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod homo non sit liberi arbitrij. Quicunque enim est liberi arbitrij, facit quod vult. Sed homo non facit quod vult. Dicitur enim Rom. 7. Non enim quod volo bonum hoc ago: sed quod odi malum, illud facio. Ergo homo non est lib. arb.

2. Prae. Quicquid est liberi arbitrij, eius est velle & non velle, operari & non operari. Sed hoc non est hominis. dicitur enim ad Rom. 9. Non est volentis, sed velle, neque currentis, sed currere. Ergo homo non est liberi arbitrij.

3. Prae. Liberi est quod sui causa est: ut dicitur in 1. Met. quod ergo mouet ab alio, non est lib. Sed deus mouet voluntatem illud. & Philip. 2. Deus est qui operatur in nobis velle & perficere. Ergo homo non est liberi arbitrij.

4. Prae. Quicquid est lib. arb. est dominus suorum actuum: sed homo non est dominus suorum actuum: quia ut dicitur Hier. 10. Non est in homine via eius, nec viri est ut dirigat gressus suos. Ergo homo non est liberi arbitrij.

5. Prae. Philosophus dicit in 3. Ethic. Qualis vnusquisque est, talis finis est ei. Sed non est in potestate nostra aliquid quales esse, sed hoc nobis est a natura. Ergo naturale est nobis, quod aliquod finem sequamur, non ergo ex lib. arb.

nota, quod iudicium seu arbitrium liberum, dicitur quod contra naturam: naturale autem est, quod est determinatum ad vnum agere ergo iudicium naturale, nihil aliud est quam agere iudicio non indifferenter ad hoc & oppositum: sed determinatum ad alteram oppositorum: hoc modo bruta agunt. agere autem arbit. liber. est agere iudicio indeterminate ad hoc, & oppositum. Nec attendit ista differentia in hoc, quod quod agit, iudicium liberum est indeterminate, & naturale determinatum, quod quod exit in actu, oportet esse iudicium determinatum esse ad vnum, sed ad determinatum per hoc, quod iudicium brutorum est indifferens: ad hoc & oppositum: rationalium vero sic, potentia. non rationales, ut dicitur in 1. Met. se habent ad opposita: irrationales vero, ad vnum tantum oppositorum.

Quo ad tertium, probat conclusio a priori sic. Ratio circa contingentiam, habet viam ad opposita. ergo circa particularia operabilia. ergo non habet iudicium determinatum ad vnum, ergo habet iudicium liberum. Antecedens patet, tam in dialecticis, & probabilibus, quam in rhetoricis, quae sunt minus probabilis, ut potest verisimilia. Prima consequentia patet, quia particularia operabilia a nobis, manifeste sunt contingencia. Secunda vero, patet ex terminis: determinatum ad vnum oppositum, & posse in vnum; oppositorum, e contrario diuiduntur. Tertia quoque patet ex terminis: quod nihil aliud est iudicium liberum quam indifferens: ex quo concluditur de primo ad vltimum, quod hoc homo est rationalis, sequitur, est lib. arb.

Circa hanc rationem aduertit, quod hinc habes quod prima radix libertatis est ratio, ita quod ex hoc primo inest libertas alicui, quia ratio indeterminate est, & indifferens ad hoc & oppositum: & quoniam haec est ante omnem actum voluntatis,

411
2. q. 13. ar. 2.
6. vlt. q. 2.
ar. 1. & ar. 2.
1. cor. 13.
mal. q. 6. ar. 2.
Li. 1. Met. cap. 1. ar. 2. med. 1. q.

consequens est quod minus bene Scotus in 1. dist. 38. dicitur libertatem primo querenda in voluntate. Quamuis possit distingui primo est in voluntate formaliter, & primo in ratione radicaliter. Unde ad rationem Scoti ibidem, si quicquid intelligitur ante omnem actum voluntatis, intelligitur merito naturaliter. ergo nulla est ibi libertas.

SED CONTRA est, quod dicitur Eccle. 15. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eum in manu consilij sui. Glo. 1. in libertate arbitrij.

RESPON. Dicendum, quod homo est liberi arbitrij: alioquin frustra essent consilia, exhortationes, praecipia, prohibitiones, praemia, & poenae.

Ad cuius euidentiam considerandum est, quod quaedam agunt absque iudicio. sicut lapis mouetur deorsum: & similiter omnia in quibus homo impeditur potest, vel nolit. electiones autem ipsae sunt in nobis, supposito tamen diuino auxilio.

Ad 2. dicendum, quod qualitas hominis est duplex. Vna naturalis & alia superueniens. Naturalis autem qualitas accipi potest, vel circa partem intellectiuam, vel circa corpus & virtutes corpori annexas. Ex eo igitur quod homo est aliquis qualitate naturali, quae attenditur secundum intellectiuam partem, naturaliter homo appetit vltimum finem, scilicet beatitudinem. Qui quidem appetitus naturalis est, & non subiaceret libero arbitrio, ut ex supradictis patet. Ex parte vero corporis & virtutum corpori annexarum, potest esse homo aliquis naturalis qualitate, secundum quod est talis complexionis, vel talis dispositionis ex quacumque impressione corporearum causarum, quae non possunt in intellectiuam partem imprimere, eo quod non est alicuius corporis actus. Sic igitur qualis vnusquisque est secundum corpoream qualitatem, talis finis videtur ei: quia ex huiusmodi dispositione, homo inclinatur ad eligendum aliquid vel repudiandum. Sed istae inclinationes subiacerent iudicio rationis, cui obedit inferior appetitus, ut dictum est. Unde per hanc libertati arbitrij non prauidetur. Qualitates autem superuenientes sunt sicut habitus & passiones, secundum quas aliquis magis inclinatur in vnum, quam in alterum, tamen istae etiam inclinationes, subiacent iudicio rationis. Et huiusmodi et qualitates ei subiacerent in quantum in nobis est, tales qualitates acquirere, vel causaliter vel dispositiue, vel a nobis excludere. Et sic nihil est quod libertati arbitrij repugnet.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut supra dictum est: appetitus sensitivus, etiam obediatur rationi, tamen potest in aliquo repugnare, concupiscendo contra illud quod ratio dicit. Hoc ergo est bonum, quod homo non facit cum vult, scilicet non concupiscere contra rationem, ut glo. August. ibidem dicitur.

Ad 2. dicendum, quod verbum illud Apostoli non sic est intelligendum, quasi homo non velit & non currat libero arbitrio: sed quia liberum arbitrium ad hoc non est sufficienter nisi moueat & inuictur a Deo.

Ad 3. dicendum, quod liberum arbitrium est causa sui motus: quia homo per liberum arbitrium seipsum mouet ad agendum. Non tamen hoc est de necessitate libertatis, quod sit prima causa sui, id quod liberum est: sicut nec ad hoc, quod aliquid sit causa alterius, requiritur, quod sit prima causa non volendo hoc,

sa eius. Deus igitur est prima causa mouens & naturales causas, & voluntarias. Et sicut naturalibus causis mouendo eas, non aufert quin actus earum sint naturales, ita mouendo causas voluntarias, non aufert quin actiones earum sint voluntarie: sed potius hoc in eis facit. operatur enim in vnoquoque secundum eius proprietatem.

Ad 4. dicendum, quod dicitur non esse in homine via eius, quantum ad executiones electionum: in quibus homo impeditur potest, vel nolit. electiones autem ipsae sunt in nobis, supposito tamen diuino auxilio.

Ad 5. dicendum, quod qualitas hominis est duplex. Vna naturalis & alia superueniens. Naturalis autem qualitas accipi potest, vel circa partem intellectiuam, vel circa corpus & virtutes corpori annexas. Ex eo igitur quod homo est aliquis qualitate naturali, quae attenditur secundum intellectiuam partem, naturaliter homo appetit vltimum finem, scilicet beatitudinem. Qui quidem appetitus naturalis est, & non subiaceret libero arbitrio, ut ex supradictis patet. Ex parte vero corporis & virtutum corpori annexarum, potest esse homo aliquis naturalis qualitate, secundum quod est talis complexionis, vel talis dispositionis ex quacumque impressione corporearum causarum, quae non possunt in intellectiuam partem imprimere, eo quod non est alicuius corporis actus. Sic igitur qualis vnusquisque est secundum corpoream qualitatem, talis finis videtur ei: quia ex huiusmodi dispositione, homo inclinatur ad eligendum aliquid vel repudiandum. Sed istae inclinationes subiacerent iudicio rationis, cui obedit inferior appetitus, ut dictum est. Unde per hanc libertati arbitrij non prauidetur. Qualitates autem superuenientes sunt sicut habitus & passiones, secundum quas aliquis magis inclinatur in vnum, quam in alterum, tamen istae etiam inclinationes, subiacent iudicio rationis. Et huiusmodi et qualitates ei subiacerent in quantum in nobis est, tales qualitates acquirere, vel causaliter vel dispositiue, vel a nobis excludere. Et sic nihil est quod libertati arbitrij repugnet.

ARTICVLVS II.

Vtrum liberum arbitrium sit potentia.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod liberum arbitrium non sit potentia. Arbitrium enim liberum

Quia vero rationis iudicium circa hoc amandum, vel non amandum ante voluntatis actum indifferens est, & verumque rationes habet suspensum stat, nec natura, nec electione determinatur. Hinc iudicium tale & naturale non est, quo ad talem indifferenciam, immo natura repugnat, & libertatem fundat. Et sic patet quod distinctio antecedente Scoti, iuxta sensum in quo verificatur antecedens, neganda est consequentia: in alio vero sensu, antecedens est negandum, quia sensum est, ut patet. Et si inflectur, quod aut indifferencia iudicij est naturalis aut libera: respondendum est quod neutra est formaliter: sed est radicaliter libera, i. libertatis radix. Est enim implicatio in adiecto, dicere indeterminatio naturalis, quia si naturalis, ergo determinata ad vnum, & si indifferens, ergo non naturalis. In haec tamen talis indeterminationi iudicij est naturalis, ut de libertate formaliter etiam dicitur in sequenti articulo.

Super Quaestione octavae materiae articulum secundum.

Titulus clarus.
In corpore duo, primo distinguitur significationes huius nominis, liberum arbitrium. Secundo respondet quaesito vnica conclusione affirmatiue.

Quo ad primum, dupliciter sumitur, proprie, & ex accommodatione vsus. Primo modo significat actum. Secundo, principium huius actus, & de hoc est quaestio.

Quo ad secundum, conclusio responsiva est. Liberi arbitrij est potentia. Probatur sic. Aut est habitus aut potentia, aut potentia cum habitu: sed nec habitus, nec potentia cum habitu est, ergo potentia. Assumptum

a b
315
Q. praeced. ar. 2.
569
Super Quaestione octavae materiae articulum secundum.
406
Q. 81. ar. 3.
419
2. dist. 24. q. 1. ar. 1. & 2. Et verit. q. 2. ar. 4.

probat, quia principium actus in nobis, aliquid horum est: probatur, quia his dicitur ut principis cognoscere. minor vero probatur dupliciter. primo sic. Si esset habitus, ergo esset habitus naturalis. Sed hoc est impossibile, quia naturalitas est contra rationem libertatis, & esse habitum, est contra rationem naturalitatis liberi arbitrii, consequentia patet: quia liberum arbitrium non acquiritur aut infunditur, sed conascitur nobiscum. Destruendo consequentis quo ad primam probationem patet, quia si est naturale, ut patet de assensu principiorum & appetitu beatitudinis.

¶ Circa hanc partem duo dubia parva sunt. Primum est, quia videtur contra dictio in eodem contextu litterarum, dum dicitur, & quod rationi liberi arbitrii repugnat naturalitas, & simul dicitur quod est naturalis. Secundum est, quia si liberum arbitrium non ponitur habitus naturalis, ponitur tamen potentia naturalis, ut patet. ponitur enim in secunda specie qualitatis, ergo contra rationem eius non est naturalitas. Ad hoc duo simul dicitur, quod naturale hic fuit ut distinguitur contra liberum: ita quod naturale vocamus determinatum ad vnum: cuius oppositum conuenit libero. Potest autem accedere naturalitas supra duo: vel supra rationem rei de qua est sermo, vel supra inhaesionem illius rationis i subiecto. Et si quidem determinet inhaesionem, omnia quae congenerantur alicui, naturalia sunt, quia non libere infunt: sed a natura determinantur ad habenda illa, & hoc modo liberum arbitrium est naturale, quia inest nobis a natura, ut in littera dicitur. Et ex hac naturalitate secundum inhaesionem inferuntur in littera, quod si esset habitus, esset naturalis: ut patet. Si vero determinet ipsam rationem rei, sic non omnia congenita sunt naturalia: sed aliquid naturale, & aliquid liberum: quia aliquid est determinatum ad vnum, aliquid indifferens ad hoc, & oppositum: & sic naturalitas repugnat libero arbitrio. Et ideo notanter in littera dicitur: Contra rationem liberi arbitrii est naturalitas, scilicet

Nō multū remore a prin. libri.

Enchiridii ca. 3. circa princ. to 3.

et determinans rationem, non inhaesionem, & per hoc patet etiam responsio ad secundum dubium: quia scilicet vocatur potentia naturalis ratione inhaesionis, distinguitur tamen contra potentias naturales, & dicitur potentia libera secundum rationem potentiae. Sed adhuc non quiescit animus. Cur simpliciter dicitur quod libero arbitrio repugnat esse habitum naturalem, & non naturalem potentiam cum veriusque naturalitas, quo ad rationem, repugnet, & quo ad inhaesionem, conueniat? Ad hoc dicitur, quod in habitu illa duae naturalitates sunt inseparabiles: ita quod si est naturalis quo ad inhaesionem, est etiam naturalis quo ad rationem, quāuis non e contra, ut patet in potentia verp non, sed naturalitas inhaesionis stat cum libertate rationis. Vnde naturalitas habitus tanquam omnino repugnans, liberum arbitrium excludit: potentia vero tanquam permissiue compatientem secundum libertatem non sic excludit, & ex hoc patet responsio ad obiectionem quartam, quae posset contra litteram moueri. Quia in hac ratione ex naturalitate inhaesionis liberi arbitrii, inferuntur naturalitas habitus secundum inhaesionem, & tamen probatio postmodum fit contra naturalitatem rationis: haec enim probatur repugnare libero arbitrio, & sic videtur inefficax processus, & in equiuoco laborans. Jam enim patet satisfactio, quod quia in habitu naturalitas rationis euidentis est, quoniam omnis habitus ad vnum determinat, nulla operatur probatione circa hoc, & ideo licuit deducta naturalitate inhaesionis, ex alia naturalitate rationis, tanquam per se nota procedere, & ex naturalitate rationis inferre repugnantiam ad libertatem. Qui processus non liceret loquendo de potentia, quia illata naturalitate inhaesionis, non haberetur secunda naturalitas sicut in habitu.

¶ Secundo probatur sic. Libero arbitrio indifferenter nos habemus ad bene vel male eligendum, ergo non est habitus. Tenet sequela, quia habitus est, quo bene vel male inclinamur probatur auctoritate & inductione in intellectu, & appetitu.

Li. 3. Ethic. c. 6. text. 4.

494

Li. 3. Ethic. c. 6. text. 4.

Li. 3. Ethic. c. 6. text. 4.

Li. 3. Ethic. c. 6. text. 4.

398

399

400

Virum liberum arbitrium sit potentia appetitiua.

¶ Super Quaestione Ethic. c. 6. text. 4. articulum quartum.

¶ Titulus clarus. ¶ In corpore vni ca est conclusio respectu sua quaestio affirmatiua. Liberum arbitrium est potentia appetitiua. Probatur. Electio est principaliter actus appetitiua virtutis, ergo appetitiua potentia. Huius rationis primo probatur consequentia in littera, quod proprius actus liberi electio, & quod probatur, quia ex hoc dicitur liberi, quia postquam optato vnum, altero reatu, quod est eligere. Secundo, declaratur, & probatur antecedens. Declaratur quidem, declarando primo, quod ad electionem duo concurrunt, iudicium ex parte consilii & intellectus, & acceptatio seu velle iudicatum ex parte appetitus: ponendo secundo quid in hoc senserit Aristot. in 6. li. Ethic. & quid in tertio. Probatur vero sic. Obiectum electionis est id quod est ad finem ut sic, ergo est bonum vtile, ergo electio est proprie ad appetitum virtutis. Antecedens hoc cum prima consequentia patet: secunda vero probatur, quia bonum ut bonum, & consequenter omnis boni species, ut sic, ad appetitum potentiae obiectum, propriū spectat. ¶ Circa hanc partem est quaestio de electione, quare in prima secundae.

¶ Ad 2^m dicendum, quod iudicium est quasi conclusio & determinatio consilij. Determinatur autem consilium, primo quidem per sententiam rationis, & secundo per acceptionem appetitus. Vnde Philosophus dicit in 3. Ethic. quod ex consilij iudicantes desideramus secundum consilium. Et hoc modo ipsa electio dicitur quoddam iudicium, a quo nominatur liberum arbitrium.

¶ Ad 3^m dicendum, quod ista collatio, quae importatur in nomine electionis, pertinet ad consilium praecedens, quod est rationis. Appetitus enim quamuis non sit collatiuus, tamen inquantum a vi cognitiua conferente mouetur, habet quandam collationis similitudinem, dum vnum alteri praepoat.

¶ Ad 2^m dicendum, quod iudicium est quasi conclusio & determinatio consilij. Determinatur autem consilium, primo quidem per sententiam rationis, & secundo per acceptionem appetitus. Vnde Philosophus dicit in 3. Ethic. quod ex consilij iudicantes desideramus secundum consilium. Et hoc modo ipsa electio dicitur quoddam iudicium, a quo nominatur liberum arbitrium.

¶ Ad 3^m dicendum, quod ista collatio, quae importatur in nomine electionis, pertinet ad consilium praecedens, quod est rationis. Appetitus enim quamuis non sit collatiuus, tamen inquantum a vi cognitiua conferente mouetur, habet quandam collationis similitudinem, dum vnum alteri praepoat.

¶ ARTICVLVS IIII. ¶ Virum liberum arbitrium sit alia potentia a voluntate.

¶ Titulus clarus. ¶ In corpore vni ca est conclusio respectu sua quaestio affirmatiua. Voluntas & liberum arbitrium non sunt duae: sed vna potentia, probatur. Sicut se habet intellectus ad rationem, ita voluntas ad lib. arb. seu (quod idem est) vim electiuam: sed intellectus & ratio sunt vna potentia, ergo voluntas & lib. arb. Maior probatur dupliciter. Primo ex communi ratione: quia oportet appetitum esse proportionatas apprehensibus, ac per hoc sicut in apprehensiuis sunt duo, ita in appetitiua. Secundo ex specialibus rationibus horum ex parte obiectorum & actuum. Actuum quidem, quia, intelligere est simplex, & ratiocinari est discurrere, & similiter velle & eligere: obiectorum vero, quia exinde illorum primū est principij: secundum conclusionis horum quoque primum est finis, secundum ad finem. ¶ Constat autem quod haec proportionaliter se habent: minor vero non solum probatur, quia eiusdem est virtutis, quies & motus: sed idem medium intentam hinc conclusionem inferre dicitur. Et sic duo bus quodammodo medijs, probatur intentam conclusionem, scilicet ex proportionalitate inter apprehensiuam & appetitiuam virtutem, & ex habitudine

Li. 3. Ethic. c. 3. ad finem tom. 5.

415 locis sup. ar. 3. iduct.

Lib. 2. c. 22

Θεολογία βουλατοκ

Li. 3. Ethic. cap. 2. ante med. 60. 5.

Li. 3. Orthodox. fidei, ca. 14. ante medium.

Q. 64. ar. 2 & q. 80. ar. 2.

293 396

ndine inter actum lib. arb. & actum voluntatis: quia. f. se habent vt quies & motus, vt supra dictum fuit de intellectu & ratione.

¶ Super Questioni 87 magis quartae articulum primum.

Titulus clarus.

In corpe quique. Primo, refert antiquorum opinio nes: scdo, Platonis tertio, arguit contra opinionem Plat. quarto, fundamenta eius examinat & destruit. quinto inferit conclusionem responsiuam quae fit affirmatiue.

¶ Quo ad primum, antiquorum positio est quod corporeorum nulla est certa cognitio, quia sunt in continuo motu: & ex hoc qd corporale varium, nullius rei, est aliqua certa cognitio, quia sola corporea entia ponebant.

¶ Quo ad secundum, Platonis positio, qd corporum sensibiliu secundum seipsa no est certa scientia: sed em eoru ideas, quia haec sunt materialia & fluxa, illa autem sunt species horum.

¶ Quo ad tertium, dupliciter arguitur. Primo, ducendo ad impossibile, quia. f. materia & motus excluderentur a scientia tam in ratione obiecti quam in ratione medii, & sic periret scientia naturalis, quae & de mobili, & per principia motus est. Secundo, ducendo ad inopinabile, qd dum horum manifestoru scientiam quaerimus, aliorum quae nescimus, scientiam inueniamus, quae no sunt horum substantiae, per quae de his iudicare nequimus, & tamen iudicamus.

¶ Quo ad quartum, primo fundamentu Platonis: fundauit se Plato super tres propositiones. Prima est, qd cognitio fit p assimilationem, primo de anima. secunda, quod ista similitudo debet esse non solum in forma, sed in modo formae. Tertia, qd inter intellectum & res

cinari autem, proprie est deuenire ex vno in cognitionem alterius. Vnde, proprie de conclusionibus ratiocinamur, quae ex principiis innotescunt. Similiter ex parte appetitus, velle, importat simpliciter appetitum alicuius rei. Vnde voluntas dicitur esse de fine, qui propter se appetitur. Eligere autem, est appetere aliquid propter alterum consequendum. vnde proprie est eoru, quae sunt ad finem. Sicut autem se habet i cognitio, principium ad conclusionem, cui propter principia assentimus, ita in appetitu se habet finis ad ea, quae sunt ad finem, quae propter finem appetuntur. Vnde manifestum est, qd sicut se habet intellectus ad rationem, ita se habet voluntas ad vim electiuam, id est ad liberum arbitrium. Ostensum est aut supra, qd eiusdem potentiae est intelligere & ratiocinari, sicut eiusdem virtutis est quiescere & moueri. Vnde etiam eiusdem potentiae est, velle & eligere. Et propter hoc, voluntas & liberum arbitriu no sunt duae potestates, sed vna.

AD PRIMVM ergo dicendum, qd bulesis distinguitur a thelesi, no propter diuersitate potetiaru, sed propter differentia actuum.

AD 2m dicendum, qd electio & voluntas, id est ipsum velle, sunt diuersi actus: sed tamen pertinent ad vnam potentiam, sicut etiam intelligere & ratiocinari, vt dictu est.

AD 3m dicendum, qd intellectus comparatur ad voluntate vt mouens. et ideo non oportet in voluntate distinguere agens & possibile.

QVAESTIO LXXXIII.

Quomodo anima conuenienter intelligat corporalia quae sunt infra ipsam.



INSEQUENTER considerandum est de actibus & habitibus anime, quatuor ad potentias intellectiuas & appetitiuas. Aliae enim potentiae, non pertinent directe ad considerationem theologi. Actus autem & habitus appetitiuae partis ad considerationem moralis scientiae pertinent. Et ideo in secunda parte huius operis de eis tractabitur, in qua considerandum est de morali materia. Nunc autem de actibus & habitibus intellectiuae partis agetur. Primo quidem de actibus. Secundo, de habitibus. In consideratione vero actuum, hoc modo procedemus. Primo namque considerandum est, quomodo intelligit anima corpori coniuncta,

Secundo, quomodo intelligit a corpore separata. Prima autem consideratio erit tripartita. Primo namque considerabitur, quomodo anima intelligit corporalia quae sunt infra ipsam. Secundo, quomodo intelligit seipsam & ea, quae in ipsa sunt. Tertio, quomodo intelligit substantias immateriales, quae sunt supra ipsam.

Circa cognitionem vero corporalium, tria considerata occurrunt. Primo quidem, per quid ea cognoscit. Secundo, quomodo & quomodo ordine. Tertio, quid in eis cognoscit.

Circa primum quaeruntur octo.

¶ Primo, Vtrum anima cognoscat corpora per intellectum.

¶ Secundo, Vtrum intelligat ea per essentiam suam, vel per aliquas species.

¶ Tertio, Si p aliquas species, Vtrum species omnium intelligibilium sint ei naturaliter innatae.

¶ Quarto, Vtrum effluant in ipsam ab aliquibus formis immaterialibus separatis.

¶ Quinto, Vtrum anima nostra omnia quae intelligit, videat in rationibus aeternis.

¶ Sexto, Vtrum cognitionem intelligibilem acquirat a sensu.

¶ Septimo, Vtrum intellectus possit actu intelligere per species intelligibiles, quas penes se habet, non conuertendo se ad phantasmata.

¶ Octauo, Vtrum iudicium intellectus impediatur per impedimentum sensitiuarum virtutum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum anima cognoscat corpora per intellectum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, qd anima non cognoscat corpora per intellectum. Dicit enim Augustinus in 2. sol. qd corpora intellectu comprehendi non possunt: nec aliquod corporeum nisi sensibus videri potest. Dicit etiam 12. super Genes. ad litteram 7, qd visio intellectualis est eorum, quae sunt per essentiam suam in anima. huiusmodi autem no sunt corpora. Ergo anima per intellectum corpora cognoscere non potest.

¶ 2 Præ. Sicut se habet sensus ad intelligibilia, ita se habet intellectus ad sensibilia. Sed anima per se ad sensibilia. Ergo nullo modo per intellectum potest cognoscere corpora

corporales non potest esse ista assimilatio, sed bene inter animam & ideas. Et hanc tertiam propositionem probauit, quia i anima, rei cognitae forma est immaterialiter, vniuersaliter, & immobiliter, quod ex operatione apparet: quia ex perimur intelligere vniuersaliter, & necessariis: operatio enim est secundum modum formae, in corporibus autem his opposito modo sunt formae: in ideis autem sunt simili modo, vniuersaliter, immaterialiter, & absque motu, ergo.

¶ Deinde destruit hoc fundamentum, ostendendo secundam propositionem esse falsam dupliciter. Primo, in assimilatione absolute. Secundo, in assimilatione cognoscentis ad cognitum: absolute quidem, quia inter similia no oportet quod sit similitudo modi essendi, neq; intrinsece, vt patet de inter se & remisso: neque extrinsece, vt patet de duobus albis, altero dulci, & altero non. In cognoscente autem, quia sensus est similis sensato in forma, non in materia, ergo iuxta hunc eundem modum dici potest, qd intellectus respicit species rerum absq; materia, motu & particularibus, quia vniuersaliter recipitur in aliquo per modum recipientis.

¶ Aduerte hic quod (vt patet ex supra dictis) ista ratio, vniuersaliter recipitur per modum suum, non sufficeret ad propositum nisi praesuppositum aditio sufficeret: quia tamen superius ex proposito hoc declarauerat, vbi de intellectu agente tractabatur, ideo suppositis illis, nunc non curat sic breuiter & quasi diminue loq.

¶ Quo ad quintum, inferitur conclusio responsiuam, Anima per intellectum cognoscit corpora cognitione immateriali, vniuersaliter, & necessaria. Vbi aduerte, quod haec tres conditiones

¶ Itulus clarus. In corpe duo. Primo respondet quæstio scđo distinguuntur modis, vt supra. ¶ Quoad primū, cōclusio responsiua est: Alio modo ex alietate formali tantum. Modo dicitur, quod licet tam in angelo quam in angelo intelligere quo intuentur suam essentiam & suū intelligere sit idem re, in angelo tamen est aliud ratione correspondente diuersitati formali, & reali inter intelligere & essentia: in Deo autem est idē, non quia non sit aliud modo aliud fm̄ rōne, sed quia nō est aliud rōne fundata in distinctione reali obiectōri. s. intelligere & essentia diuina. Prima, verior ac profundior. Secunda vero, famosior & facilior. ¶ Circa intelligere nostrum, dubium occurrit. Quia si ut in litera dicitur, ē intelligibilis in actu, cur non statim postquam in intellectu intelligitur: nihil. n. aliud requirit ad hoc, q̄ aliquid intelligatur nisi quod sit intelligibile in actu, & positum in actu secūdo in intellectu: sed hoc conueniunt nostro intelligere. ergo &c. Ad hoc breuiter dicitur, quod ad hoc quod aliquid intelligatur actu ab hoc intellectu plus requiritur q̄ quod in se sit intelligibile in actu. Exigit nāque, quod sit p̄sens huic intellectui non qualitercūq; sed obiectiue: modo licet intelligere sit actu intelligibile, & p̄sens intellectui formaliter, non tamen obiectiue, qñ dicitur intelligimus, & ideo non potest tñc intelligi. Quare autē in directa intellectione ipsū nō sit p̄sens obiectiue, iam dictum est, quia. s. in intellectu nostro ē p̄ se primo perfect: bilis obiectiue a quid dicitur sensibili, & non a substantia animae, ex hoc n. est, q̄ intelligere nostrum neq; primū obiectū, vt in Deo, neq; aliquid primū obiecti, vt in angelo est, & consequenter, q̄ nō sit in primo ordine intelligibilium a nobis.

¶ Itulus clarus. In corpe duo. Primo respondet quæstio scđo distinguuntur modis, vt supra. ¶ Quoad primū, cōclusio responsiua est: Alio modo ex alietate formali tantum. Modo dicitur, quod licet tam in angelo quam in angelo intelligere quo intuentur suam essentiam & suū intelligere sit idem re, in angelo tamen est aliud ratione correspondente diuersitati formali, & reali inter intelligere & essentia: in Deo autem est idē, non quia non sit aliud modo aliud fm̄ rōne, sed quia nō est aliud rōne fundata in distinctione reali obiectōri. s. intelligere & essentia diuina. Prima, verior ac profundior. Secunda vero, famosior & facilior. ¶ Circa intelligere nostrum, dubium occurrit. Quia si ut in litera dicitur, ē intelligibilis in actu, cur non statim postquam in intellectu intelligitur: nihil. n. aliud requirit ad hoc, q̄ aliquid intelligatur nisi quod sit intelligibile in actu, & positum in actu secūdo in intellectu: sed hoc conueniunt nostro intelligere. ergo &c. Ad hoc breuiter dicitur, quod ad hoc quod aliquid intelligatur actu ab hoc intellectu plus requiritur q̄ quod in se sit intelligibile in actu. Exigit nāque, quod sit p̄sens huic intellectui non qualitercūq; sed obiectiue: modo licet intelligere sit actu intelligibile, & p̄sens intellectui formaliter, non tamen obiectiue, qñ dicitur intelligimus, & ideo non potest tñc intelligi. Quare autē in directa intellectione ipsū nō sit p̄sens obiectiue, iam dictum est, quia. s. in intellectu nostro ē p̄ se primo perfect: bilis obiectiue a quid dicitur sensibili, & non a substantia animae, ex hoc n. est, q̄ intelligere nostrum neq; primū obiectū, vt in Deo, neq; aliquid primū obiecti, vt in angelo est, & consequenter, q̄ nō sit in primo ordine intelligibilium a nobis.

438 s. contra. c. 73.

Li. 1. de anima text. 136. & sequentibus. to mo. 2. Lib. 10. de Tri. c. 10. & 11. Art. 1. & 2. huius q̄st.

Li. 9. Metaph. c. 16. to mo. 3. a 113

D. 103. n. 138. D. 139. facilior.

Q. 142.

Q. 143. 46.

44 379 d

Li. 2. de materia. tom. 1.

D. 74.

Q. 144.

Li. 10. cōfess. ca. 14. to. 1.

Li. 3. de anima text. 42. tom. 2.

Q. 82. ar. 2. ad 2. & qd̄. 1. 6. art. 4. ad 1.

Li. 10. cōfess. ca. 14. to. 1.

¶ Super Quæstionis octuagesimæ octauæ Articulu primū.

¶ Itulus: per seip fas. i. nō per naturas



uras sensibiliū aut species earum, siue hoc cōtingat p proprias species (vt Plato dixit) siue per cōtinuationē quandā (vt Aue. fingit) siue quouis alio modo. ¶ In corpore quatuor. Primo opinio Pla. Secundo, Arist. Tercio, Auer. Quarto, inuicitur contra Auerroem.

¶ Quo ad primum duo dicuntur. Primo principalis cōclusio Platonica est. Substantia immateriales cognoscuntur a nobis. Primo probatur: quia id ea sunt prima obiecta nostri intellectus. Secundo reddi ratio, quare sensibilibus se imiscetur intellectus. Et dicitur, qd est propter phantasiam & sensum, quia immiscetur intellectui, & probatur a signo, quia intellectus quanto purior, tanto magis superiora percipit.

¶ Quo ad secundum cōclusio Arist. est: Substantia immateriales nō possumus per se primo intelligere. Probatur, quia intellectus noster primo respicit naturas sensibilibus: cuius signum est, quia sine phantasmate nihil intelligimus. Et quia hoc magis experimur, restat cōsuetudine opinio Plato. seu affirmatiua, quo ad ly primo, & nō simpliciter. Hoc enim insinuant literae verba, inferendo conclusionem Arist. Et merito: quia Arist. mouit hanc q. in 3. de anima tex. 36. & nō soluit, sed dixit posterius esse perferendum. Vnde eius sententia nō expresse habetur de reliqua quaestione parte, de qua Auer. 1. 3. de anima cō. 36. diffuse disputat.

¶ Quo ad tertium, opinio Auer. ponit in quatuor propositionibus. Prima est supposita. qd intellectus agens sit substantia separata naturaliter intelligens alias. Secunda: quod per intellectum specularem intellectus agens nobis vnitur vt forma, sic, quāto, plura adepti fuerint intellectus, tan-

pra se sunt, scilicet, immateriales substantias,

Et circa hoc quaeruntur tria. ¶ Primo, Vtrum anima humana fm statū presentis vitae possit intelligere substantias immateriales (quas angelos dicim⁹) p seipsas. ¶ Secundo, Vtrū possit ad earū notitiā peruenire, per cognitionem rerum materialium. ¶ Tertio, Vtrum Deus sit id, quod primo a nobis cognoscitur.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum anima humana secundum statum vitae presentis, possit intelligere substantias immateriales per seipsas.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, qd anima humana fm statum vitae presentis possit intelligere substantias immateriales p seipsas. Dicit, n. Aug. in 9. de trin. Mens ipsa sicut corporearum rerū notitias p sensus corporis colligit, sic incorporearum rerū per semetipsam. Hmōi aut sunt substantiae immateriales. Ergo mens substantias immateriales intelligit.

¶ 2. Præ. Simile simili cognoscitur. Sed magis assimilatur mens humana res immaterialibus, qd materialibus, cū nostra mens sit immaterialis, vt ex supradictis patet. Cū ergo mens nra intelligat res materiales, multo magis intelligit res immateriales.

¶ 3. Præ. Quod ea quae sunt fm se maxime sensibilia, nō maxime sentiantur a nobis, prouenit ex hoc, qd excellentia sensibiliū corrumpit sensum. Sed excellentia intelligibiliū nō corrumpunt intellectū, vt dicitur in 3. de anima. Ergo ea quae sunt fm se maxime intelligibilia, sunt etiā maxime intelligibilia nobis: sed cū res materiales nō sunt intelligibiles, nisi quia facimus eas intelligibiles actu abstrahendo a materia, manifestū est, qd magis sint fm se intelligibiles substantiae, qd fm suā naturā sunt immateriales. Ergo multo magis intelliguntur a nobis qd res materiales.

¶ 4. Præ. Commentator dicit in secundo Metaph. qd si substantia abstracta nō possit intelligi a nobis, tunc natura ociose egisset: quia fecit illud, quod est naturaliter in se intellectū, nō intellectū ab aliquo. Sed nihil est ociosum, siue frustra in natura. Ergo substantiae immateriales possunt intelligi a nobis.

¶ 5. Præ. Sicut se habet sensus ad sensibilia: ita intellectus ad intelligibilia. Sed visus noster potest videre

omnia corpora, siue sint superiora & incorruptibilia, siue sint inferiora, & corruptibilia. Ergo intellectus noster potest intelligere omnes substantias intelligibiles, & superiores & immateriales.

SED CONTRA est, quod dicit Sapien. 9. Quae in caelis sunt, quis inuestigabit? In caelis aut dicuntur huiusmodi substantiae esse, fm illud Matt. 18. Ang. eorū in caelis & c. Ergo nō possunt substantiae immateriales p inuestigationē humanā cognosci.

RESPON. Dicendum, qd opinio Platonis, substantiae immateriales nō solū a nobis intelliguntur, sed etiā sunt prima a nobis intellecta. Posuit, n. Plato formas immateriales subsistentes, quas ideas vocabat, esse propria obiecta nostri intellectus: & ita primo & p se intelligitur a nobis. Applicatur tñ aīa cognitio rerū materialibus, fm qd intellectui permittitur phantasia & sensus. Vñ quāto magis intellectus fuerit depuratus, tanto magis percipit immaterialium intelligibile veritatē. Sed fm Arist. sententiam quam magis experimur, intellectus noster fm statum presentis vitae naturaliter respectū habet ad naturas rerū materialium, vñ nihil intelligit nisi cōuertendo se ad phantasmata, vt ex dictis patet. Et sic manifestū est, qd substantias immateriales, quae sub sensu, & imaginatione non cadunt, primo, & p se fm modum cognitionis nobis expertū, intelligere non possumus. Sed tñ Auerrois in commen. 3. de Anima ponit, qd in fine in hac vita, homo puenire potest ad hoc, qd intelligat substantia separata p continuationē, vel vnionē cuiusdā substantiae separatae a nobis, quā vocat intellectū agentem. qui quidem, cū sit substantia separata, naturaliter substantias separatas intelligit. Vñ cū fuerit nobis vnitus, sic vt p eum intelligere possimus: intelligemus & nos substantias separatas, sicut nunc p intellectū possibile nobis vnitū intelligimus res materiales: ponit aut intellectū agentē sic nobis vniri. Cū .n. intelligamus p intellectū agentem, & p intelligibilia speculata, vt patet cū conclusiones intelligimus p principia intellecta: necesse est, quod intellectus agens cōparet ad intellecta speculata, vel sicut agēs principale ad instrumenta, vel sicut forma ad materia. His .n. duobus modis, attribuit actio aliqua duobus principijs. Principali quidē agētī & instrumentō, sicut lectio artificis & serē: formę aut & subiecto, sicut calefactio calori, & igni. Sed vtroq; modo intellectus agēs cōparabit ad intelligibilia speculata, sicut pfectio ad perfectibile, & actus ad potētiam. Simul aut recipit in aliquo perfectū & pfectio, sicut visibile in actu & lumē in pupilla. Simul igit in intellectu possibili recipiunt intellecta speculata, & intellectus agens: & quāto plura intellecta speculata recipimus, tāto magis appropinquamus

perfectus vnitus & adeptis omnibus, pfecte est nobis vnitus. Tercia est: quādo intellectus agens est pfecte in nobis vnitus, tunc per ipsum intelligim⁹, quod ipse intelligit. Quarta est: quod in hoc consistit vltima nostra felicitas. Ad iungitur in fine his, quod non refert ad propostū, an Alex. an Auer. sustineatur opin. quo ad differentiam inter nos, & in intellectu possibile. ¶ Secunda propositio probatur ex vnitare operationis propriæ, intellectui agentis communicatae primis intellectibus, id est primis principijs. Et si vis diffusi hanc videre, vide in 3. contra Gen. in loco proprio de felicitate. Et si hanc ad formam reducta inquiris, vide in cōmentariis nostris de Ente & essentia. Nolo .n. eadem replicare: ibi oīa haec clare posui. ¶ Quo ad quartū, ponuntur sex rationes contra Auer. Quartū primū dicit, procedunt ex prima propositione. Tercia autem, ex fine secundae propositionis. Quarta, ex quarta. Quinta, ex tertia. Sexta autem, ex ipsa ratione intellectus agentis & c. In responsione ad quartū, esse multa dicenda, nisi dicta essent cōmentariis praedictis, tractando hanc quaestionem.

Apud Arist. in 1. 1. de anima, c. 36. 34. 416. 419.

Q. 8. art. 2.

Lib. 2. c. 36.

quam ad hoc, quod intellectus agēs pfecte vnitur nobis: ita qd cum omnia intellecta speculata cognouerimus, intellectus agens pfecte vnitur nobis: & p oremus per eum omnia cognoscere materialia & immaterialia; & in hoc ponit vltimam hominis felicitatem. Nec refert, quantum ad propostū pertinet, vtrū in nullo statu felicitatis, intellectus possibilis intelligat substantias separatas per intellectū agentem, vt ipse sentit: vel vt ipse iponit Ale. intellectus possibilis nūquam intelligat substantias separatas propter hoc, qd ponit intellectum possibilem corruptibilem: sed homo intelligit substantias separatas per intellectum agentem. Sed praedicta stare non possunt.

Primo quidē, quia si intellectus agens est substantia separata, impossibile est, qd ipsam formaliter intelligamus. Quia id quo formaliter agēs agit, est forma & actus agentis, cū omne agens agat in quantum est actus, sicut supra dictum est circa intellectum possibilem.

Secundo, quia fm modum praedictum, intellectus agens si est substantia separata, non vniretur nobis fm suam substantiam: sed solum lumen eius, fm quod participatur in intellectu speculatiuis: & non quantum ad alias actiones intellectus agentis, vt possumus per hoc intelligere substantias immateriales, sicut dum videmus colores illuminatos a sole, nō vniretur nobis substantia solis, vt possumus actione solis agere: sed solū nobis vnitur lumē solis ad visionem colorū.

Tercio, quia dato qd fm modum praedictum vniretur nobis substantia intellectus agentis, tñ ipsi nō ponunt, qd intellectus agens totaliter vniretur nobis, fm vnum intelligibile vel duo, sed fm omnia intellecta speculata. Sed omnia intellecta speculata deficiunt a virtute intellectus agentis, quia multo plus est intelligere substantias separatas, qd intelligere omnia materialia. Vñ manifestum est, quod etiam intellectus omnibus materialibus, nō sic vniretur intellectus agens nobis, vt possemus intelligere p eū substantias separatas.

Quarto, quia intelligere omnia intellecta materialia, vix competit alicui in hoc mundo, & sic nullus vel pauci ad felicitatē puenirent: quod est cōtra Philosophum in 1. Ethico. qui dicit, qd felicitas est quoddam bonū commune, qd potest peruenire omnibus non orbatis ad virtutem. Est etiam contra rationem, quod finem alicuius speciei vt in paucioribus consequantur ea, quae continentur sub specie.

Quinto, quia Philosophus dicit expresse in 1. Ethico. qd felicitas est operatio fm perfectā virtutem. Et enumeratis multis virtutibus in 1. cō. concludit, qd felicitas vltima consistens in cognitione maximorū intelligibilium est fm virtutem sapientiae, quā posuerat in 6. esse caput scientiarum speculatiuarum. Vnde patet, qd Arist. posuit vltimam felicitatem hominis in cognitione substantiarum separatarum, qualis potest haberi per scientias speculatiuas: & non per continuationem intellectus agentis a quibusdam consistam.

Sexto, quia supra ostensum est, qd intellectus agens non est substantia separata: sed virtus quadam animae ad eadem actiue se extendens, ad quae se extendit intellectus possibilis receptiue. Quia vt dicitur in 3. de anima, intellectus possibilis est, quo est oīa fieri, intellectus se extendit secundum statum presentis vitae ad materialia sola, quae intellectus agens facit intelligibilia actu: & recipiuntur in intellectu possibili. Vnde fm statum presentis vitae, neq; p intellectu possibilem, neque per intellectum agentem, possumus intelligere

substantias separatas immateriales secundum seipsas. AD PRIMVM ergo dicendum, qd ex illa auctoritate. Aug. haberi potest, qd illud, quod mens nostra de cognitione incorporearum rerum accipere potest, p seipsam cognoscere possit. Et hoc adeo verū est, vt etiā apud Philosophum dicatur, qd scientia de aīa est principium quoddam ad cognoscendum substantias separatas. Per hoc .n. qd anima nostra cognoscat seipsam, pertingit ad cognitionem aliquam habendā de substantijs incorporeis: qualem eam contingit habere, non qd simpliciter & pfecte eas cognoscat, cognoscendo seipsam.

AD 2m dicendum, qd similitudo naturae non est ratio sufficiens ad cognitionem, alioquin oporteret dicere, quod Empe. dixit, qd anima esset de natura omnium, ad hoc, quod omnia cognosceret. Sed requiritur ad cognoscendum, vt sit similitudo rei cognite in cognoscente, quasi quaedam forma ipsius. Intellectus aut noster possibilis secundum statum presentis vitae, est natus informari similitudinibus rerum materialium a phantasmatibus abstractis: & ideo cognoscit magis materialia quā substantias immateriales.

AD 3m dicendum, qd requiritur aliqua proportio obiecti ad potētiam cognoscentiā, vt actiui ad passiuū & perfectio ad perfectibile. Vnde, qd excellentia sensibilia nō capiuntur a sensu, nō sola ratio est, quia corrumpunt organa sensibilia, sed etiā quia sunt improporcionata potētis sensitui. Et hoc modo substantiae immateriales sunt improporcionatae intellectui nostro fm presentem statū, vt nō possint ab eo intelligi.

AD 4m dicendum, quod illa ratio Commentatoris multipliciter deficit. Primo quidem, quia non sequitur, qd si substantiae separatae nō intelliguntur a nobis, non intelligantur ab aliquo intellectu: intelliguntur enim a seipsis, & a se inuicem. Secundo, quia nō est finis substantiarum separatarum vt intelligantur a nobis. Illud autē ociose & frustra esse dicitur, quod non consequitur finem ad quem est: & sic non sequitur substantias immateriales esse frustra, etiam si nullo modo intelligerentur a nobis.

AD 5m dicendum, qd eodem modo sensus cognoscit & superiora & inferiora corpora. s. p immutatione organi a sensibili: nō aut eodem modo intelliguntur a nobis substantiae materiales, quae intelliguntur p modū abstractionis, & substantiae immateriales, qd nō possunt sic a nobis intelligi, quā nō sunt earū aliqua phantasmata.

ARTICVLVS II.

Vtrum intellectus noster per cognitionem rerum materialium, possit peruenire ad intelligendum substantias immateriales.

¶ Super Quaestione octuagesima octauae Articuli secundū.

¶ Intellectus clarus. ¶ De cognitione perfecta. i. quidditate completa substantiarum immaterialium. ¶ In corpore duo. Primo, opinio Auerrois in com. 36. 3. de anima tenuit partem affirmatiuam quaestionis: & probat rationem in litera posita clarissime; sic, abstrahendo a materia

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, qd intellectus noster per cognitionem rerum materialium, possit peruenire ad intelligendum substantias immateriales. Dicit enim Dio. 1. cap. coel. Hier. qd non est possibile humani menti ad immaterialem illam sursum excitari celestium Hierarchiarum contemplationem, nisi secundum se materiali manu ductione vtatur. Relinquitur ergo, quod per materialia manu duci possumus ad intelligendum substan-

Elicitur ex text. 2. li. 1. de anima, tom. 2.

4+1 Locis supr. art. 1. ipdu-ctis.

ca. 1. circa medium.

terit aut est procedere in infinitum, & hoc non aut deuenit ad quidditatem puram: sed talis est quidditas substantie immaterialis, ergo &c. ¶ Quoad secundum, conclusio responsiva est negatiua. Per substantias materiales non possumus perfecte cognoscere substantias immateriales. Probatur simul improbando fundamentum Auempacae sic. Quidditas alteri rationis ab omni abstractibili & de nudabili a materia, non potest perfecte sciri per res materiales: sed substantiarum immaterialium natura est alterius rationis &c. Minor est per se nota apud peripateticos. Maior vero probatur: quia si affirmatio est causa affirmationis, negatio est causa negationis: consistat, quod similitudo inter quidditatem abstractibilem, & quidditatem separatam secundum re, est ratio, & fundamentum quare illa cognita, ista cognosci inferatur, ergo si non est similitudo, non est cognitio: sed non est similitudo nisi apud Platonicos, ponentes naturas subsistentes, esse naturas sensibilibus differentes tantum in modo essendi, ergo &c. ¶ Aduerte Nouit, quod inter nos & Scotum non est in re hac differentia, nisi forte in verbis. Conuenimus enim, quod per statum istum non cognoscimus cognitione perfecta usque ad ultimas differentias substantias immateriales: & quod cognoscimus de eis multa praedicata communia substantialem affirmatiua, & negatiua. &c. pura quae sunt substantie immateriales, actus &c. Sed nos Peripatetico sermone videntes dicimus, quod tota quam habemus, cognitio est quia est, & quid non est &c. & quod non cognoscimus de eis quod sunt, quoniam cognitio per communia, cognitio quia est, primo posteriorum appellatur. Illi vero, quia cognoscimus praedi-

Dam. li. 2. ca. 3.

Cap. 1. non multu. p. ad principio

Lib. 3. text. 36.

tias immateriales. ¶ 2. Præter. Scientia est in intellectu: Sed scientia & diffinitiones sunt de substantijs immaterialibus. Diffinitio. n. Dam. * angelus. & de angelis aliqua documenta traduntur: tam in theologicis quam in philosophicis disciplinis. Ergo substantie immateriales intelligi possunt a nobis. ¶ 3. Præter. Anima humana est de genere substantiarum immaterialium: Sed ipsa intelligi potest a nobis per actum suum, quo intelligit materialia. Ergo & alia substantia immateriales intelligi possunt a nobis per suos effectus in rebus materialibus. ¶ 4. Præter. Illa sola causa per suos effectus comprehendere non potest, quae in infinitum distat a suis effectibus. Hoc autem solius Dei est proprium. Ergo alia substantia immateriales creatae intelligi possunt a nobis per res materiales. SED CONTRA est, quod Dio. dicitur 1. c. de di. no. quod sensibilibus intelligibilia, & compositis simplicia, & corporalibus incorporalia apprehendi non possunt. RESPON. Dicendum, quod sicut Auempacae nomine posuit, quod per intellectum substantiarum materialium peruenire possumus firmam philosophiae principia ad intelligendum substantias immateriales. Cum enim intellectus noster natus sit abstrahere quidditatem rei materialis a materia: si iterum in illa quidditate sit aliquid materiae, poterit iterato abstrahere: & cum hoc in infinitum non procedat, tandem peruenire poterit ad intelligibilem aliquam quidditatem, quae sit omnino sine materia. Et hoc est intelligere substantiam immaterialem. Quod quidem efficaciter diceretur, si substantia materialis essent forma & species horum materialium: ut Platonici posuerunt. Hoc autem non posito: sed supposito, quod substantia immateriales sint omnino alterius rationis a quidditatibus materialium rerum: quantumcunque intellectus noster abstrahat quidditatem rei materialis a materia, nunquam perueniet ad aliquid simile substantie immateriali. Et ideo per substantias materiales non possumus perfecte substantias immateriales intelligere. AD PRIMUM ergo dicendum, quod ex rebus materialibus ascendere possumus in aliqualem cognitionem immaterialium rerum, non tamen in perfectam, quia non est suf-

ficiens comparatio rerum materialium ad immateriales: sed similitudines, si quae a materialibus accipiuntur ad immaterialia intelligenda, sunt multum dissimiles, ut Dio. dicitur 2. caele. hier. AD 2. dicendum, quod de superiori bus rebus in scientijs maxime tractatur per viam remotionis: Sic enim corpora caelestia notificat Aristoteles per negationem proprietatum inferiorum corporum. Unde multo magis immateriales substantiae a nobis cognosci non possunt, ut earum quidditates apprehendamus. Sed de eis nobis in scientijs documenta traduntur per viam remotionis, & alicuius habitudinis ad res materiales. AD 3. dicendum, quod anima humana intelligit seipsam per suum intelligere, quod est actus proprius eius: perfecte demonstrans virtutem eius & naturam. Sed neque per hoc, neque per alia, quae in rebus materialibus inveniuntur, perfecte cognosci potest immaterialium substantiarum virtus & natura: quia huiusmodi non adaequant earum virtutes. AD 4. dicendum, quod substantiae immateriales creatae, in genere quidem naturali non conueniunt cum substantijs materialibus, quia non est in eis eadem ratio potentiae & materiae, conueniunt tamen cum eis in genere logico: quia etiam substantiae immateriales sunt in praedicamento substantiae: cum earum quidditas non sit earum esse: sed Deus non conuenit cum rebus materialibus, neque secundum genus naturale, neque secundum genus logicum: quia Deus nullo modo est in genere, ut supra dictum est. Unde per similitudines rerum materialium aliquid affirmatiue potest cognosci de angelis secundum rationem communem, licet non secundum rationem speciei: de Deo autem nullo modo. ARTICVLVS III. Vtrum Deus sit primum quod a mente humana cognoscitur. Titulus clarus. Primum ordinis originis. ¶ In corpore duo. Primo, videtur directe quod sit. Secundo ostenditur, quid sit primum cognitum. ¶ Quoad primum, conclusio est, Deus non est primum quod a nobis cognoscitur. Probatur dupliciter. primo sic: substantiae immateriales creatae non possunt a nobis cognosci, ergo nec Deus. Secundo sic, Deus cognoscitur a nobis per creaturas, ergo non primo. Antecedens patet ad Rom. primo. ¶ Quoad secundum, conclusio est, Primum cognitum a nobis est quidditas rei materialis. Probatur, quia est proprius obiectum intellectus nostri. ¶ Aduerte hic duo. Primo, quod primitas cognitionis cum sit primitas obiectiua, quod oportet primo cognitum primo esse obiectum

causa pertinentia ad questionem quid est, topica lingua venter dicitur, quod cognoscimus quid sunt, imperfecte tamen. Unde est quod omittenda, quae de verbis tunc &c. ¶ Aduerte secundo, quod cum primum dicitur in ordine ad consequentiam, iuxta de veritate ordinis reuertitur, diuersimode quod per de primo cognitio: ordinando enim vniuersum in tres ordines, scilicet quidditatis materialis, & immaterialis, & alius puri: dicitur quod primum cognitum ab intellectu nostro ordine generationis, est quidditas materialis. Si vero quaerit inter quidditates rerum materialium quae est primum cognitum, hoc alterius inquisitionis est. Et iam de hoc scripsi in commentariis de Ente & essentia, quae questionem non perueniam.

SED CONTRA est, quod dicitur Ioan. 1. Deum nemo vidit vnquam. RESPON. Dicendum, quod cum intellectus humanus secundum statum praesentis vite non possit intelligere substantias immateriales creatas, ut dictum est: multo minus potest intelligere essentiam substantiae increatae. Unde simpliciter dicendum est, quod a nobis cognoscitur, sed magis per creaturas in Dei cognitionem peruenimus secundum illud Apostoli ad Rom. 1. Inuisibilia Dei, per ea quae facta sunt, intellecta conspiciuntur. Primum autem quod intelligitur a nobis secundum statum praesentis vitae, est quidditas rei materialis, quae est nostri intellectus obiectum, ut multoties supra dictum est. AD PRIMUM ergo dicendum, quod in luce primae veritatis omnia intelligimus & indicamus, in quantum ipsum lumen intellectus nostri, siue naturale, siue gratuitum, nihil aliud est quam quaedam impressio veritatis primae, ut supra dictum est. Unde cum ipsum lumen intellectus nostri non se habeat ad intellectum nostrum sicut quod intelligitur, sed sicut quod intelligitur multo minus Deus est id quod primo a nostro intellectu intelligitur. AD 2. dicendum, quod propter quod vnquodque illud magis, intelligendum est in his quae sunt vnus ordinis, ut supra dictum est. Propter Deum autem alia cognoscuntur, non sicut propter primum cognitum, sed sicut propter primam cognoscitiam virtutis causam. AD 3. dicendum, quod si in anima nostra esset perfecta imago Dei: sicut filius est perfecta imago patris, statim mens nostra intelligeret Deum. Est autem imago imperfecta. Unde ratio non sequitur. ¶ Super Questionem de agnoscendo articulo primo. Titulus clarus. Hoc tamen in eo adue te, quod supponitur. hic animam dari separati a corpore, & quaeritur de hac operatione, quae est intelligere. ¶ In corpore quatuor. Primo, ostendit in quo est ratio difficultatis in hac quaestione. Secundo, ostendit modum soluendae quaestione. Tertio, auget difficultatem. Quarto, soluit, ibi, considerandum. ¶ Quoad primum

¶ Sexto, Vtrum possit vti habitu scientiae hic acquisita. ¶ Septimo, Vtrum distantia localis impediatur cognitione a se separata. ¶ Octauo, Vtrum anima separata a corporibus, cognoscat ea quae hic aguntur. ARTICVLVS PRIMVS. Vtrum anima separata aliquid intelligere possit. AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod anima separata nihil omnino intelligere possit. Dicit enim Philosophus in 1. de Anima, quod intelligere corruptiuius quodam corrupto. Sed omnia interiora hominis corrumpuntur per mortem. Ergo & ipsum intelligere corrumpitur. ¶ 2. Præter. Anima humana impeditur ab intelligendo per ligamentum sensus, & perturbata imaginatione, sicut supra dictum est. Sed morte totaliter sensus & imaginatio corrumpuntur, ut ex supra dictis patet. Ergo anima post mortem nihil intelligit. ¶ 3. Præter. Si anima separata intelligit, oportet quod per aliquas species intelligat. Sed non intelligit per species innatas: quia a principio est sicut tabula, in qua nihil est scriptum: neque per species quas abstrahat a rebus, quia non habet organa sensus & imaginationis, quibus mediantibus species intelligibiles abstrahuntur a rebus. Neque etiam per species prius abstrahat & in anima conseruatas: quia sic anima pueri nihil intelligeret post mortem: neque etiam per species intelligibiles diuinitus influxas. haec enim cognitio non esset naturalis, de qua nunc agitur, sed gratia. Ergo anima separata a corpore nihil intelligit. SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 1. de Anima, quod si non est aliqua operatio, anima propria, non contingit ipsam separari. Contingit autem ipsam separari. Ergo habet aliquam operationem propriam & maxime eam, quae est intelligere. Intelligit ergo, sine corpore existens. RESPON. Dicendum, quod ista quaestio, difficultatem habet ex hoc, quod anima quantum est corpori coniuncta, non potest aliquid intelligere non conuertendo se ad phantasmata, ut per experientiam patet. Si autem hoc non est ex natura a se, sed per accidens hoc conuenit ei ex eo quod corpori

duo dicitur effectum certum, & causa incertitudinem effectus certus est modus intelligendi, sicut licet per conuersionem ad phantasmata: hoc enim in nobis experitur, quod sine phantasmate nihil intelligimus, sed quare sic intelligimus, an scilicet causa huius sit natura anima, an potest alligatio anima ad corpus, ambiguum est: & inde prouenit difficultas nostrae quaestione. Si enim causa huius est non natura anima, sed hoc conuenit ei per accidens, sicut propter alligationem ad corpus, ut Plat. posuit: aut per dispositionem ex sensibilibus, ut Aue. dixit, facilis quidem est solutio quaestione nostrae, ut patet. Sed obstat quod licet vnio anima ad corpus non esset propter melius animae, contra illud principium, Materia est propter formam. Si vero causa huius est natura anima: licet saluetur hoc principium, non tamen solui potest quaestio mota: quoniam cum nunquam anima perdat suam naturam, nunquam intelliget sine phantasmate: & sic separata erit ociosa. Undique ergo restat difficultas. ¶ Aduerte hic, quod S. Tho. breuitatim studens, omisit opinionem mediam quae est Aue. quia eam superius reprobauerat, cum de scientia nostra esset quaestio. Et quia quo ad propositum in idem redit, cum Pla. quoniam apud vtrumque vnio a se ad corpus non est pro melius: quia anima seipsa apud vtrumque habitus est vt proportio nata sibi predictio ne a substantijs immaterialibus suscipiat. In cuius signum, anima separata ab infante oia perfecte nouit: non ergo vnus corpori pro melius: si tamen distincte contra ea procedere placet, vide i q. de Anima q. 15. ¶ Circa

443 3. q. 1. arti. 2. Et 3. di. 3. q. 2. arti. 4. Et 4. diff. 50. q. 1. arti. 1. & 2. Et ver. q. 19. arti. 1. & 2. Et de Anima arti. 15. 16. & 17. * Lib. 1. de Aia, text. 66. tom. 2.

¶ Q. 8. arti. 7. & 8.

* Q. 87. arti. 8.

Lib. 1. de Aia, text. 13. to. 2.

423

QVAESTIO LXXXIX.

De cognitione animae separatae, in octo articulos diuisa.

¶ Et circa hoc quaeritur octo. ¶ Primo, Vtrum anima separata a corpore, possit intelligere. ¶ Secundo, Vtrum intelligat substantias separatas. ¶ Tertio, Vtrum intelligat omnia naturalia. ¶ Quarto, Vtrum cognoscat singularia. ¶ Quinto, Vtrum habitus scientiae hic acquisita remaneat in anima separata.

876

¶ Circa hanc partem primam occurrit dubium: quia insufficientis videtur distinctio supposita in litera, scilicet quod oportet animam intelligere aut per conuersionem ad phantasmata, aut per conuersionem ad superiora. Stat enim quod intelligat tertio modo, scilicet per conuersionem ad obiecta cognoscibilia, quaecumque sint illa, siue corporea, siue incorporea. Et hic modus, & est communior utroque, & est naturalis animae in omni statu: & sic ex hoc quod anima intelligit per conuersionem ad phantasmata, non confurgit tanta difficultas huius quod quod phantasmata sunt quaedam obiecta intellectus: ut patet in 3. de Anima. Quod autem deur hic tertius modus intelligendi, scilicet per conuersionem ad obiecta corporea praeter phantasmata, probat Scot. in 4. dist. 15. quae 2. tripliciter. Primo, quia quicquid potest phantasma esse intellectui agente, potest etiam obiectum, cuius est phantasma cum eodem. Secundo, quia aliter natura animae esset vilissima, probatur sequela: quoniam ipsa ex intrinsecis, etiam extrinsecis concurrentibus obiectis, in nullam posset operationem: cum tamen lapis possit ex intrinseco in proprium opus: puta descendere. Tertio, quia pluralitas non est ponenda sine necessitate: sed nulla necessitas cogit ponere istam meditationem specierum a Deo vel angelis: quia ipsa natura animae sufficit, cum obiectis ad actum seipsum. ergo &c.

¶ Ad hoc breuiter dicendum est, quoniam materia ista superius fuit discussa: quod distinctio posita est sufficientissima: & apud philosophos est ut principium, & est a natura solitudine demonstratum. Ut quid enim natura tot preparationibus quidditates sensibilibus, spirituales magis per sensus continetur redderet, si obiecta extra, facta essent cooperari intellectui agenti?

¶ Ad primam ergo obiectionem negatur assumptum, & ad probationes eius, superius responsum fuit.

¶ Ad secundam vero dicitur, quod ratio peccat. Primo, quod nulla est virtus alicuius naturae passivae: si non concurrentibus propriis a suis non reducta in actu. Modus obiecta corporea extra, sunt intelligibilia in potentia, utriusque aut respectu possibilis sunt intelligibilia in actu: qualia sunt phantasmata illustrata: non lapis illustratus: quia lapis per esse in summo gradu materialitatis repugnat illustrari, non aut phantasmata: quod in summo gradu spiritualitatis est. Peccat secundo, quia vnumquodque tunc est vile, quod concurrentibus his quae sui generis sunt, non possit in proprium opus: non autem si non possit concurrentibus rebus aliorum generum: modo anima separata est de genere substantiarum intellectualium, & non corporum: & ideo vilis esset si cum substantiis separatis non intelligeret: non autem si cum corporibus. Peccat tertio, quia, ut dicitur in 2. cor. 11, non est vilis quod pluribus extraneis eger ad suum opus illo, quod nullo eger extraneo: quando opus egentis pluribus, est altioris ordinis: hoc vero inferioris, ut patet ibi: modo constat quod intelligere quod est finis & opus animae, est longe altioris ordinis quam sit bonum lapidis & aliorum inferiorum: & ideo dato quod anima valde multis extraneis egeret, & alia non: propterea non sequeretur vilitas animae. Peccat quarto: quia imaginatur arguens modum intelligendi per conuersionem ad superiora, esse extra ordinem naturalis perfectionis ipsius animae, ac si ponamus quod anima separata cum omnibus sibi naturaliter cooperantibus non possit intelligere, ac per hoc ponatur destituta propria operatione: & quod quasi ex quadam largitate superiora impartiant ei species. Sed haec puerilia sunt: ut enim in ratione ad vltimum in litera dicitur, cooperatio superiorum ad formationem animae naturalis est, & cum primum anima separata est, conuertitur naturaliter ad superiora tanquam ad propria perfectiva illius pro statu illo. Unde patet responso ad tertium: nulla enim ponitur superfluitas, imo est summa necessitas ponendi talem modum intelligendi, eo quod aliter non posset anima de nouo aliquid naturaliter nosse.

¶ Circa eandem partem occurrit dubium ex alio capite. Quia stante sufficientia distinctionis, nulla videtur nasci difficultas: ut propter hoc anima videretur, vni corpori non propter melius. Ad hoc enim facillime posset dici cum Scoto, vbi supra: quod animam vni corpori propter melius, potest dupliciter intelligi. Vno modo propter melius sibi: alio modo propter melius composito. Et licet anima non videretur corpori propter melius, vni corpori tamen propter melius hominis, & sic non oportet tantam sollicitudinem, quanta in hoc articulo assumpta est, propter hoc assumere. Et confirmatur hoc: quia partes sunt propter totum: cuius esse & perfectio absque eorum vnione haberi non potest.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quod licet ista fuga prima facie appareat rationabilis: perspicentibus tamen philosophia principia, fuga videtur. Verum quippe est partes esse propter totum, & vni propter melius: cum hoc tamen necessario exigit, ut verum est sit, quod materia sit propter formam, & quod vno partium sit etiam propter melius formae: super hoc autem confurgit difficultas quaestionis. Et confirmatur, quia si vniuersaliter corpus est propter animam, ut materia propter formam, maxime debet esse propter formam, quae habet proprium operari: cui non communicat materia nec compositum: quoniam haec maxime habet rationem optimi & finis: sed anima intellectualis est huiusmodi. ergo de ea maxime verificari debet, quod vniatur propter melius, non solum compositi, sed proprium: & sic stat difficultas in suo arduo.

¶ Quod ad secundum dicitur quatuor. Primo, quod stat animam habere duos modos operandi, scilicet cum phantasmate & sine phantasmate, & hoc probat sic. Anima habet duos modos essendi in actu, ergo duos modos operandi. Antecedens supponitur: quia habet quandoque esse coniunctum corpori, & quandoque separatum ab eo. Consequente probatur ex eo, quod vnumquodque operatur secundum quod est actu, id est operatio sequitur esse in actu. ergo & modus operandi modum essendi in actu. Secundo, ibi, manente tamen, excludit obiectionem praetactam in difficultate quaestionis, dicens stare haec duo simul, scilicet quod vni corpori sit ex natura animae & quod natura animae non mutatur habendo alium modum essendi: hoc enim est, quod difficultatem faciebat. Si ex natura sua anima vendicat sibi corpus, quo pacto manente eadem natura, poterit absque corpore operari? Manifestat autem haec stare simul exemplo a naturalibus: graua enim & leuia non mutant naturas suas, & tamen aliud conuenit eis, cum sunt in propriis locis, & aliud cum sunt extra propria & naturalia loca. Tertio, declarat quales sint isti modi tam essendi quam operandi quo ad naturalia ibi. Anima igitur: & concludit, quod esse in corpore & intelligere cum phantasmate est naturale animae: esse vero separatum & intelligere per conuersionem ad superiora, est ei praeter naturam. Quarto ex hoc applicat ad propositum, concludendo, quod anima vniatur corpori propter melius: quia propter naturalem modum intelligendi consequendum.

¶ Circa hanc secundam partem dubium occurrit circa illam consequentiam: Anima habet duos modos essendi, scilicet coniunctum & separatum, ergo duos operandi, scilicet per conuersionem ad phantasmata & superiora. Videtur enim inefficax. Quoniam cum operatio modificetur & ex parte operationis & ex parte obiecti: verum quidem est quod modus operandi ex parte operantis causetur ex modo essendi: sed rationi non consonat, quod modus operandi ex parte obiecti, causetur ex modo essendi operantis. In proposito autem constat, quod hi modi, scilicet conuersionem ad phantasmata & per conuersionem ad superiora tenentur ex parte obiecti, ut patet. ergo diuersitas horum modorum non tenetur ex diuersitate modi essendi ipsius animae. Sed bene potuisset inferri ex tali diuersitate diuersus modus operandi: puta ut quod, & ut quod. Unde Scot. in quarto dist. 45. quae 2.

¶ Ex hoc inquit, quod anima est separata a corpore in essendo, non sequitur quod sit separata a corpore ut obiecto in operando: ita enim potest separata sicut coniuncta corpori, obiecto copulari operando. Praeterea inquit, si ex esse separata anima conuerteretur ad superiora, sequeretur quod anima separata, esset capacior influentiae superioris, quam anima coniuncta corpori glorioso: sed hoc est falsum, ergo &c.

¶ Ad haec dicitur, quod quemadmodum in litera dicitur, cum vnumquodque operetur secundum quod est actu: consequens est, quod iuxta modum essendi, sit etiam modus operandi: ita quod, vniatur ad obiecta, non tamen operetur variari modum operandi, secundum id, quod ex modo essendi causatur: & hoc est perculdubio verum.

¶ In proposito autem dico, quod hi modi, licet pntentur ad obiecta, non tamen radicaliter se tenent ex parte modorum essendi intelligentis, ita quod negandum est, quod hi modi non tenentur ex parte operantis.

¶ Ad cuius evidentiam breuissime recolito, quod ex hoc, quod anima intellectualis est forma immaterialis, & tamen in materia, ut dicitur in 2. phys. tex. 26. nabitur quod proprium perfectum eius est partim immateriale, & partim in materia: intelligibile enim in actu, quod est perfectum aie in phantasmate & intellectu agente existens, immateriale & in materia quodammodo est, ut ex dictis patet. Cessante ergo tali modo essendi ipsius aie, necesse est cessare illius effectum, scilicet esse perfectibilem a tali perfectiuo, scilicet partim materiali & partim immateriali: & consequenter succedente alio modo essendi, omnino sine materia, cessanteque est, ut succedat alter effectus, scilicet sit perfectibilis ab his quod omnino sunt sine materia. Et sic hi modi, quos concernat diuersitas ex parte obiecti, nascuntur tamen ex parte operantis: immo ex modis essendi operantis. Cuius signum est quod apud philosophos, omnis substantia intellectualis separata naturaliter a corpore, nihil accipit a corporibus.

¶ Ad primum vero eorum quae dicitur Scot. iam patet, quod separatio in essendo infert separationem in operando, & iam superius ostensum est, quod impossibile est separatum aliquid, pati a corpore impressionem aliquam intelligibilem &c.

¶ Ad vltimum vero dicitur, quod est impertinens: quoniam de naturali cognitione & conditione animae est fermo: status autem animae in corpore glorioso, miraculosus est. Unde nihil obstat proposito, si anima coniuncta tali corpori sit magis, aut non minus capax talis influentiae. Non enim quaerimus, quid Deus per miracula possit: sed quid rerum ordini absque miraculis congruat, unde non sunt miraculosa inferenda.

¶ Circa hanc partem dubium est, quia in litera dicitur, quod intelligere per conuersionem ad superiora est praeternaturale animae. Hoc enim videtur falsum. Tum, quia praeternaturale exorbitat a naturali: ac per hoc non potest esse perpetuum nec diuturnius naturale: constat autem hunc modum intelligendi esse, & diuturnius alio, & perpetuum secundum naturam cursum. Tum, quia praeternaturale non nascitur ex natura rei, cui est praeternaturale, ut patet: constat autem quod ex natura animae humanae nascitur vterque modus essendi successiue in ea. ergo vterque modus intelligendi, ergo neuter est praeternaturalis.

¶ Ad evidentiam huius difficultatis scito, quod est duplex modus essendi & intelligendi est naturalis animae successiue: nam esse in corpore est naturale ei in principio: esse vero extra, est naturale ei in fine, quemadmodum homini inest duplex modus viuendi, scilicet in vtero materno in principio, & extra vterum in fine, seu post principium, & secundum hanc viam facile solui videtur omnia. Derelicta tamen est a S. Tho. quia ut ex dicendis apparuit, profundius scrutatus est naturam animae. Est ergo alter modus dicendi qui habetur in litera, quod scilicet, vnum est naturale, & alter praeternaturalis. Vbi scito, quod praeternaturale non est idem, quod contra naturam, sed est communius quid

& superius ad id, quod conuenit alicui contra naturam, & supra naturam, & extra naturam, & quomodo libet aliter, quam secundum propriam naturam: in proposito autem sumitur praeternaturale pro eo, quod est supra naturam, non miraculose, sed supra naturam propriam ipsius animae.

¶ Ad cuius evidentiam scito, quod quod admodum ignis habet duos motus, alterum naturalem, scilicet quo mouetur sursum, alterum praeternaturalem, scilicet supra propria naturam, quo mouetur circulariter, sequens motum diurnum: & iste praeter naturalis est perpetuus, & conuenit ei, & quod participat naturam superiorem coelestem, scilicet participatio conuenit ei ex eo, quod obtinet primatum in sphaera elementari: semper enim supra motum infimi attingit infimum supremum, ut dicitur in 7. c. de di. No. Ita in proposito, anima intellectualis, quia est suprema forma in materia existentium secundum sui supremum, participat aliquid de natura substantiarum separatarum: & secundum seipsam absolute aliquid aliud vendicat sibi proprium: secundum enim propriam naturam ut sic, vendicat sibi esse in corpore, & intelligere per conuersionem ad phantasmata: quod est essentialis pars: & in vero quod participat substantias separatas, habet quod sit extra corpus, ut illae sunt, & intelligat per conuersionem ad intelligibilia simpliciter, ut illae intelligunt: & sic ille modus est simpliciter naturalis animae, hic vero praeternaturalis. Nec inconuenit, quod huiusmodi praeternaturale sit diuturnius aut perpetuum: quoniam non ea ratione dicitur praeternaturale, quia exorbitat a natura, quia non est contra illam, sed quia est supra illam: ut patet manifeste in motu circulari ignis, qui indefesse semper ei actu conuenit. motus autem sursum non conuenit ei semper actu. Nec inconuenit etiam tale praeternaturale nasci ex natura ipsius rei, non absolute, sed secundum quod participat in sui supremo naturam superiorem: ut patet in motu circulari ipsius ignis, qui innascitur ex hoc, quod ignis est in illo loco: esse autem in illo loco conuenit ei hoc, quod est supremum inter elementa: esse autem supremum inter elementa habet annexum hoc, quod participet naturam superiorem, coelestem scilicet. &c. ergo de primo ad vltimum, &c. ita in proposito ex hoc, quod anima humana est immortalis, & infima inter intellectuales, habet duo. Et quod exigit corpus medium inter contraria, & consequenter corruptibile, & quod possit remanere sola. Sed primum ex propriis habet, ex quibus habet quod ratiocinetur, & colligat scientiam ex sensibus. Secundum vero, ex participatione superiorum in sui supremo: ex qua etiam nunc habet, quod intelligat principia, & quod quid est. Et quoniam hoc profundioris erat perquisitionis, & rationi magis est consonum, quoniam difficilius: ideo diuus Thomas hanc semper tradidit vbiq; doctrinam: nec vnumquam voluit Auicennae facilitatem sectari.

¶ Quo ad tertium obiectionem contra dicta, ex comparatione istorum modorum intelligendi, quo ad nobilitatem, scilicet. Intelligere per conuersionem ad superiora est nobilior, quam per conuersionem ad phantasmata: & vterque modus conuenit animae per praedicta. ergo ille magis affirmandus est naturalis animae, quam iste: & tenet sequela, quia vnumquodque semper naturaliter ordinatur ad melius de possibilibus: tunc vltra ille modus est naturalis animae, ergo anima non eger vnione ad corpus, propter consequendum suum naturalem modum intelligendi.

¶ Quo ad quartum, soluit, distinguendo antecedens: & dicendo, quod intelligere per conuersionem ad superiora est nobilior, & melius simpliciter, sed non anima: & ideo, cum vnaquaeque res naturaliter ordinatur, non in melius simpliciter, sed in melius sibi, consequens est, quod anima non ordinatur naturaliter ad intelligendum per modum substantiae separatae, quod est melius simpliciter, sed ad intelligendum per conuersionem ad phantasmata, quod est melius sibi: & ideo naturaliter vniatur corpori propter melius ipsius animae, ut prius dicebatur. Primam partem huius distinctionis, scilicet. Intelligere per conuersionem ad superiora, est nobilior.

Prima S. Tho. P P 2 nobilior

nobilius simpliciter, quam per conuersionem ad phantasmata...

D. 133. 282

ditur illud lumē & diuersificatur, sicut accidit in lineis a centro egredientibus...

habent de rebus. Minor autem, scilicet quod iste modus sit naturalis...

¶ Circa hanc quartam partem dubitatur. Cū n. dicitur quod modus intelligendi per conuersionem ad superiora est nobilior...

dicitur quod iste est vniuersaliter nobilior, & subditur quod iste in anima nostra est imperfectior...

quod perfectam & propria cognitione de rebus habere possent, sic naturaliter sunt instituta...

AD PRIMVM ergo dicendū, quod si diligenter verba Philosophi discutiantur...

AD 3m dicendū, quod anima separata non intelligit per species innatas...

si tenebris nobilior est tenebroso seu vmbroso: sed ille modus est in puro lumine...

¶ Præter. Operatio ex genere suo incorporea, quamuis permittatur admisceri...

Ipsius animæ: vt in corpore articuli dictum est. Nec putes istum istum dici diuinum...

¶ Super Questionem 1am. Vtrum anima separata intelligat substantias separatas.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur, quod anima separata non intelligat substantias separatas...

¶ Circa antecedens, dubium magnum occurrit: quoniam anima nostra est pura potentia in genere intelligibilium...

¶ Ad hoc est dicendum, quod anima nostra secundum propria naturam est intelligibilis in pura potentia...

Et quia talem modum essendi exigit propter bonum suum: ex eadem radice pullulat conuersio ad phantasmata...

¶ 2. Præter. Omne quod cognoscit, vel cognoscit per sui presentiam, vel per suam speciem...

¶ 3. Præter. quā Philosophi posuerunt in cognitione separatarum substantiarum consistere ultimam hominis felicitatem...

¶ Circa primam consequentiam aduerte, quod quibus autoritas Aug. loquatur de anima nostra in statu isto...

¶ Circa secundam consequentiam dub. occurrit. Quia aut interdicte Prima S. Tho. PP 3 quod

44

D. 117.

Eodem r. de An. textus.

44

Eodem r. de An. textus.

44

Eodem r. de An. textus.

44

Eodem r. de An. textus.

44

Eodem r. de An. textus.

44

Eodem r. de An. textus.

quod anima cognoscit incorporea per propriam substantiam...

Lib. 9. de Trin. c. 3. in fin. tom. 3.

Q. 88. artic. 1.

Arti. precedenti.

Q. 87. artic. 3.

separata cognoscunt alias animas separatas: sicut diues in inferno...

RESPON. Dicendum, quod sic dicitur Aug. dicit in 9. de Trin. Mens nostra cognitione rerum incorporearum...

quod impossibile est hoc modo plus nosse de aliis, quam habeatur ex modo quo ipsa anima est alia...

AD 4^m dicendum, quod aliquis respondere posset per hoc, quod Aug. dicit in 14. de Trin. quod mens semper meminit, semper se intelligit & amat. Quod quidem sic intelligitur, quasi anima ad sit actualis intelligentia & amor sui ipsius: sed huc intellectum excludit per hoc, quod subdit, quod non semper se cogitat discretam ab his, quae non sunt quod ipsa. Et sic patet, quod anima semper intelligit & amat se, non actualiter, sed habitualiter. Quamuis dici possit, quod percipiendo actum suum, seipsam intelligit, quodcumque aliquid intelligit. Sed quia non semper est actu intelligens, ut patet in dormiente, ideo oportet dicere, quod actus eius non semper maneat in seipsis, manent tamen semper in suis principijs. scilicet potentijs & habitibus. Vnde Aug. dicit in 14. de Trin. Si secundum hoc, facta est ad imaginem Dei anima rationalis, quod uti ratione atque intellectu ad intelligendum & conspiciendum Deum potest, ab initio quo esse coepit, fuit in ea Dei imago.

ARTICVLVS VIII.

Utrum imago diuinae trinitatis sit in anima solum per comparationem ad obiectum, quod est Deus.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur, quod imago diuinae trinitatis sit in anima, non solum per comparationem ad obiectum, quod est Deus. Imago enim diuinae trinitatis inuenitur in anima (sicut dictum est) secundum quod verbum in nobis procedit a dicente, & amor ab utroque. Sed hoc inuenitur in nobis secundum quod obiectum. Ergo secundum quod obiectum, inuenitur in mente nostra imago diuinae Trinitatis.

2^a Præter. Aug. dicit in 12. de Trin. quod cum quærimus in anima trinitatem, in tota quærimus, & non separatantes actionem rationalem in temporalibus a contemplatione æternorum. Ergo secundum temporalia obiecta inuenitur imago trinitatis in anima.

3^a Præter. Quod Deum intelligamus & amemus, conuenit nobis secundum gratiam donum. Si igitur secundum memoriam, intelligentiam, & voluntatem seu dilectionem Dei, attendatur imago trinitatis in anima, non erit imago Dei in homine secundum naturam: sed secundum gratiam. Et sic non erit omnibus communis.

4^a Præter. Sancti qui sunt in patria, maxime conformantur imagini Dei secundum glorie visionem. Vnde dicitur 2. Cor. 3. In eandem imaginem transformamur a claritate

de quacumque alia differunt specie, & consequenter a specie diuini verbi, quod de Deo est: verba de ceteris rebus recedunt, & dissimilia sunt. Verbum autem in aia de Deo, ut obiecto, conuenit in specie obiecti cum diuino verbo: & propterea ipsum maxime representat speciem verbi diuini, & similitudo est dicendum de amore.

Quo ad secundum, ponitur duplex modus, quo anima fertur in Deum. scilicet immediate & mediate. Immediate, dum de ipso speculamur, & ipsum amamus. Mediate, dum ipsum in anima nostra contemplamur & amamus. Primus modus est, ut visio rei in se. Secundus, ut visio in speculo. Facta est autem haec distinctio propter beati Aug. auctoritatem, ut patet in littera.

de quacumque alia differunt specie, & consequenter a specie diuini verbi, quod de Deo est: verba de ceteris rebus recedunt, & dissimilia sunt. Verbum autem in aia de Deo, ut obiecto, conuenit in specie obiecti cum diuino verbo: & propterea ipsum maxime representat speciem verbi diuini, & similitudo est dicendum de amore.

Quo ad secundum, ponitur duplex modus, quo anima fertur in Deum. scilicet immediate & mediate. Immediate, dum de ipso speculamur, & ipsum amamus. Mediate, dum ipsum in anima nostra contemplamur & amamus. Primus modus est, ut visio rei in se. Secundus, ut visio in speculo. Facta est autem haec distinctio propter beati Aug. auctoritatem, ut patet in littera.

Super Quaestione nonagesimae tertie. Articulus octauus. Titulus clarus. In corpore duo, primo responderet quaestio vna conclusio affirmatiua. Secundo, distinguitur modus eius.

Quo ad primum, conclusio est. Imago trinitatis attenditur in anima secundum quod fertur, aut nata est ferri in Deum, notitia, & amore &c. Probatur. Imago est similitudo representans speciem. ergo imago trinitatis in anima est secundum representationem speciei diuinarum personarum. ergo secundum quod anima Deum intelligit & amat, actu vel potestate. An recedens patet cum prima consequentia. secunda vero probatur ex hoc, quod verbum Dei, & similitudo amor in ipso Deo, ab ipso Deo, ut obiecto specificatur, ut patet ex dictis supra. Vltima vero consequentia probatur ex hoc, quod diuersitas obiectorum variat speciem verbi & amoris. Et probatur in littera inductiue, ac per hoc, verbum in anima de Deo obiectiue, & verbum

tas obiectorum diuersificat speciem verbi & amoris. Non enim idem est specie in corde hominis, verbum conceptum de lapide & de equo: nec idem specie amor. Attenditur igitur diuina imago in homine, secundum verbum conceptum de Dei notitia, & amorem exinde derivatum. & sic imago attenditur in anima secundum quod fertur, vel nata est ferri in Deum. Fertur autem in aliquo mens dupliciter. Vno modo, directe & immediate. Alio modo, indirecte & mediate, sicut cum aliquis videndo imaginem hominis in speculo, dicitur ferri in ipsum hominem. Et ideo Aug. dicit in 14. de Trin. quod mens meminit sui, intelligit se, & diligit se. Hoc si cernimus, cernimus trinitatem: nondum quidem Deum: sed iam imaginem dei. Sed hoc est, non quia fertur mens in seipsam absolute: sed prout per hoc, vltimus potest ferri in Deum, ut patet per auctoritatem supra inductam.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod ad rationem imaginis non solum oportet attendere, quod aliquid procedat ab aliquo: sed etiam quid a quo procedat. scilicet quod verbum Dei procedit a notitia de Deo.

AD 2^m dicendum, quod in tota quidem anima inuenitur aliqua trinitas: non quidem ita, quod praeter actionem temporalium & contemplationem æternorum quaeratur aliquod tertium, quo trinitas impleatur, prout ibidem subditur: sed in illa parte rationis, quae derivatur a parte temporalium, etsi trinitas inueniri possit: non tamen imago Dei potest inueniri, ut postea dicitur: quia huiusmodi temporalium notitia aduentitia est anima, & habitus etiam ipsi quibus temporalia cognoscuntur, non semper adsunt: sed quandoque quidem praesentialiter adsunt, quandoque autem secundum memoriam tantum, etiam postquam a deesse incipiunt. Si cut patet de fide, quae temporaliter nobis aduenit in praesenti: in statu autem futuræ beatitudinis iam non

erit fides: sed memoria fidei.

AD 3^m dicendum, quod meritoria Dei cognitio & dilectio non est nisi per gratiam. Est tamen aliqua cognitio & dilectio naturalis, ut supra habitum est. Et hoc etiam ipsum naturale est, quod mens ad intelligendum Deum ratione uti potest, secundum quod imaginem Dei semper diximus permanere in mente: siue haec imago Dei ita sit abolita, quasi obumbrata, ut pene nulla sit, ut in his qui non habent usum rationis: siue sit obscura atque deformis, ut in peccatoribus: siue sit clara & pulchra, ut in iustis, sicut Aug. dicit in 14. de Trin.

AD 4^m dicendum, quod secundum visionem glorie temporalium uisio ad Dei imaginem pertinet. Et hoc est quod Aug. dicit in 14. de Trin. quod in illa natura, cui mens feliciter adheret, immutabile uidebit omne quod uidebit. Nam & in ipso uerbo uidebitur sunt rationes omnium creaturarum.

erit fides: sed memoria fidei.

AD 3^m dicendum, quod meritoria Dei cognitio & dilectio non est nisi per gratiam. Est tamen aliqua cognitio & dilectio naturalis, ut supra habitum est. Et hoc etiam ipsum naturale est, quod mens ad intelligendum Deum ratione uti potest, secundum quod imaginem Dei semper diximus permanere in mente: siue haec imago Dei ita sit abolita, quasi obumbrata, ut pene nulla sit, ut in his qui non habent usum rationis: siue sit obscura atque deformis, ut in peccatoribus: siue sit clara & pulchra, ut in iustis, sicut Aug. dicit in 14. de Trin.

AD 4^m dicendum, quod secundum visionem glorie temporalium uisio ad Dei imaginem pertinet. Et hoc est quod Aug. dicit in 14. de Trin. quod in illa natura, cui mens feliciter adheret, immutabile uidebit omne quod uidebit. Nam & in ipso uerbo uidebitur sunt rationes omnium creaturarum.

ARTICVLVS IX.

Utrum similitudo ab imagine conuenienter distinguatur.

AD NONVM sic proceditur. Videtur, quod similitudo ab imagine non conuenienter distinguatur. Genus enim non conuenienter distinguitur a specie. Sed similitudo comparatur ad imaginem, ut genus ad speciem, quia ubi est imago, ibi est continuo similitudo: sed non conuertitur, ut dicitur in li. 8. q. 3. Ergo inconuenienter si similitudo ab imagine distinguatur.

2^a Præter. Ratio imaginis attenditur non solum per representationem diuinarum personarum: sed etiam secundum representationem diuinae essentiae: ad quam representationem pertinet immortalitas & indiuisibilitas. Non ergo conuenienter dicitur quod similitudo est in essentia, quia est immortalis & indiuisibilis, imago autem in alijs.

3^a Præter. Imago Dei in homine est triplex. scilicet naturae, gratiae, & glorie. ut supra habitum est. Sed innocentia & iustitia ad gratiam pertinet. Inconuenienter ergo dicitur, quod imago accipitur secundum memoriam intelligentiam & uoluntatem, similitudo autem secundum innocentiam & iustitiam.

4^a Præter. Cognitio ueritatis ad intelligentiam pertinet, amor autem uirtutis ad uoluntatem, quae sunt duae partes imaginis. Non ergo conuenienter dicitur, quod imago sit in cognitione ueritatis, similitudo in dilectione uirtutis.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit in li. 8. q. 3. Sunt qui non frustra intelligunt duo dicta esse ad imaginem & similitudinem, cum si una res esset, unum nomen sufficere potuisset.

Super Quaestione nonagesimae tertie. Articulus nonus. Titulus istius articuli occasionatus est ex verbis Gen. 1. ubi dicit, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. In corpore vna conclusio responsiua quae sito bimembris. Similitudo dupliciter potest distingui ab imagine. Vno modo, ut praambula ad ipsam. Alio modo, ut subsequens & perficiens ipsam. Probatur, & declaratur primo ueritas distinctionis. Secundo, explanantur singula membra. Distinctio probatur sic. Vnum est commune omnibus, & potest ad singula aptari, sicut bonum & verum, ergo, & similitudo, ergo ut bonum se habet ut praambulum & subsequens respectu particularis boni, ita etiam similitudo se habere potest ad imaginem, ut praambula, & ut subsequens. Antecedens probatur, quia est transcendens sicut illa. Prima consequentia uero probatur, quia similitudo sequitur unum, & probatur ex 5. Meta. Secunda uero consequentia probatur, quia aequa est utrobique ratio. Communitas uero & perfectio respectu huius faciunt, quod bonum habeat se utroque modo. Vtraque autem conditio inuenitur in similitudine respectu imaginis, quia & communior est: non enim omnis similitudo

Ar. 4. huius quest.

Lib. 14. de Trin. c. 4. tom. 3.

Lib. 14. de Trin. c. 14. ca. sine, to. 3.

Super Quaestione nonagesimae tertie. Articulus nonus.

Titulus istius articuli occasionatus est ex verbis Gen. 1. ubi dicit, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.

In corpore vna conclusio responsiua quae sito bimembris. Similitudo dupliciter potest distingui ab imagine.

Vno modo, ut praambula ad ipsam. Alio modo, ut subsequens & perficiens ipsam.

Probatur, & declaratur primo ueritas distinctionis. Secundo, explanantur singula membra.

Distinctio probatur sic. Vnum est commune omnibus, & potest ad singula aptari, sicut bonum & verum, ergo, & similitudo, ergo ut bonum se habet ut praambulum & subsequens respectu particularis boni, ita etiam similitudo se habere potest ad imaginem, ut praambula, & ut subsequens.

Antecedens probatur, quia est transcendens sicut illa. Prima consequentia uero probatur, quia similitudo sequitur unum, & probatur ex 5. Meta.

Secunda uero consequentia probatur, quia aequa est utrobique ratio. Communitas uero & perfectio respectu huius faciunt, quod bonum habeat se utroque modo.

Vtraque autem conditio inuenitur in similitudine respectu imaginis, quia & communior est: non enim omnis similitudo

471 1. di. 28. q. 2 ar. 1. cor. Et 2. di. 16. ar. 4. Et 1. cor. 11. & 2. cor. 4.

Quaest. 51

Ar. 4. huius quest.

Lib. 83. q. 1. Q. 51. non remote 2 ptin. to. 4.

Lib. 83. q. 1. Q. 51. non remote 2 ptin. to. 4.

De statu & conditione primi hominis quantum ad intellectum, in quatuor articulis diuisa.

DEINDE considerandum est de statu, vel conditione primi hominis. Et primo, quantum ad animam. Secundo, quantum ad corpus.

Circa primum consideranda sunt duo. Primo, de conditione hominis quantum ad intellectum. Secundo, de conditione hominis quantum ad voluntatem.

Circa primum quaeruntur quattuor.

Primo, Vtrum primus homo viderit Deum per essentiam.

Secundo, Vtrum videre potuerit substantias separatas, i. angelos.

Tertio, Vtrum habuerit omnium scientiam.

Quarto, Vtrum potuerit errare, vel decipi.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum primus homo per essentiam Deum uiderit.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod primus homo per essentiam Deum uiderit. Beatus Damascenus in 2. libro dicit in 2. articulo. Et Aug. 1. dicit in 4. de Ciuitate dei. Si homines habebant affectus suos quales nunc habemus, quomodo erant beati in illo inenarrabilis beatitudinis loco, id est paradiso? Ergo primus homo in paradiso uidit Deum per essentiam.

2. Præter. Aug. dicit 14. de Ciuitate dei, quod primo homini non aberat quicquam, quod bona uoluntas adipisceretur. Sed nihil melius bona uoluntas adipisci potest, quam diuinæ essentiae uisionem. Ergo homo per essentiam Deum uidebat.

3. Præter. Visio Dei per essentiam est, qua uidetur Deus sine medio & sine ænigmate. Sed homo in statu innocentie uidit Deum sine medio, ut Magister dicit 1. dist. 4. lib. 1. uidit etiam sine ænigmate, quia ænigma obscuritatem importat: ut Aug. dicit 15. de Trin. Obscuritas autem introducta est per peccatum. Ergo homo in primo statu uidit Deum per essentiam.

SED CONTRA est, quod Apo-

Super Questionem nonagesimam quartam articulum secundum.

Titulus clarus. In corpore duo. Primo, directe responderet quæsitio. Secundo, ad bonitatem doctrinæ ostendit, qualem cognitionem primus homo de Deo habuit.

Quo ad primum, conclusio responsiva est negatiua. Primus homo, non uidit Deum per essentiam, sed communem statum illius uita. hæc conclusio primo declarat quantum ad uiciniam particulam, quare sit ad dicta, q. a. 1. posset aliquis dicere, quod de speciali gratia, Adā uidit Deum per essentiam, quando in sompore uenit. Deinde probatur. Videntes Deum per essentiam se habent ad ipsum sicut quilibet ad beatitudinem. ergo sunt stabili in amore eius, ergo non possunt peccare: sed Adam peccauit, ergo non uidit Deum per essentiam. Antecedens probatur, quia diuina essentia est ipsa beatitudo. Prima consequentia probatur, quia nullus potest beatitudinem nolle, aut eius oppositum. I. miseriam uelle: secunda uero est per se nota, quia peccata est auctori a Deo.

Aduerte quod quæ ex uisione Dei per essentiam optime nascitur impeccabilitas durat uisionem, ut superius probatum fuit: in proposito, ubi de statu primi hominis tractatur, optime etiam sequitur, quod si erat in statu uidentis Dei per essentiam, ergo erat in statu impeccabilis: & ideo subtiliter litera non momentaneam uisionem, sed statum uidentis Deum per essentiam perspicit, dicit, quod uidentes, in æternum peccare non possunt. Et sic excludit obiectio de peccato Pauli, & Moysi præcipue.

Quo ad secundum, est una conclusio. Primus homo cognoscebat Deum altiore cognitione quam nos, media

471. 1. & 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

stolus dicit 1. ad Cor. 15. quod non prius, quod spirituale est, sed quod animale. Sed maxime spirituale est uidere Deum per essentiam. Ergo primus homo in primo statu animalis uita, Deum per essentiam non uidit.

RESPON. Dicendum, quod primus homo Deum per essentiam non uidit secundum communem statum illius uita, nisi forte dicatur, quod uiderit eum in raptu, quando Deus immisit somporemi Adā, ut dicitur Gen. 2. Et huius ratio est, quia cum diuina essentia sit ipsa beatitudo, hoc modo se habet intellectus uidentis diuinam essentiam ad Deum, sicut se habet quilibet homo ad beatitudinem. Manifestum est autem, quod nullus homo potest per uoluntatem a beatitudine auerti. Naturaliter enim & ex necessitate homo uult beatitudinem, & fugit miseriam. Unde nullus uidentis Deum per essentiam potest uoluntate auerti a Deo, quod est peccare. Et propter hoc omnes uidentes Deum per essentiam, sic in amore Dei stabiliuntur, quod in æternum peccare non possunt. Cum ergo Adam peccauit, manifestum est, quod Deum per essentiam non uidebat. Cognoscebat tamen Deum quadam altiore cognitione quam nos cognoscamus. & sic quodammodo eius cognitio media erat inter cognitionem præsentis status, & cognitionem patriæ, qua Deus per essentiam uidetur. Ad cuius euidenciam considerandum est, quod uisio Dei per essentiam diuiditur contra uisionem Dei per creaturam: quanto autem aliqua creatura est altior & Deo similior, tanto per eam Deus clarius uidetur: sicut homo perfectius uidetur per speculum, in quo expressius imago eius refertur. & sic patet, quod multo eminentius uidetur Deus per intelligibiles effectus, quam per sensibiles & corporeos. A consideratione autem plena & lucida intelligibilium effectuum impeditur homo in statu præsentis per hoc, quod distrahitur a sensibilibus, & circa ea occupatur. Sed sicut dicitur Eccl. 7. Deus fecit hominem rectum. Hæc autem fuit rectitudo hominis diuinituti instituti, ut inferiora superioribus subderentur, & superiora ab inferioribus non impediretur. Vñ homo primus non impediebatur per res exteriores a clara & firma contemplatione intelligibilium effectuum, quos ex irradiatione primæ ueritatis percipiebat, siue naturali cognitione, siue gratuita. Unde dicit Aug. 1. 11

super Gene. ad lit. quod fortassis Deus primis hominibus antea loquebatur, sicut cum angelis loquitur, ipsa incommutabili ueritate illustrans mentes eorum, etsi non tanta participatione diuinæ essentiae quantum capiunt angeli. Sic igitur per huiusmodi intelligibiles effectus Dei, Deum clarius cognoscebat, quam modo cognoscamus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod homo in paradiso beatus fuit, non illa perfecta beatitudine in qua transferendus erat, quæ in diuinæ essentiae uisione consistit. Habebat tamen beatam uitam secundum modum: ut Aug. dicit 11. super Gene. ad lit. in quantum habebat integritatem & perfectionem quadam naturalem.

AD 2m dicendum, quod bona uoluntas est ordinata uoluntas. Non autem fuisset primi hominis ordinata uoluntas, si in statu meriti haberet uoluisse, quod ei promittebatur, pro premio.

AD 3m dicendum, quod duplex est medium. Quoddam, in quo simul uidetur, quod per medium uideri dicitur: sicut cum homo uidetur per speculum, & simul uidetur cum ipso speculo. Aliud medium est, per cuius notitiam in aliquid ignotum deuenimus: sicut est medium demonstrationis, & sine tali medio Deus uidebatur: non tamen sine primo medio. Non enim oportebat primum hominem peruenire in Dei cognitionem per demonstrationem sumptam ab aliquo effectu, sicut nobis est necessarium, sed simul in effectibus præcipue intelligibilibus suo modo Deum cognoscebat. Similiter etiam est considerandum, quod obscuritas quæ importatur in nomine ænigmatis, dupliciter potest accipi. Vno modo, secundum quod quælibet creatura est quoddam obscurum, si comparatur ad immensitatem diuinæ claritatis. Et sic Adam uidebat Deum in ænigmate, quia uidebat Deum per effectum creaturæ. Alio modo potest accipi obscuritas quæ consecuta est ex peccato, prout, si impeditur homo a consideratione intelligibilium per sensibilem occupationem. & secundum hoc non uidit Deum in ænigmate.

super Gene. ad lit. quod fortassis Deus primis hominibus antea loquebatur, sicut cum angelis loquitur, ipsa incommutabili ueritate illustrans mentes eorum, etsi non tanta participatione diuinæ essentiae quantum capiunt angeli. Sic igitur per huiusmodi intelligibiles effectus Dei, Deum clarius cognoscebat, quam modo cognoscamus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod homo in paradiso beatus fuit, non illa perfecta beatitudine in qua transferendus erat, quæ in diuinæ essentiae uisione consistit. Habebat tamen beatam uitam secundum modum: ut Aug. dicit 11. super Gene. ad lit. in quantum habebat integritatem & perfectionem quadam naturalem.

AD 2m dicendum, quod bona uoluntas est ordinata uoluntas. Non autem fuisset primi hominis ordinata uoluntas, si in statu meriti haberet uoluisse, quod ei promittebatur, pro premio.

AD 3m dicendum, quod duplex est medium. Quoddam, in quo simul uidetur, quod per medium uideri dicitur: sicut cum homo uidetur per speculum, & simul uidetur cum ipso speculo. Aliud medium est, per cuius notitiam in aliquid ignotum deuenimus: sicut est medium demonstrationis, & sine tali medio Deus uidebatur: non tamen sine primo medio. Non enim oportebat primum hominem peruenire in Dei cognitionem per demonstrationem sumptam ab aliquo effectu, sicut nobis est necessarium, sed simul in effectibus præcipue intelligibilibus suo modo Deum cognoscebat. Similiter etiam est considerandum, quod obscuritas quæ importatur in nomine ænigmatis, dupliciter potest accipi. Vno modo, secundum quod quælibet creatura est quoddam obscurum, si comparatur ad immensitatem diuinæ claritatis. Et sic Adam uidebat Deum in ænigmate, quia uidebat Deum per effectum creaturæ. Alio modo potest accipi obscuritas quæ consecuta est ex peccato, prout, si impeditur homo a consideratione intelligibilium per sensibilem occupationem. & secundum hoc non uidit Deum in ænigmate.

ARTICVLVS II.

Vtrum Adam in statu innocentie angelos per essentiam uiderit.

AD SECVDVM sic proceditur. Videtur, quod Adā in statu innocentie angelos per essentiam

Super Questionem nonagesimam quartam articulum secundum.

Titulus per essentiam, i. quidditate intelligere. In corpore duo. Primo respondet quæsitio directe. Secundo ad bonitatem doctrinæ ostendit qualem cognitionem habuit primus homo de angelis.

Quo ad primum, conclusio est negatiua. Primus homo non potuit uidere angelos per essentiam. Probatur. Primus homo naturaliter cognoscebat per cognitionem adphantasmata, ergo non poterat uidere angelos per essentiam. Antecedens probatur distinguendo statum anime dupliciter. scilicet in diuersos modos essendi, & de his supra dictum est, & secundum integritatem & corruptionem eiusdem modi essendi. Et de hac diuersitate est modo sermo, & ideo assignatur conuenientia & differentia inter hæc membra. Conueniunt in hoc, quod in statu naturæ tam integræ quam corruptæ, anima est accommodata corpori secundum animalem uitam. Probatur autoritate. Quia factus est homo in animam uiuentem. Differunt in hoc, quod corpus erat taliter anime subditum, & non impediens in statu illo, nisi impedit. Ex his enim patet antecedens. Si enim primus homo habuit animam accommodatam corpori secundum animalem uitam, ut in conuenientia dictum est: ergo intelligebat per conuersionem adphantasmata hic. n. modus intelligendi ex illo essendi non nascitur. Et nota illud uerbum, secundum animalem uitam, quod excludit obiectionem de anima corporis glorificati. Illa enim non est accommodata corpori ad perficiendum ipsam secundum uitam animalem: quoniam tunc non uiuere amplius uita animalis, sed ut Apolos dicit. Seminat animalis, & resurget

Li. 11. super Gene. c. 18. paulo a prin. to. 3.

D. 75.

473. 2. di. 23. q. 2. ar. 1. cor. Et veri. q. 8. arti. 5. & q. 4. arti. 6. cor.

Li. 5. Meta. tex. 20. to. mo. 3.

Arti. 1. huius quæst.

Li. 83. q. 1. circa finem, to. 4.

Ca. 2. to. 1.

Dama. li. 2. cap. 12.

*Cap. i. in principio.

Surget spirituale. Appellatur. n. aia- lis vita que alime- to, ceterisq; neces- sariis eget, de qua inferius erit sermo. ¶ Consequētia probatur, intelligēdo, qd perphantasmata aia mouet fm tres gra- dū, & nullū eorū ter- minatur ad perfectā cognitionē, nisi pri- mus. ergo sū potest videre angelos. Af- sumptū quo ad pri- mam partem probatur ex Diony. & ex- planatur qui sunt illi gradus: prim⁹ ad animam, secund⁹ ad angelos, tertius ad Deum. Secūda pars singillatī quo ad sin- gula membra proba- tur. Et primo, quod primus ad perfectā, idest quiddamū cognitionem termi- ni. anima ducit, ex- propōitione mediū: quia obiecto actus, actū potentia, po- tentiā substantia cō- mēsuratur. Secūdo, quod secundus non, ex ipropōitione me- dii ad terminū, quia .i. prima media non sunt adēquata nisi substantiā natu- raliter intelligētī p phantasmata, & si- militer ipsum proxi- mū mediū, .i. substā- tia anima non adē- quat substantiam su- periorē modo natu- raliter intelligē- tem: sed angelus nō intelligit per phan- tasmata. ergo ex ani- ma vita nō videtur. Tertio probatur, qd tertius minime per- ficitur propter excel- sum terminū. s. Dei, non soluas super ani- mam, sed etiam sup angelum, qui etiam vitus non facit esse, vt ducere seipsum in visionem Dei ob- illius infinitū excel- sum. Quo ad scdm, cōclusio est. Primus homo habebat excel- lentiorē cogni- tionis modū de an- gelis, quā nos. Pro- batur ratione: quia fixior erat & certior circa intelligibilia. Et confirmatur au- thoritate Gregorii.

viderit. Dicit. n. Greg. * in 4. dialo. F in paradiso quippe assueuerat ho- mo verbo Dei perfui, bonorum angelorū spiritibus cordis mundi- tia, & celsitudine visionis iteresse. ¶ 2 Præter. Anima in statu præsentī impeditur a cognitione substantiarum separatarum ex hoc, qd est vni- ta corpori corruptibili, quod ag- grauat animam, vt dicitur Sapi. 9. Vnde & anima separata substantias separatas videre potest: vt supra di- ctum est. * Sed anima primi homi- nis non aggrauabatur a corpore, cum non esset corruptibile. Ergo poterat videre substantias separatas. ¶ 3 Præter. Vna substantia separata cog- noscit aliā cognoscendo seipsam, vt dicitur in lib. de causis. Sed ani- ma primi hominis cognoscebat seipsam. Ergo cognoscebat alias substantias separatas.

SED CONTRA. Anima Adæ fuit eiusdem naturæ cū animabus nostris. Sed animæ nre nō possunt H nūc intelligere substantias separatas. Ergo nec anima primi hoīs potuit.

RESPON. Dicendum, qd sta- tus animæ hominis distingui po- test dupliciter. Vno modo, secundum diuersum modum naturalis esse. Et hoc modo distinguitur sta- tus animæ separata a statu animæ coniunctæ corpori. Alio modo, di- stinguitur status animæ secundum integritatem & corruptionem; ser- uato eodem modo essendi secundum naturam. & sic status innocē- tiæ distinguitur a statu hominis post peccatum. Anima enim hominis in statu innocentie erat cor- pori perficiēdo & gubernando ac- commodata, sicut & nūc. Vnde di- citur primus homo factus fuisse in animam viuētem, idest corpori vitam dantem, scilicet animalē. Sed huius vitæ integritatem habe- bat in quantum corpus erat tota- liter animæ subditum, in illo ip- sam impediens, vt supra dictum est. * Manifestum est autem ex præ- missis, qd ex hoc, quod anima est accommodata ad corporis guber- nationem & perfectionem secundum animalem vitam, competit animæ nostræ talis modus intelli- gendi, qui est per conuersionem ad phantasmata. Vnde & hic mo- dus intelligendi, etiam animæ pri- mi hominis competeat. Secundū autem hunc modum intelligendi,

Q. 89. ar. 3.

In proposi- 17. est hic li. inter ope- ra Arist. to mo. 3.

Art. præce- 7. Q. 84. ar. 7.

D. 70.

Cap. 4. par. 1. iter pri- & mediū.

motus quidam inuenitur in anima, vt Dio. dicit 4. cap. de di. no. fm tres gradus. Quorū primus est, fm quod a rebus exterioribus aggregatur anima ad seip- sam. Secundus aut est, prout anima ascendit ad hoc, qd vniatur virtutibus superioribus. v. n. i. s. angelis. Ter-

tius aut gradus ē, fm quod ulterius manuducitur ad bonum, quod est supra omnia. s. Deum. Secūdo igitur primus processum animæ, qui est a rebus exterioribus ad seipsam, perficitur animæ cognitio, quia. s. intel- lectuales operationes animæ, naturalem ordinē habet ad ea, quæ sunt extra, vt supradictum est. * Et ita p eorū cognitionem perfecte cognosci pot nostra intellectua- lis operatio, sicut actus p obiectum. & ipsam intel- lectualem operationem perfecte pot cognosci human⁹ intellectus, sicut potentia per proprium actum. Sed in secundo processu, nō inuenitur perfecta cognitio. Quia cum angelus non intelligat p conuersionem ad phantasmata: sed longe eminentiori modo (vt supra dictum est) prædictus modus cognoscendi, quo aia cognoscit seipsam, non sufficenter ducit in angeli cog- nitionem. Multo autem minus tertius processus ad perfectam notitiam terminatur. Quia etiā ipsi angeli p hoc, quod cognoscunt seipsos, non possunt pertin- gere ad cognitionem diuinæ substantiæ pp eius excel- sum. Sic igitur anima primi hominis non poterat q- dem videre angelos p essentiam, sed tñ excellentiorē modum cognitionis habebat de eis, quā nos habea- mus: quia eius cognitio erat magis certa & fixa circa interiora intelligibilia, q̄ cognitio nostra. Et pp tantā eminentiam dicit Grego. * qd intererat angelorum spi- ritibus. Vnde patet solutio ad primum.

AD 2^m dicendum, quod anima primi hominis deficiebat ab intellectu substantiarum separatarum, non erat ex aggrauatione corporis: sed ex hoc, quod obiectum ei connaturale, erat deficiens ab excellentia substantiarum separatarum. Nos autem deficiamus propter vtrumque.

AD 3^m dicendum, quod anima primi hominis nō poterat per cognitionem sui ipsius pertinere ad cog- noscendas substantias separatas, vt supra dictum est: quia etiam vnaquæque substantia separata cogno- scit aliam per modum sui ipsius.

ARTICVLVS III.

Vtrum primus homo habuerit scientiam omnium.

AD TERTIVM sic proce- ditur. Videtur, qd primus ho- mo nō habuerit scientiam omnīū. Aut enim habuit talem scientiam per species acquisitas, aut per species connaturales, aut per species infusas. Non autem per species ac- quisitas. Huiusmodi enim cogni- tio ab experientia causatur: vt di- citur in * 1. Meta. Ipse autem non- tunc fuerat omnia expertus. Simi- liter etiam, nec per species connaturales, quia erat eiusdem naturæ nobiscum: anima autem nostra est sicut tabula, i qua nihil est scriptū, vt dicitur in * 3. de Anima. Si autē per species infusas, ergo scientia eius quam habebat de rebus non erat eiusdem rationis cum scientiā nostra, quam a rebus acquirimus. ¶ 2 Præter. In omnibus indiuiduis eiusdem speciei, est idem modus cō- sequendi perfectionē. Sed alij ho- mines non statim in sui principiū

Q. 84. ar. 4.

411

Q. 85. ar. 1.

411

Loco citato in 2^a.

In corp.

¶ Super questionis nonagesimæ quartæ articuli tertii.

Titulus clarus. ¶ In corpore est vna cōclusio respon- siva trimembris. Pri- mus homo habuit scientiam omnium naturaliter scibiliū, supernaturalium ve- ro quantum opus erat ad vitæ regimē, neu- tra vero nesciebat. Probatur hæc con- clusio tali ordine. Primo enī probatur quo ad omnes par- tes per cōmune me- diū, quod est radix omnium membrorū: deinde singillatim ex illo medio singula membra deducuntur. Est autem processus iste. Perfecta natu- raliter sunt priora imperfectis, ergo res omnes istitute sunt a Deo in statu perfe- cto, ergo homo inti- tus est in statu, in quo possit statim ef- se aliorū principiū p instructionem & gu- bernationem. Tunc ultra. erat principiū per instructionē, ergo ha- bebat omnium in struibilem scientiam, ergo omnium quæ vir- tualiter continentur in primis principiis, ergo omnium naturaliter scibiliū. Et similiter erat principiū per gubernationem, ergo & mediōrū, reliquorūq; super naturalium, tantam- quanta opus fuerat, notitiam habebat. Rursus homo insti- tutus est in statu per- fecto, in quo & c. er- go eorum quæ neu- tra sunt, cognitionē non habuit. ¶ Antecedens declaratur & probatur. Declaratur, quod de prioritate quæ actus est prior potētia est sermo: probatur, qd ea quæ sunt in potē- tia, non reducuntur ad actū & c. Prima consequentia proba- tur, quia res institu- te sunt a Deo nō fo- lum vt essent, sed vt aliorum principia ef- ficerent. Hoc. n. est esse in statu prioris & p- fecto. Secūda vero consequentia proba- tur & confirmatur, quia homo potest ef- se aliorū principiū omnibus his modis. Confirmatur vero, quia sicut homo, qd potest esse principiū per generationem, factus est perfectus fm corpus, vt statim possit generare: pa- riter, quia potest esse ratione ani- mæ principiū per instructionem & gu- bernationem, factus est perfectus fm ani- mā, vt statim possit instruere & guber- nare. Alia vero sin- gulares consequen- tiæ declarantur. Pri- ma quidem, quia in- structio sine scientia fieri nequit. Secūda vero, quia in vni- uersis his homo na- tus est naturaliter instruitus. Tertia est p se nota. Prima quo- que cōsequētia quo ad aliā partē proba- tur, quia homo ordi- natur ad finem su- pernaturalē. Secūda sequitur ex hac ma- nifeste. Et confirma- tur ex statu præsen- ti quo ea quæ sunt fi- dei, nosse oportet. Ad tertium denique membrum cōsequē- tiæ probatio suppo- nitur ex appposito, quia. s. sicut Deus non deficit in ne- cessariis, ita non abundat superfluis in institutione rerū:

474

2. dist. 3. q. 2. arti. 3. Et verū.

18. arti. 4.

4.

¶ No- tū a p- 18. arti. 4.

¶ No- tū a p- 18. arti. 4.

¶ No- tū a p- 18. arti. 4.

¶ No- tū a p- 18. arti. 4.

¶ No- tū a p- 18. arti. 4.

¶ No- tū a p- 18. arti. 4.

¶ No- tū a p- 18. arti. 4.

¶ No- tū a p- 18. arti. 4.

¶ No- tū a p- 18. arti. 4.

¶ No- tū a p- 18. arti. 4.

¶ No- tū a p- 18. arti. 4.

habent omnium scientiam, sed ea per temporis successionem acqui- runt secundum suum modum. Er- go nec Adam statim formatus ha- buit omnium scientiam. ¶ 3 Præter. Status præsentis vitæ ho- mini conceditur, vt in eo pro- ficiat anima & quantum ad cog- nitionem & quantum ad meritum. Propter hoc enim anima corpori videtur esse vniata. Sed homo in sta- tu illo profecisset quantum ad me- ritum. Ergo etiam profecisset quā- tum ad cognitionem rerum. Non ergo habuit omnīū rerū scientiā.

SED CONTRA est, quod ipse imposuit nomina animalibus, vt dicitur Gene. 2. Nomina autem debent naturis rerum congruere. Ergo Adam sciuit naturas omnīū animalium, & pari ratione habuit omnium aliorum scientiam.

RESPON. Dicendum quod na- turali ordine perfectum præcedit imperfectum, sicut & actus poten- tiam: quia ea quæ sunt in potē- tia, non reducuntur ad actum nisi per aliquod ens actū: & quia res primitus a Deo institutæ sunt, non solum vt in se ipsis essent, sed etiā vt essent aliorū principia, ideo pro- ductæ sunt in statu perfecto, in quo possent esse principia aliorū. Ho- mo autem potest esse principiū alterius, non solum per generatio- nem corporalem, sed etiam per in- structionem & gubernationem. Et ideo sicut primus homo institutus est in statu perfecto quantum ad cor- pus, vt statim possit generare, ita etiam institutus est in statu perfe- cto quantum ad animam, vt statim possit alios instruere & gubernare. Nō pot aut aliquis instruere nisi ha- beat scientiā. Et ideo primus hō sic institutus est a Deo, vt haberet om- nium scientiam, in quibus homo nat⁹ est instrui. Et hæc sunt omnia illa, quæ virtualiter existunt in pri- mis principiis per se notis, quæcū- que scilicet naturaliter homines cognoscere possunt. Ad gubernati- onem autē vitæ propriæ & alio- rum, nō solum requiritur cognitio eorū quæ naturaliter sciri possunt, sed etiam cognitio eorum quæ natu- raliter cognitionem excedūt: eo quod vita hominis ordinatur ad quendam finem supernaturalem: sicut nobis ad gubernationem vitæ nostræ necessarium est cognoscere

sed notitia talium neutralium erat superflua, vt patet de notitia cogitationum, & futurorum & occultorum indiuiduorum & c. ergo. hæc. n. eo qd necessaria nec parti speculatiua, nec parti pra- cticæ est, vt patet ex dictis, si ipsa esse p statu illo reliquitur. ¶ In responsione ad primum notato, qd non omnis scientia infa- la distinguitur spe- cie ab acquirita, si- cut nec est eiusdem speciei cum acquiri- ta. Sed acquirito & infuso cōcurrūt qd- que per accidens, & hoc est quando illa- me forma pot vtro- que modo haberi, & tunc sunt eiusdem speciei. Talis autem erat scientia Adæ & nostra, sicut & oculi cæci nati & nostri. Quædoq; vero cō- currunt vt per se- propriæ vitæ ad tales terminos, & tūc sent per sunt diuersarum specierum. Talis est autem scientia ani- mæ separata & ani- mæ coniunctæ, quia illa per infusione tā- tum haberi potest. Sp- tandum autem est magis eum de di- uersitate scientiæ: agi- tur ad obiectum, & si obiectum est eus- dem rationis, ipsa quo- que scientia est eius- dem rationis. Scientiæ aut Adæ & nostræ omnino est idē obie- ctū formale, sicut si- esset acquirita, scien- tia autem anima se- parata & aia. Chri- sti obiectū est vni- uersalius & altius, & ideo alterius sunt rationis a nostra, nō ex sola infusione, vt ignorantes garrunt, sed ex formali ratio- ne obiecti ipsarum specierum.

AD PRIMVM ergo dicendū, quod primus homo habuit scientiam omnium per species a Deo infusas: nec tamē scientiā illa fuit alterius rationis a scientiā nostrā, sicut nec oculi quos cæco nato Christus dedit, fuerūt alteri⁹ rōnis ab oculis, quos natura produxit. ¶ AD 2^m dicendum, quod Adā debebat liquid habere perfectio- nis, in quantum erat prim⁹ homo, quod ceteris hominibus non com- petit: vt ex dictis patet. *

AD 3^m dicendum, quod Adā in scientia naturalium scibiliū non profecisset quantum ad nume- rum scitorum, sed quantum ad mo- dum sciendi: quia quæ sciebat in- tellectualiter, sciuit post modum per experimentum. Quantum ve- ro ad supernaturalia cognita pro- fecisset etiam quantum ad nume- rum per nouas reuelationes, sicut & angeli proficiunt per nouas illu- minationes. Nec tamen est simile de profectu meriti & scientiæ: quia vnus homo non est alteri princi- pium merendi, sicut & sciendi.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum homo in primo statu decipi potuisset.

AD QVARTVM sic proce- ditur. Videtur, quod homo in primo statu decipi potuisset. Di- cit. n. Aposto. 1. ad Timo. 2. q. mul- tier seducta in prauicatione fuit. ¶ 2 Præter. Magister dicit 2. 1. dist. * 2. sen. quod ideo mulier non horruit serpentem loquētem: quia officiū loquendi eum accepit a Deo pu- tauit. Sed hoc falsum erat. Ergo mul- tier decepta fuit ante peccatum. ¶ 3 Præter. Naturale est quod quan- to aliquid remotius videtur, tanto minus videtur. Sed natura oculi non est contracta per peccatum. Ergo hoc idem in statu innocen- tiæ. Prima S. Tho.

413

¶ Super questionis nonagesimæ quartæ articuli quartum.

¶ Super questionis nonagesimæ quartæ articuli quartum.

¶ Super questionis nonagesimæ quartæ articuli quartum.

¶ Super questionis nonagesimæ quartæ articuli quartum.

¶ Super questionis nonagesimæ quartæ articuli quartum.

¶ Super questionis nonagesimæ quartæ articuli quartum.

¶ Super questionis nonagesimæ quartæ articuli quartum.

¶ Super questionis nonagesimæ quartæ articuli quartum.

¶ Super questionis nonagesimæ quartæ articuli quartum.

¶ Super questionis nonagesimæ quartæ articuli quartum.

¶ Super questionis nonagesimæ quartæ articuli quartum.

¶ Super questionis nonagesimæ quartæ articuli quartum.

¶ Super questionis nonagesimæ quartæ articuli quartum.

¶ Super questionis nonagesimæ quartæ articuli quartum.

¶ Super questionis nonagesimæ quartæ articuli quartum.

¶ Super questionis nonagesimæ quartæ articuli quartum.

¶ Super questionis nonagesimæ quartæ articuli quartum.

¶ Super questionis nonagesimæ quartæ articuli quartum.

¶ Super questionis nonagesimæ quartæ articuli quartum.

¶ Super questionis nonagesimæ quartæ articuli quartum.

¶ Super questionis nonagesimæ quartæ articuli quartum.

¶ Super questionis nonagesimæ quartæ articuli quartum.

¶ Super questionis nonagesimæ quartæ articuli quartum.

¶ Super questionis nonagesimæ quartæ articuli quartum.

¶ Super questionis nonagesimæ quartæ articuli quartum.

¶ Super questionis nonagesimæ quartæ articuli quartum.

¶ Super questionis nonagesimæ quartæ articuli quartum.

¶ Super questionis nonagesimæ quartæ articuli quartum.

¶ Super questionis nonagesimæ quartæ articuli quartum.

¶ Super questionis nonagesimæ quartæ articuli quartum.

¶ Super questionis nonagesimæ quartæ articuli quartum.

¶ Super questionis nonagesimæ quartæ articuli quartum.

¶ Super questionis nonagesimæ quartæ articuli quartum.

¶ Super questionis nonagesimæ quartæ articuli quartum.

¶ Super questionis nonagesimæ quartæ articuli quartum.

¶ Super questionis nonagesimæ quartæ articuli quartum.

¶ Super questionis nonagesimæ quartæ articuli quartum.

¶ Super questionis nonagesimæ quartæ articuli quartum.

¶ Super questionis nonagesimæ quartæ articuli quartum.

¶ Super questionis nonagesimæ quartæ articuli quartum.

¶ Super questionis nonagesimæ quartæ articuli quartum.

¶ Super questionis nonagesimæ quartæ articuli quartum.

¶ Super questionis nonagesimæ quartæ articuli quartum.

quod primus homo respectu non scitorum potuit primo decipi.

Quo ad secundum, conclusio est responsiva quæstio. Primus homo nullo modo decipi potuit tam respectu scitorum quam nescitorum.

Probatur dupliciter, primo, ex integritate primi status. Secundo, ex restitutive eiusdem. Ex integritate quidem sic, in illo statu nullum malum esse poterat, ergo intellectui eius non poterat inesse falsum.

Antecedens patet ex autoritate Augustini. Consequenter probatur, primo, quia falsum est malum intellectus, quod probatur ex 6. Ethic. quia verum est eius bonum.

Deinde confirmatur ex proportionali bono & malo in membris corporeis, sic, quæ admodum tunc cum negatione alicuius boni circa membra, puta claritatis, non stabat in his alicuius mali, ita in intellectu ponenda est negatio scientiæ alicuius boni: non tamen deceptio aliqua. Et nota bene hanc confirmationem, quæ de directo confutat motum opinionis oppositæ, quæ ex necessitate quorundam concedebat deceptioem aliqualem circa illa.

Et per hæc satisfactum est ratio, quia in intellectu est, quod omne falsum est malum intellectus: & consequenter noxiū illi.

Ex restitutive vero ar. sic. Quando anima erat subdita Deo, inferiora hominis erant subdita superioribus absque omni turbatione, ergo inferiora intellectu erant illi subdita, ergo non poterat decipi. Antecedens patet cum prima consequentia: secunda vero probatur, quia intellectus non decipitur nisi ex aliquo inferiori, quod probatur dupliciter. Primo a priori, quia semper est verus circa proprium obiectum, ergo ex se semper est verus, ergo si decipitur, est ab alio non superiori, ergo inferiori.

Secundo a signo, quia videmus, quod in apparitionibus seu phantasias, quando natu-

ra indicatorii est solutum non decipimur. Cum vero ligatur somno aut infirmitate & c. tunc fallimur.

Circa hæc rationem occurrit dubium, quod non videtur verum, quod intellectus semper decipitur ex aliquo inferiori: quod ponendo & dividendo & discurrendo veratur per se circa verum & falsum: nec in his actibus est semper verus, ut ex superioribus dicitur patet. Igitur ex se quæ est falsus, & non ex phantasia, aut aliquo huiusmodi.

Ad hoc breviter dicitur, quod nose intellectus hic non intellegit potentiam intellectui absolute, sed ipsam ut habet intellectus ligendi officium. Est enim hoc supremum in ipsa potentia intellectiva, ut patet ex antecedentibus. Intellectus autem ut sic, habet pro obiecto incomplexum ut sic, circa quod semper est verus. Et quod in ordine ad proprium obiectum semper est verus, consequens est, quod ex se semper verus. Ratio namque propria in ordine ad proprium obiectum consistit: ipso autem existente vero ex se, cum ad ipsum spectet omne iudicium, quod in principii omnis compositionis, & finis omnis resolutionis est quod quod est, oportet si falsum interuenit, aliunde accidere. Omne aliud autem siue componendi & dividendi officium, siue discursus, siue phantasia & c. inferior est. Omnis igitur decipio ex aliquo inferiori est. Unde notatur in litera dicitur aliquo inferiori, puta phantasia vel aliquo huiusmodi, non curam do quicquid illud esset. Quod autem sic accipiat intellectus in proposito, ex eo patet quod dicitur, quod circa proprium obiectum semper est verus: hoc enim, ut clare liquet, de intellectu quantum ad intellegendi officium, ut distinguit contra officium componendi & dividendi, interpretatur. Postest quoque expeditius dici, quod nota phantasia intellectus ipsam cum concomitantibus, & quæ intelligere componendo & discurrendo est vni de concomitantibus, ut patet ex eo, quod aia separata intellegit per modum subditi separata: ideo omnis decipio dicta est provenire ex phantasia & c.

Deo subdita, tandiu in homine inferiora superioribus subdarentur, nec superiora per inferiora impedirentur. Manifestum est autem ex præmissis, quod intellectus circa proprium obiectum semper verus est. Unde ex seipso nunquam decipitur: sed omnis decipio accidit in intellectu ex aliquo inferiori, puta phantasia, vel aliquo huiusmodi. Unde videmus, quod quod naturale iudicium non est ligatum, non decipimur per huiusmodi apparitiones: sed solum quando ligatur, ut patet in dormientibus. Unde manifestum est, quod rectitudo primi status, non compatiebatur aliquam deceptionem circa intellectum.

Ad primum ergo dicendum, quod illa seductio mulieris, etsi non præcesserit peccatum operis, subsecuta tamen est peccatum intertæ elationis. Dicit enim Augustinus super Gen. ad literam, quod mulier verbum serpentis non crederet, nisi iam inesset menti eius amor propriæ potestatis, & quædam de se superba præsumptio.

Ad 2^m dicendum, quod mulier putavit serpentem hoc accepisse loquenti officium, non per naturam, sed aliqua supernaturali operatione. quamvis non sit necessarium auctoritatem Magistris sentent. sequi in hac parte.

Ad 3^m dicendum, quod si aliquid representatum fuisset sensui vel phantasiæ primi hominis aliter quam sit in rerum natura, non tamē deciperetur, quia per rationem veritatem diiudicaret.

Ad 4^m dicendum, quod id quod accidit in somno, non imputatur homini: quia non habet usum rationis, qui est proprius hominis actus.

Ad 5^m dicendum, quod alicui dicenti falsum de contingentibus futuris, vel cogitationibus cordium, homo in statu innocentie non credidisset ita esse: sed crederet, quod hoc esset possibile. & hoc non esset existimare falsum. Vel potest dici, quod diuinitus ei subuentum fuisset, ne deciperetur in his, quorum scientiam non habebat. Nec est instantia quam quidam afferunt, quod in tentatione non fuit ei subuentum ne deciperetur, licet tunc maxime indigeret. Quia iam præcesserat

Li. 12. c. 2. circa fin. & ca. 10. to. 3.

Ar. præced.

Li. 3. de lib. arbit. ca. 12. circa finem hom. 1.

Li. 14. de ciuit. Dei. ca. 10. ante medium to. 5.

Li. 6. Ethic. c. 2. & lib. 6. Met. tex. 5. to. 5. & tom. 3.

peccatum in animo, & ad diuinum auxilium recursum non habuit.

QVAESTIO XCV.

De his, quæ attinent ad voluntatem primi hominis, gratia scilicet & iustitia: in quatuor articulis diuisa.

INDE considerandum est de his, quæ pertinent ad voluntatem primi hominis.

Et circa hoc consideranda sunt duo. Primo quidem, de gratia & iustitia primi hominis. Secundo, de vsu iustitiæ quantum ad dominium super alia.

Circa primum quærentur quatuor.

Primo, Vtrum homo creatus fuerit in gratia.

Secundo, Vtrum in statu innocentie habuerit animæ passiones.

Tertio, Vtrum habuit virtutes oēs.

Quarto, Vtrum opera eius fuissent æque efficacia ad merendum, sicut modo sunt.

ARTICVLVS PRIMVS. Vtrum primus homo fuerit creatus in gratia.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod primus homo non fuerit creatus in gratia. Apostolus enim 1. Cor. 15. distinguens Adam a Christo dicit. Factus est primus Adam in animam viuentem: nouissimus autem in spiritum viuificantem. Sed viuificatio spiritus est per gratiam. Ergo hoc est proprium Christi, quod fuerit factus in gratia.

2^a Præter. Aug. dicit in lib. de quæstionibus veteris & noui testamenti, quod Adam non habuit spiritum sanctum. Sed quicumque habet gratiam, habet spiritum sanctum. Ergo Adam non fuit creatus in gratia.

3^a Præter. Aug. dicit in lib. de correptione & gratia, quod Deus sic ordinauit angelorum & hominum vitam, ut prius in eis ostenderet, quid posset eorum liberum arbitrium, deinde quid posset suæ gratiæ beneficium, iustitiæque iudicium. Primo ergo, condidit hominem & angelum in sola naturali arbitrij libertate, & postmodum ei gratiam contulit.

4^a Præter. Magister dicit in 23. dist. lib. 2. sent. quod homini in creatione datum est auxiliū per quod stare poterat: sed non poterat pro-

ficere. Quicumque autem habet gratiam, potest proficere per meritum. Ergo primus homo non fuit creatus in gratia.

5^a Præter. Ad hoc quod aliquis accipiat gratiam, requiritur consensus ex parte recipientis: cum per hoc perficiatur matrimonium quoddam spirituale inter Deum & animam. Sed consensus in gratiam esse non potest, nisi prius existentis. Ergo homo non accepit gratiam in primo instanti suæ creationis.

6^a Præter. Natura plus distat a gratia, quam gratia consummata. Sed in homine gratia præcessit gloriæ. Ergo multo magis natura præcessit gratiæ.

SED CONTRA. Homo & angelus æqualiter ordinatur ad gratiam: sed angelus est creatus in gratia: dicit enim Aug. 12. de Ciuit. Dei, quod Deus simul erat in eis, cōdēs naturæ, & largiens gratiam. Ergo & homo creatus fuit in gratia.

RESPON. Dicendum, quod quidam dicunt, quod primus homo non fuit creatus in gratia, sed tamen postmodum gratia fuit sibi collata antequam peccasset. Plurimæ autem sanctorum auctoritates, attestantur hominem in statu innocentie gratiam habuisse. Sed quod fuerit conditus in gratia, ut alij dicunt, videtur requirere ipsam rectitudinem primi status, qua Deus hominem fecit: secundum illud Eccl. 7. Deus fecit hominem rectum. Erat enim rectitudo secundum hoc, quod ratio subdebatur Deo, rationi vero inferiores vires, & animæ corpus. Prima autem subiectio erat causa & secundæ & tertiæ. Quandiu enim ratio manebat Deo subiecta, inferiora ei subdebantur: ut Augustinus dicit. Manifestum est autem, quod illa subiectio corporis ad animam, & inferiorum virium ad rationem non erat naturalis, alioquin post peccatum mansisset, cum etiam in demonibus data naturalia post peccatum permanserint, ut Dionysius dicit 4. cap. de di. no. Unde manifestum est quod & illa prima subiectio, qua ratio Deo subdebatur, non erat solum secundum naturam, sed secundum supernaturale donum gratiæ: non enim potest esse, quod effectus sit potior quam causa. Unde Augustinus dicit 13. de Ciuita. Dei: quod posteaquam præcepti facta transgressio est, confestim gratia deserente diuina, de corporum suorum nuditate confusi sunt. Senserunt. n. motum inobediētis carnis suæ, tanquam reciproca prænam inobediētis suæ. Ex quo

ta ratio stat. Circa huc locum aduerte, quod Scotus in 2. di. 29. q. 1. quis tenet nobiscum quod ad subiectionem talē, exigebat aliquod donum supernaturale, discordat tamen hoc, quod illud donum supernaturale, non vult esse gratiam gratiam facientem, seu charitatē, ut patet ratione ad quartum. Nec vllā ad hoc rationē adducit: nisi quia non oportet donum illud esse principium meriti. Posset tamē pro eo adduci, quod iustitia originalis statim post peccatum mortale: gratia autem gratia faciens nequaquam. Assumptum patet ex eo, quod Eua post peccatum mortale adhuc erat in illo statu, ut patet ex eo, quod non erubescerat: tamen esse nuda. Ad hoc breviter dicitur, quod non est doctrina S. Th. quod iustitia originaliter sit idē quod gratia: sed quod gratia faciens, de qua est sermo, sit velut radix iustitiæ originalis. pro qua subditur superius homini Deo, ut patet hic, & inferius quod 100. ar. 1. ad sc. 3. Et propterea facti iustitia originali, concluditur etiam facti i gratia, quasi iustitia originalis fuerit quæ sit gratia quæ datur, fundata super gratiam facientem. Quod autem stetit cum peccato mortali, cōis est diffinitus, quia talis gratia cōcessa fuerat usque ad peccatum exclusiue: siue fuerit cum gratia gratiam faciente, siue non. Et dicendum mihi videtur, quod per primum peccatum in mente, siue i ope, perditam gratiam, perditam quoque iustitia originalis, non simpliciter, totaliter: sed quo ad aliquid. Simpliciter vero adimenda referuntur ad peccatum ad æm ordinem diuinæ prouidentie, ea ratione, ut donum naturæ a principio nature primo auferretur, de quo principium nature inuestiuerat. Nec obstat, quod potuisset Adā post Eue peccatum non peccare: quod scientia casus in ratione ordinis fuit. Et hoc consonat proportioni dicitur submotam. n. radice patet aliquid rami viuere.

Prima S. Tho. R. R.

Li. 12. de ciuit. Dei. c. 9. a medio. to. mo. 5.

313

colligitur ex li. de natura & gratia, c. 15. & de correct. & grat. ca. 11. tom. 7.

Ca. 4. par. 4. parum a medio.

Li. 13. de ciuit. Dei. ca. 13. in principio. tom. 4.

datur intelligi, si deservente gratia, soluta est obedientia carnis ad animam, quod per gratiam in anima existentem inferiora ei subdebantur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod apostolus illa verba inducit ad ostendendum esse corpus spirituale, sicut corpus animale: quia vita spiritualis corporis incipit in Christo, qui est primogenitus ex mortuis: sicut vita corporis animalis incipit in Adam. non ergo in verbis Apostoli habetur, quod Adam non fuit spiritualis secundum animam, sed quod non fuit spiritualis secundum corpus.

AD 2m dicendum, quod sicut Aug. dicit in eodem lib. non negatur quin aliquo modo fuerit in Adam spiritus sanctus, sicut & in alijs iustis: sed quod non sic fuerit in eo, sicut nunc est in fidelibz, qui admittunt ad perceptionem hereditatis aeternae statim post mortem.

AD 3m dicendum, quod ex illa autoritate Aug. non habetur, quod angelus vel homo prius fuerit creatus in naturali libertate arbitrii, quam habuisset gratiam: sed quod ostendit quid in eis post liber. arbit. ante confirmationem, & quid postmodum consecuti essent per auxilium gratiae confirmantis.

AD 4m dicendum, quod Magister loquitur secundum opinionem illorum, qui posuerunt hominem non esse creatum in gratia, sed in naturalibz tantum. Vel potest dici, quod etsi homo fuerit creatus in gratia, non tamen habuit quod ex creatione naturae posset proficere per meritum, sed ex superadditione gratiae.

AD 5m dicendum, quod cum motus voluntatis non sit continuus, nihil prohibet etiam in primo instanti suae creationis, primum hominem gratiae cōsensisse.

AD 6m dicendum, quod gloriam meremur per actum gratiae, non autem gratiam per actum naturae: unde non est similis ratio.

ARTICVLVS II.

Utrum in primo homine fuerint animae passiones.

Super Quaestione nonagesima quinta. Articulus secundus.

Itulus clarus.

In corpore duo. Primo respondet quodammodo de modo earum.

477. Quid ad primum, unica distinctio cui subdistinctione, & conclusionibus iuxta singula membra. Distinctio est, Passionum a se, alia circa bonum, alia circa malum. Eadem est circa bonum, alia circa bonum habitum, vel suo tpe habendum, & tamē tunc habendum. Probatur distinctio, quia passiones omnes sunt in appetitu habete per obiecto boni & mali. Iuxta primam distinctionem est conclusio negativa. Passiones circa malum non erant in statu innocentiae. Probatur auctoritate Augustini, quia tunc nulli aderat. Iuxta secundam duarum conclusiones. Prima. Passiones circa bonum non habitum, ut

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur quod in primo homine non fuerint animae passiones. Secundum enim passiones animae contingit, quod caro concupiscit aduersus spiritum. Sed hoc non erat in statu innocentiae, ergo in statu innocentiae non erant animae passiones.

2. Praet. Anima ad se erat nobilior quam corpus. Sed corpus ad se fuit impassibile. Ergo nec in anima eius fuerunt passiones.

3. Praet. Per virtutem moralem comprimuntur animae passiones. Sed in Adam fuit virtus moralis perfecta, ergo totaliter passiones excluderentur ab eo.

SED CONTRA est, quod dicit Augustinus, 14. de Ciuit. Dei, quod erat in eis amor imperturbatus, in Deum, & quaedam aliae animae passiones.

RESPON. Dicendum, quod passiones animae sunt in appetitu sensuali, cuius obiectum est bonum & malum. Unde omnium passio-

num animae, quaedam ordinantur ad bonum, ut amor & gaudium: quaedam ad malum, ut timor & dolor. Et quia in primo statu nullum malum aderat, nec imminerebat, nec aliquod bonum aberat quod cuperet bona voluntas pro tempore illo habendum, ut patet per Augustinum, 14. de Ciuit. Dei: omnes illae passiones quae respiciunt malum, in Adam non erant, ut timor, ut dolor, & huiusmodi. Similiter nec ille passiones, quae respiciunt bonum non habitum, & nunc habendum, ut cupiditas estuans. Ille vero passiones, quae possunt esse boni presentis, ut gaudium & amor, vel quae sunt futuri boni in suo tpe habendi, ut desiderium & spes non affligens, fuerunt in statu innocentiae, aliter tamen quam in nobis: nam in nobis appetit sensuali, in quo sunt passiones, non totaliter subest rationi. Unde passiones quandoque sunt in nobis praesentes iudicium rationis, & impediētes, quandoque vero ex iudicio rationis consequentes, prout sensuali appetitus aliquo modo rationi obediunt. In statu vero innocentiae, inferior appetitus erat rationi totaliter subiectus. Unde non erant in eo passiones animae, nisi ex rationis iudicio consequentes.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod caro concupiscit aduersus spiritum per hoc, quod passiones rationi repugnant: quod in statu innocentiae non erat.

AD 2m dicendum, quod corpus humanum in statu innocentiae erat impassibile, quantum ad passiones, quae remouent dispositionem naturalem, ut infra dicitur. Et similiter anima fuit impassibilis, quantum ad passiones, quae impediunt rationem.

AD 3m dicendum, quod perfecta virtus moralis non totaliter tollit passiones, sed ordinat eas. Temperati enim est concupiscere sicut oportet, & quae oportet, ut dicitur in 3. Ethic.

ARTICVLVS III.

Utrum Adam habuerit omnes virtutes.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod Adam non habuerit omnes virtutes. Quaedam enim virtutes ordinantur ad resignandam immoderantiam passionum, sicut per temperantiam refrenatur immoderata concupiscentia & per fortitudinem immoderatus timor.

tū nunc habendum non erat in illo statu. Probatur eadem auctoritate, quia nullum bonum aberat quod cuperet bona voluntas. Secunda. Passiones circa bonum habitum aut tempore suo habendum, erant ibi. Relinquitur per se nota, quia haec sunt naturales, & nullum malum ponit. Quod ad secundum, ponitur talis distinctio. Passiones duplex est modus, per modum praesentis & impediētis, & per modum consequentis, & obediētis. Probatur distinctio in nobis ex eo, quod appetitus sensuali non est totaliter subiectus rationi, & quodammodo rationi obediunt in nobis. Et iuxta hanc distinctionem ponit vna conclusio. Passiones in illo statu non erant ut praesentes sed ut obediētes. Probatur, quia appetit sensuali ibi totaliter erat rationi subiectus. Circa primam conclusionem aduertit, quod Scotus in 2. dist. 29. q. 1. dicit, quod forte non oportet illam conclusionem tenere, eo quia visus potuisset triste visibile, & auditus triste audibile offendere, & consequenter appetit sensuali de obiecto distincto, sicut de consensu delectabili gaudet. Ad hoc breuiter dicitur, quod occurrerit bus in proportionatibus, aut tristibus sensibilibus, non fuisset fixa acies sensus in ea, ac per hoc, nulla subsequetur tristitia. Fuisset enim a tristitia & doloribus sicut a terroribus status ille praeseruat, ita quod sicut occurreritibus terribilibus non fuissent terribilia, ita oblatibus tristibus non doluissent per auersionem, &c.

Super Quaestione nonagesima quinta. Articulus tertius.

Itulus clarus.

In corpore una conclusio est, quae habens duas partes. Hoc in statu innocentiae habuit aliquo modo omnes virtutes. Probatur primo, quod habuit omnes virtutes. Secundo declaratur, quod est declarare modum

duo habendi. Primum per bacur ex rectitudine primi status sic. Ratio habens erat subiecta Deo, & rationi inferiori vires. Ergo in eo erant omnes virtutes. Ans patet, consequentia probatur, quia virtutes nihil aliud sunt, quam perfectiones subdentes superiori Deo, & inferiori rationi. Secundo declaratur, distinguendo virtutes in duplices ordinis, scilicet in quibus perfectio nulla continetur, & haec sunt habitus & actus inerat, & quae imperfectionem importat, & haec duplices sunt, quae quarantiam imperfectionem illi statui non repugnabat, & haec sunt inerat in habitu & actum, ut fides & spes: quarantiam vero illi statui repugnabat, ut pena & misericordia. Et haec sunt habitus & actus inerat, quae malum, & consequenter dolor & culpa non fuissent. Oia clara sunt: & ex 4. Ethic. de vereduo habitualiter tantum, confirmantur.

RESPON. Dicendum, quod homo in statu innocentiae aliquo modo habuit omnes virtutes. Et hoc ex dictis patet esse verum. Dicitur enim supra, quod talis erat rectitudo primi status, quod ratio erat Deo subiecta, inferiores autem vires rationi. Virtutes autem nihil aliud sunt, quam perfectiones quaedam, quibus ratio ordinatur in Deum, & inferiores vires disponuntur secundum regulam rationis, ut magis patebit, cum de virtutibus ageretur. Unde rectitudo primi status exigebat, ut homo aliquo modo omnes virtutes haberet. Sed considerandum est, quod virtutum quaedam sunt, quae de sui ratione nullam imperfectionem important, ut caritas & iustitia. Et huiusmodi virtutes fuerunt in statu innocentiae simpliciter, & quantum ad habitum, & quantum ad actum. Quaedam vero sunt, quae de sui ratione imperfectionem important, vel ex parte actus, vel ex parte materiae. Et si huiusmodi imperfectionem non repugnat perfectioni primi status, nihilominus huiusmodi virtutes poterat esse in primo statu, sicut fides, quae est eorum, quae non videntur, & spes, quae est eorum, quae non habentur. Perfectio enim primi status non se extendebat ad hoc, quod videret Deum per essentiam, & ut haberetur cum fruitione finalis beatitudinis. Unde fides & spes, esse poterant in primo statu, & quantum ad habitum, & quantum ad actum. Si vero imperfectionem, quae est de ratione virtutis alicuius, repugnat perfectioni primi status, poterat huiusmodi virtus ibi esse secundum habitum, & non secundum actum, ut patet de penitentia, quae est dolor de peccato commisso, & de misericordia, quae est dolor de miseria aliena. Perfectio enim primi status repugnat tam dolori, quam culpa & miseria. Unde huiusmodi vir-

immoderatus timor. Sed immoderantia passionum, non erat in statu innocentiae. Ergo nec dictae virtutes. 2. Praet. Quaedam virtutes sunt circa passiones respicientes malum, ut mansuetudo circa iras, & fortitudo circa timores. Sed tales passiones non erant in statu innocentiae, ut dictum est. Ergo nec huiusmodi virtutes. 3. Praet. Penitentia est quaedam virtus, respiciens peccatum prius commissum. Misericordia etiam est quaedam virtus respiciens misericordiam. Sed in statu innocentiae non erat peccatum, nec miseria. Ergo necque huiusmodi virtutes. 4. Praet. Perseuerantia est quaedam virtus. Sed hanc Adam non habuit, ut sequens peccatum ostendit. Ergo non habuit omnes virtutes. 5. Praet. Fides, quaedam virtus est. Sed haec in statu innocentiae non fuit: importat enim enigmaticam cognitionem, quae perfectioni primi status repugnare videtur. SED CONTRA est, quod Augustinus dicit in quadam Homil. Princeps vitiorum, vincit Adam de luto terrae ad imaginem Dei factum, pudicitia armatum, temperantia compositam, claritate splendidum.

RESPON. Dicendum, quod homo in statu innocentiae aliquo modo habuit omnes virtutes. Et hoc ex dictis patet esse verum. Dicitur enim supra, quod talis erat rectitudo primi status, quod ratio erat Deo subiecta, inferiores autem vires rationi. Virtutes autem nihil aliud sunt, quam perfectiones quaedam, quibus ratio ordinatur in Deum, & inferiores vires disponuntur secundum regulam rationis, ut magis patebit, cum de virtutibus ageretur. Unde rectitudo primi status exigebat, ut homo aliquo modo omnes virtutes haberet. Sed considerandum est, quod virtutum quaedam sunt, quae de sui ratione nullam imperfectionem important, ut caritas & iustitia. Et huiusmodi virtutes fuerunt in statu innocentiae simpliciter, & quantum ad habitum, & quantum ad actum. Quaedam vero sunt, quae de sui ratione imperfectionem important, vel ex parte actus, vel ex parte materiae. Et si huiusmodi imperfectionem non repugnat perfectioni primi status, nihilominus huiusmodi virtutes poterat esse in primo statu, sicut fides, quae est eorum, quae non videntur, & spes, quae est eorum, quae non habentur. Perfectio enim primi status non se extendebat ad hoc, quod videret Deum per essentiam, & ut haberetur cum fruitione finalis beatitudinis. Unde fides & spes, esse poterant in primo statu, & quantum ad habitum, & quantum ad actum. Si vero imperfectionem, quae est de ratione virtutis alicuius, repugnat perfectioni primi status, poterat huiusmodi virtus ibi esse secundum habitum, & non secundum actum, ut patet de penitentia, quae est dolor de peccato commisso, & de misericordia, quae est dolor de miseria aliena. Perfectio enim primi status repugnat tam dolori, quam culpa & miseria. Unde huiusmodi vir-

AD PRIMVM ergo dicendum, quod accidit temperantiae & fortitudini, quod superabundantiam passionum repellat, in quantum inuenit passiones superabundantes in subiecto. Sed per se conuenit huiusmodi virtutibus, passiones moderari.

AD 2m dicendum, quod illae passiones ad malum ordinatae, repugnant perfectioni primi status, quae habent respectum ad malum in ipso qui afficitur passione, ut timor & dolor. Sed passiones quae respiciunt malum in altero, non repugnant perfectioni primi status. Poterat enim homo in primo statu, habere odio malitiam daemonum, sicut & diligere bonitatem Dei. Unde & virtutes quae circa tales passiones essent, possent esse in primo statu, & quantum ad habitum, & quantum ad actum. Quae vero sunt circa passiones, respicientes malum in eodem subiecto, si circa huiusmodi solas passiones sunt, non poterant esse in primo statu secundum actum, sed solum secundum habitum, sicut de penitentia & misericordia dictum est. Sed sunt quaedam virtutes, quae non sunt circa has passiones solum, sed etiam circa alias, sicut temperantia, quae non solum est circa tristitias, sed etiam circa delectationes, & fortitudo, quae non solum est circa timorem, sed etiam circa audaciam & spem. Unde poterat esse in primo statu actus temperantiae, secundum quod est moderatiua delectationum, & similiter fortitudo, secundum quod est moderatiua audaciae siue spei, non autem secundum quod moderatur tristitiam & timorem.

AD 3m dicendum, quod patet solutio ex his, quae dicta sunt. AD 4m dicendum, quod perseuerantia dupliciter sumitur. Vno modo, prout est quaedam virtus: & sic significat quandam habitum, quo quis eligit perseuerare in bono: & sic Adam perseuerantiam habuit. Alio modo, prout est circumstantia virtutis, & sic significat continuationem quaedam virtutis absque interruptione: & hoc modo Adam perseuerantiam non habuit. AD 5m patet responsio per ea, quae dicta sunt.

ARTICVLVS IIII.

Utrum opera primi hominis fuerint minus efficacia ad merendum, quam opera nostra.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod opera primi hominis fuerint minus efficacia ad merendum, quam opera nostra. Gratia enim ex Dei misericordia datur, quae magis indigentibus, subuenit magis. Sed nos indigemus magis gratia, quam primus homo in statu innocentiae. Ergo copiosius infunditur nobis gratia: quae sit radix meriti, opera nostra efficaciora ad merendum redduntur. 2. Praet. Ad meritum requiritur pugna quaedam, & difficultas. Dicit enim 2. ad Timotheum. 2. Non coronabitur nisi qui perierit seipsum.

RESPON. Dicendum, quod passiones animae sunt in appetitu sensuali, cuius obiectum est bonum & malum. Unde omnium passio-

Super Quaestione nonagesima quinta. Articulus quartus.

Itulus clarus.

In corpore duo. Primo distinguuntur iuxta singula distinctiois membra respondet.

Quo ad primum, Quae sit radix meriti ex duplici causa oritur, scilicet gratia, & quantitate operis. Et quia haec est duplex, absoluta & proportionalis, sit triplex radix, gratia, quae sitas operis absoluta, & quantitas proportionalis: patet in litera omnia. Quo ad secundum, sunt tres conclusiones. Prima est, Opera primi hoierat

Quo ad primum, Quae sit radix meriti ex duplici causa oritur, scilicet gratia, & quantitate operis. Et quia haec est duplex, absoluta & proportionalis, sit triplex radix, gratia, quae sitas operis absoluta, & quantitas proportionalis: patet in litera omnia. Quo ad secundum, sunt tres conclusiones. Prima est, Opera primi hoierat

Li. 4. Ethic. co. c. vlt. in fi. tom. 5.

In corp. ar.

In corp. ar.

In corp. ar.

479. 2. dist. 29. art. 4.

RR 3 effica-

Loco cita to in argu.

477. veri. q. 26. ar. 8. con. fi. & ad 6.

Li. 14. c. 10. no procul a princip. t. 5

Li. 14. c. 10. no procul a princip. t. 5

Li. 14. c. 10. no procul a princip. t. 5

Li. 14. c. 10. no procul a princip. t. 5

Li. 14. c. 10. no procul a princip. t. 5

Li. 14. c. 10. no procul a princip. t. 5

lib. 2. Ethic. c. 3. ad fin. tom. 5.

Nō pcul a prim. di. 24.

efficaciora ex parte gratiæ. Probatur quia maior grā, pbat̄: quia nullo oblatulo impeditur. Secūda cōfō est. Opera primū hōis erāt efficaciora ad meritū ex quantitate operis absoluta. Probatur, quia maiora opera fecisset: pbat̄ur, quia maioris virtutis erat. Tertia est. Opera primū hōis erāt minus efficaciora ex quantitate proportionali operis. Probatur, quia opa hac parua magis excedit partem nostrā, quā illa magna potestatem illius, pbat̄ur, quia nos cum difficultate hac, ille sine difficultate illa, & tādix est, quia nos imbecilles, ille sanus, & robustus.

Alio modo, pensari potest quantitas meriti ex quantitate operis. Quæ quidem est duplex, scilicet absoluta, & proportionalis. Vidua enim quæ misit duo æra minuta in gazophylarium, minus opus fecit quantitate absoluta, quā illi, qui magna munera posuerunt. Sed quantitate proportionali, vidua plus fecit secundum sententiam Domini, quia magis eius facultatem superabat. Vtraque tamen quantitas meriti respondet præmio accidentalī, quod est gaudium de bono creato. Sicigitur dicendum, quod efficaciora fuissent hominis opera ad meritū in statu innocentie, quā post peccatum, si attendatur quantitas meriti ex parte gratiæ, quæ tunc copiosior fuisset, nullo oblatulo in natura humana inuenito. Similiter etiam, si consideretur absoluta quantitas operis: quia cum homo esset, maioris virtutis, maiora opera fecisset. Sed si consideretur quantitas proportionalis, maior inuenitur ratio meriti post peccatum propter hominis imbecillitatem. Magis enim excedit paruum opus potestatem eius, qui cum difficultate operatur illud, quā opus magnum potestatem eius, qui sine difficultate operatur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod homo post peccatum ad plura indiget gratia, quā ante peccatum, sed non magis, quia homo etiam ante peccatum indigebat gratia ad vitam æternā cōsequendā, quæ est principalis necessitas gratiæ. Sed homo post peccatum super hoc indiget gratia, etiam ad peccati remissionem, & infirmitatis sustentationem.

AD 2^m dicendum, quod difficultas & pugna pertinent ad quantitate meriti, secundum quantitate operis proportionalem, ut dictum est. Et est signum promptitudinis voluntatis, quæ conatur ad id, quod est sibi difficile: promptitudo autem voluntatis causatur ex magnitudine charitatis. Potest autem contingere, quod aliquis ita prompta voluntate faciat opus aliquod facile, sicut alius difficile, quia paratus esset facere, etiam quod sibi esset difficile. Difficultas tamen actualis, in quantum est penalis, habet etiam quod sit satisfactoria pro peccato.

AD 3^m dicendum, quod resistere tentationi, primo homini non fuisset meritorium, secundum opinionem penitentium, quæ gratiam non haberet, sicut nec modo

tur, nisi qui legitime certauerit. Et Philosophus dicit in 2. Ethic. quod virtus est circa difficile & bonum. Sed nunc est maior pugna & difficultas. Ergo & maior efficacia ad meritum.

3^m Præter. Magister dicit 24. di. 2. lib. Sen. quod homo non meruisset, tentationi resistendo, nunc autem meretur, qui tentationi resistit. Ergo efficaciora sunt opera nostra ad meritum, quā in primo statu.

SED CONTRA est, quia secundum hoc, homo esset melioris conditionis post peccatum.

RESPON. Dicendum, quod quantitas meriti ex duobus potest pensari. Vno modo, ex radice charitatis & gratiæ. Et talis quantitas meriti respondet præmio essentiali, quod consistit in Dei fruitione. Qui enim ex maiori charitate aliquid facit, perfectius Deo fruatur.

D. 74.

In corp. ar.

est meritorium non habenti gratia. Sed in hoc est differentia, quia in primo statu nihil erat interius impellens ad malum, sicut modo est. Vñ magis tunc poterat homo resistere tentationi sine gratia, quā modo.

QVAESTIO XCVI.

De Dominio, quod homini in statu innocentie competebat, in quatuor articulos diuisa.



ENDE considerādū est de dñio, quod cōpetebat homini in statu innocentie.

Et circa hoc quærentur quatuor.

- 1^o Primo, Vtrum homo in statu innocentie animalibus dñaretur.
- 2^o Secūdo, Vtrum dominaret omni creaturæ.
- 3^o Tertio, Vtrum in statu innocentie oēs homines fuissent æquales.
- 4^o Quarto, Vtrum homines hominibus dominarent in illo statu.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Adam in statu innocentie animalibus dominaretur.

AD PRIMVM sic procedit. Videtur, quod Adam in statu innocentie animalibus non dominabatur. Dicit enim August. 9. super Genesim ad litteram, quod ministerio Angelorum animalia sunt adducta ad Adam, ut eis nomina imponeret. Non autem fuisset ibi necessarium angelorum ministerium, si homo p seipsum animalibus dominabatur. Non ergo in statu innocentie habuit dominium homo super alia animalia.

2^o Præter. Ea quæ adinuicem discordant, non recte sub vno dominio congregantur. Sed multe animalia naturaliter adinuicem discordant, sicut ouis & lupo. Ergo omnia animalia sub hominis dominio non continebantur.

3^o Præter. Hiero. dicit quod homini ante peccatum non indigent, Deus animalium dominatione dedit. Præsciebat enim hominem ad miniculo animalium adiuuandū fore post lapsum. Ergo ad minus vsus dominij super animalia, non competebat homini ante peccatū.

4^o Præter. Proprium domini esse videtur precipere. Sed præceptum non recte fertur, nisi ad habentem rationem. Ergo homo non habebat dominium super animalia irrationalia.

SED CONTRA est, quod dicit Gen. 1. de hōie, Præstitit piscib⁹ maris, & volatilibus cæli, & bestiis terræ.

Super Questionis nonagesimæ sextæ articulum primum.

Titulus clarus. In corpore vna conclusio respōditur quæsto affirmatiue, Adam in statu innocentie dominabatur animalibus. Probatur. Omnia animalia naturaliter subiecta sunt homini, ergo in statu innocentie illi obediabant, quod est intentum. Consequenter probatur, quia ante in obedientia Dei, nulla erat subditorum inobediencia, quod probatur, quia istorum inobediencia est effectus illius primæ inobedienciæ. Antecedens autem probatur tripliciter, Primo, ex processu nature, Imperfectiora subsunt perfectis quidditatiue & vsualiter. Secundo, ex ordine diuinae prouidentie, quia inferiora per superiora gubernant. Tertio, ex proprietatibus vtriusque, quia quod est per partem tale, subest naturaliter ei, quod est vniuersaliter tale, animalia sunt prudentia secundum partem, id est, ad aliquid, homo vniuersaliter ergo.

Articulus primus.

Circa hæc dicta occurrit dubitatio, quoniam hic dicitur, quod dominium super animalia est naturale homini. hic etiam dicitur, quod perditum est tale dominium per peccatum: constat enim naturalia non esse ablata per peccatū, quin ex hac ratione paulo superius probatum est, quod subiectio vtrius inferiori rōni, non erat naturalis, quia non remansit post peccatū. Par autem est hic rō.

Ad hoc breuiter dicitur, quod distinguendū est inter subiectiōem & obediencia: subiectio n. & animalium homini

480
2. diff. 44.
1. art. 3. Et
opus. 12. 2.
3. c. 9.
Ca. 14. 2.
re media
tom. 3.

De Poli cap. 5.

117

De in ca. 1.

hominem & virium inferiorum rōni est naturalis, obediencia vero vtriusque & si nullū erat super naturalis, gratia enim pfectiebatur naturam, & quod natura subiecerat, gratia obsequens reddebat. Sic igitur vtriusque obediencia pedita, quia sup naturalis ablata: subiectio naturalis remansit cū pugna, & ad vtriusque insinuatū in litera dicitur, quod id quod naturaliter est subiectū homini, tūc nō repugnabat, vbi expresse ambo explicata sunt.

rerū naturalium. Nam imperfectiora cedunt in vsu perfectiorum. Plantæ enim vntur terra ad sui nutrimentum, animalia vero plantis, & homines plantis & animalibus: unde naturaliter homo dominatur animalibus. Et propter hoc Philo. dicit in r. Polit. quod venatio syluestrium animalium est iusta & naturalis, quia per eam homo vendicat sibi quod est naturaliter suum. Secundo, apparet hoc ex ordine diuinae prouidentie, quæ semper inferiora per superiora gubernat. Vnde cū homo sit supra cetera animalia, vtpote ad imaginem Dei factus, conuenienter eius gubernationi alia animalia subduntur. Tertio, apparet idem ex proprietate hominis & aliorum animalium. In alijs enim animalibus inuenitur secundum estimationem naturalem quædam participatio prudentie ad aliquos particulares actus, in homine autem vniuersalis prudentia, quæ est ratio omnium agibilium. Omne autem quod est participatiōem, subiecitur ei quod est per essentiam, & vniuersaliter. Vnde patet, quod naturalis est subiectio aliorū aialū ad hominē.

AD PRIMVM ergo dicendū, quod in subiectos multa potest facere superior potestas, quæ nō potest facere inferior. Angelus autem est naturaliter superior homine. Vnde aliquis effectus poterat fieri circa animalia virtute angelica, qui non poterat fieri potestate humana, s. q. statim oia animalia cōgregarentur.

AD 2^m dicendum, quod quidam dicunt, quod animalia, quæ nunc sunt ferocia, & occidunt alia animalia, in statu illo fuissent mansueta, non solū circa hominem, sed etiam circa alia animalia. sed hoc est omnino irrationabile. Non enim per peccatum hominis, natura animalium est mutata, ut quibus nunc naturalis est comedere aliorum animalium carnes, tunc vixissent de herbis, sicut leones & falcones. Nec gloss. Bedæ dicit Gen. 1. quod ligna & herbe date sunt omnibus animalibus & auibus in cibum, sed quibusdam. Fuisset ergo naturalis discordia inter quædam animalia. Nec tamen propter hoc subtraherentur dominio hominis, sicut nec nunc propter hoc subtrahuntur dominio Dei, cuius prouidentia hoc totum dispensatur. Et huius prouidentie homo executor fuisset, ut etiam nūc apparet in animalibus domesticis. Ministrantur enim falconibus domesticis per homines gallinæ in cibum.

AD 3^m dicendum, quod homines in statu innocentie nō indigebant animalibus ad necessitatem corporalem, neque ad tegumentū, quia nudi erant, & non erubescerent nullo instante inordinatæ concupiscentie

motu, neque ad cibum, quia lignis paradisi vescerentur, neque ad vehiculum, propter corporis robur; indigebant tamen eis ad experimentalem cognitionem, fumendam de naturis eorum. Quod significatum est per hoc, quod Deus ad eum animalia adduxit, ut eis nomina imponeret, quæ eorum naturas designant.

AD 4^m dicendum, quod omnia animalia habent quædam participationem prudentie & rationis secundum estimationem naturalem, ex qua contingit quod grues sequuntur ducem, & apes obediunt regi. Et sic tunc omnia animalia per seipsa homini obediissent, sicut nunc quædam domestica ei obediunt.

ARTICVLVS II.

Vtrum homo habuisset dominium super omnes alias creaturas.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur, quod homo nō habuisset dominium super omnes alias creaturas. Angelus enim naturaliter est maioris potestatis, quā homo. Sed sicut dicit August. 2. tertio de Trinitate, in parte corporalis non obediuit ad nutum etiam sanctis Angelis. Ergo multo minus homini in statu innocentie.

2^o Præter. In plantis non sunt de vtriusque nature: nisi nutritiua, & augmentatiua, & generatiua. Hæ autem non sunt nature obediendi rationi, ut in vno & eodem homine apparet. Ergo cum dominium competat homini secundum rationem, videtur quod plantis homo in statu innocentie nō dominaretur.

3^o Præter. Quicumque dominatur alicui rei, potest illam rem mutare. Sed homo non potuisset mutare cursum cælestium corporum. Hoc enim solius Dei est, ut Dio. dicit in episto. ad Policar. Ergo non dominabatur eis.

SED CONTRA est, quod dicitur Genesim 1. de homine: Præstitit vniuersæ creaturæ.

RESPON. Dicendum, quod in homine quodammodo sunt omnia. Et ideo secundum modum, quo dominatur his, quæ in seipso sunt, secundum hunc modum cōpetit ei dominari alijs. Est autem in homine quatuor considerare, scilicet rationem, secundum quam conuenit cum Angelis, vires sensitivas, secundum quas conuenit cum animalibus, vires naturales, secundum quæ conuenit cum plantis, & ipsum corpus, secundum quod conuenit cum rebus inanimatis. Ratio autem in homine habet locum dominantis, & non subiecti dominio. Vnde homo angelis non dominabatur in primo statu. Et quod dicitur omni creaturæ, intelligitur prima S. Tho.

D. 1077.

Super Questionis nonagesimæ sextæ articulum secundum.

481
Locis supra ar. r. notatis.

Lib. 3. ca. 8. circa medium præcipue, to. 3.

Nō procul a fine epist.

455

R. R. 4

quitur de ista infirmitate quae nunc in pueris apparet, etiam quantum ad actus eorum pueritiae convenientes, ut patet per ea quae praemittit, quod iuxta se iacentibus matris, magis praesentibus fuerit, quam fugere.

A D 2^m dicendum, quod hoc, quod quedam animalia statim nata habent usum membrorum, non est ex eorum nobilitate, cum quedam animalia perfectiora hoc non habeant: sed hoc eis contingit ex simplicitate cerebri, & quia actus proprii talium animalium sunt imperfecti, ad quos etiam parua virtus sufficere potest.

A D 3^m patet solutio per ea, quae dicta sunt in corpore. Vel potest dici, quod nihil appetuissent: nisi ordinata voluntate conuenissent res secundum statum suum.

A D 4^m dicendum, quod homo in statu innocentiae generatus fuisset, sed non fuisset corruptus. Et ideo in statu illo potuissent esse aliqui defectus pueriles, qui consequuntur generationem, non autem defectus seniles, qui ordinantur ad corruptionem.

¶ Super Quaestione nonagesimae articulum secundum.

ARTICVLVS II.
Utrum in primo statu feminae natae fuisset.

Titulus clarus. ¶ In corpore vna conclusio responsiva affirmatiue. In statu innocentiae fuisset natae feminae. Probatur in illo statu fuisset quicquid spectat ad complementum humanae naturae, ergo fuisset producta diuersitas, sexuum, ac per hoc feminae. Antecedens est per se notum: consequentia probatur, quia sicut ad perfectionem diuersi graduum, ita ad perfectionem humanae naturae diuersitas sexuum.

statu innocentiae nullus fuisset defectus virtutis ex parte maris, nec indispotio materiae ex parte feminae, videtur quod semper masculi nati fuissent.

¶ 3^o Præter. In statu innocentiae, generatio ad multiplicationem hominum ordinabatur: Sed sufficienter homines multiplicari potuissent per primum hominem & per primam feminam, ex quo in perpetuum victuri erant. Ergo non fuisset necessarium, quod in statu innocentiae feminae nascerentur.

S E D C O N T R A est: quod sic natura processisset in generando, sicut eam Deus instituit. Sed Deus instituit marem & feminam in natura humana, ut dicitur Gene. 1. & 2. Ergo etiam in statu illo fuissent mares & feminae generati.

R E S P O N. Dicendum, quod nihil eorum quae ad complementum humanae naturae pertinent, in statu innocentiae defuisset. Sicut autem ad perfectionem vniuersi pertinent diuersi gradus rerum, ita etiam diuersitas sexus est ad perfectionem humanae naturae. Et ideo in statu innocentiae uterque sexus per generationem productus fuisset.

A D P R I M V M ergo dicendum, quod femina dicitur mas occasionatus, quia est praeter intentionem naturae particularis, non autem praeter intentionem naturae vniuersalis, ut supra dictum est.

A D 2^m dicendum, quod generatio feminae non solum contingit ex defectu virtutis actiuae vel indispotio materiae, ut obiectio tangit, sed quandoque quidem ex aliquo accidente extrinseco, sicut Philosophus dicit in lib. 4. de Animalibus, quod ventus septentrionalis coadiuuat ad generationem masculorum, auita lis vero ad generationem feminarum: quandoque etiam ex conceptione animae ad quam de facili immutatur corpus. Et praecipue in statu innocentiae hoc esse poterat, quando corpus magis erat animae subiectum, ut licet sem voluntate generatis distingueret sexus in potestate.

A D 3^m dicendum, quod proles fuisset generata uiuens vita animalium, ad quam sicut pertinet alimentum, uti, sic etiam generare. Vnde conueniebat quod omnes generaret, & non solum primi parentes. Ad quod consequenter videtur, quod tot fuissent generatae feminae, quot & masculi.

QVAESTIO C.

De Conditione prolis generandae, quantum ad iustitiam, in duos articulos diuisa.

E I N D E considerandum est de conditione prolis generandae, quantum ad iustitiam.

Circa hoc quaeruntur duo.

- ¶ Primo. Utrum homines fuissent nati cum iustitia.
- ¶ Secundo. Utrum nascerentur in iustitia confirmati.

ARTICVLVS PRIMVS.
Utrum homines fuissent nati cum iustitia.

A D P R I M V M sic proceditur. Videtur, quod homines non fuissent nati cum iustitia. Dicit enim Hugo, * de san. Vic. quod primus homo ante peccatum generaret quidem filios sine peccato: sed non paternam iustitiam heredes.

¶ 2^o Præter. Iustitia est per gratiam, ut Apostolus dicit ad Roma. 5. Sed gratia non transfunditur, quia sic esset naturalis, sed a solo Deo infunditur. Ergo pueri cum iustitia nati non fuissent.

¶ 3^o Præter. Iustitia in anima est. Sed anima non est ex traduce. Ergo nec iustitia traducta fuisset a parentibus in filios.

S E D C O N T R A est, quod Anselmus dicit in lib. 1. de conceptu virginis, quod simul cum rationalem haberent animam, iusti essent, quos generaret homo, si non peccaret.

R E S P O N. Dicendum, quod naturaliter homo generat sibi simile secundum speciem. Vnde quaeruntur naturam speciei, in his necesse est quod filij parentibus simulentur, nisi sit error in operatione naturae, qui in

¶ Super Quaestione centesima articulum primum.

Titulus clarus. ¶ In corpore vna conclusio responsiva. Homines fuissent nati cum iustitia. Probatur. Homo generat sibi simile secundum speciem, ergo secundum accidentia, ergo secundum iustitiam originalem. Antecedens patet. Prima consequentia probatur, ex differentia inter accidentia speciei & individui: quia secundum illam assimilationem secludit errore, qui in statu innocentiae locum non habet: secundum vero individualia accidentia non opus est assimilari. Secunda vero consequentia probatur dupliciter: primo, ex ipsa iustitia originali. Secundo, ex eo quod oppositum. Ex ipsa quidem, quia erat accedens speciei. Sed quoniam hoc potest male intelligi, distinguitur accedens speciei dupliciter. Vno modo, collatum naturae, & sic est hic. Ex opposito vero, quia peccatum originale est peccatum naturae: ac per hoc per generationem naturae traducitur, ergo & iustitia originalis est natura. & probatur sequela: quia opposita sunt vniuersi generis, id est, habent idem genus subiectum, & eadem generationem opposito modo.

¶ In responsione ad secundum aduertitur, quod cum iustitia originali, etiam

per gratiam gratis data, ut principium in anima: non plus talis iustitia pro quantum est in anima, traducere: quia a generis, quae ipsa, quae consistit ad Deo imitari.

statu innocentiae non fuisset. In accidentibus autem in diuersis modis non est necesse, quod filij parentibus simulentur. Iustitia autem originalis, quae primus homo edidit, fuit accedens naturae speciei, non quasi ex principijs speciei causata, sed tantum sicut quoddam donum diuinitus datum toti naturae. Et hoc apparet: quia opposita sunt vniuersi generis: peccatum autem originale, quod opponitur illi iustitiae, dicitur esse peccatum naturae, unde traducitur a parentibus in postereros: Et propter hoc etiam filij parentibus assimilati fuissent, quantum ad originale iustitiam.

A D P R I M V M ergo dicendum, quod verbum Hugo est intelligendum non quantum ad habitum iustitiae, sed quantum ad executionem ad actus.

A D 2^m dicendum, quod quidam dicunt quod pueri non fuissent nati cum iustitia gratuita, quae est merendi principium, sed cum iustitia originali. Sed est radix originalis iustitiae, in cuius rectitudine factus est homo, consistit in subiectione supernaturali rationis ad Deum, quae est per gratiam gratum facientem, ut supra dictum est, necesse est dicere, quod si pueri nati fuissent in originali iustitia, quae etiam nati fuissent cum gratia: sicut & de primo homine supra diximus, quod fuit cum gratia conditus. Non tamen fuisset propter hoc gratia naturalis: quia non fuisset transfusa per virtutem feminis, sed fuisset collata homini statim cum habuisset animam rationalem. sicut etiam statim cum corpus est dispositum, infunditur a Deo anima rationalis, quae tamen non est ex traduce. Vnde patet solutio ad tertium.

¶ Super Quaestione centesima articulum secundum.

Utrum pueri in statu innocentiae nati fuissent in iustitia confirmati.

Titulus, Confirmati. Impeccabiles omnino, & non solum mortaliter, ita ut non possint cadere a iustitia rectitudine.

¶ In corpore vna conclusio responsiva. Pueri in statu innocentiae non fuissent nati, confirmati in iustitia. Probatur. Parentes quidam generarent, non fuissent confirmati in iustitia, ergo pueri non fuissent nati confirmati. Consequenter probatur: quia pueri non plus perfectionis habuissent in sua natiuitate, quam parentes qui eos generauerunt, qui effectus non excedit causam. Antecedens probatur. Confirmati non possunt non inherere Deo, aut auerti ab eo, ergo de lege communi sunt beati per apertam Dei visionem, ergo habent vitam spiritualem mentis & corpore, ergo non generant: & sic ita tus generationis & confirmationis repugnans, quia ille ad animalium, iste ad spirituales vitam pertinet.

A D S E C V N D V M sic proceditur. Videtur quod pueri in statu innocentiae nati, fuissent in iustitia confirmati. Dicit enim Gregorius, * 4. Moralium, super illud Job. Somno meo requiesceret. si parentem primum nulla putredo peccati corrumpere, nequaquam ex se filios gehennae generaret: sed hi, qui nunc per Redemptorem saluati sunt, soli ab illo electi nascerentur. Ergo nascerentur omnes in iustitia confirmati.

¶ 2^o Præter. Anselmus dicit in libro, ¶ Cur Deus homo, quod si primi parentes sic vixissent, ut tentati non peccassent, ita confirmarentur cum omni propagine sua, ut ultra peccare non possent. Ergo pueri nascerentur in iustitia confirmati.

¶ 3^o Præter. Bonum est potentius, quam malum: sed propter peccatum primi hominis consecuta est necessitas peccandi in his, qui nascuntur ex eo. Ergo si primus homo in iustitia persistisset, deriuarentur ad posterum necessitas obseruandi iustitiam.

¶ 4^o Præter. Angelus adherens Deo alijs peccantibus, statim est in iustitia confirmatus, ut ulterius peccare non possit. Ergo similiter & homo, si tentationi resistisset, confirmatus fuisset.

¶ Sed quod dicitur in libro, ¶ Cur Deus homo, quod si primi parentes sic vixissent, ut tentati non peccassent, ita confirmarentur cum omni propagine sua, ut ultra peccare non possent. Ergo pueri nascerentur in iustitia confirmati. Respondetur, quod hoc dicitur in libro, ¶ Cur Deus homo, quod si primi parentes sic vixissent, ut tentati non peccassent, ita confirmarentur cum omni propagine sua, ut ultra peccare non possent. Ergo pueri nascerentur in iustitia confirmati. Respondetur, quod hoc dicitur in libro, ¶ Cur Deus homo, quod si primi parentes sic vixissent, ut tentati non peccassent, ita confirmarentur cum omni propagine sua, ut ultra peccare non possent. Ergo pueri nascerentur in iustitia confirmati.

¶ sed quod talis ipse fuit, tales alios generasset. Ergo & eius filij confirmati in iustitia nascerentur.

¶ Sed hoc dicitur in libro, ¶ Cur Deus homo, quod si primi parentes sic vixissent, ut tentati non peccassent, ita confirmarentur cum omni propagine sua, ut ultra peccare non possent. Ergo pueri nascerentur in iustitia confirmati. Respondetur, quod hoc dicitur in libro, ¶ Cur Deus homo, quod si primi parentes sic vixissent, ut tentati non peccassent, ita confirmarentur cum omni propagine sua, ut ultra peccare non possent. Ergo pueri nascerentur in iustitia confirmati.

R E S P O N. Dicendum, quod non videtur possibile, quod pueri in statu innocentiae nascerentur in iustitia confirmati. Manifestum est enim, quod pueri in sua natiuitate non habuissent plus perfectionis, quam eorum parentes in statu generationis. Parentes autem quantum ad aliquod bonum diuinitatis confirmati in iustitia. Ex hoc enim creatura rationalis in iustitia confirmatur, quod efficitur beata per apertam Dei visionem, cui visio non potest non inherere, cum ipse sit ipsa essentia bonitatis, a qua nullus potest auerti, cum nihil de sideretur & ametur, nisi sub ratione boni, & hoc dico secundum legem communem: quia ex aliquo privilegio speciali secus accidere potest, sicut creditur de Virgine Matre Dei. Quam cito autem Adā dā illam beatitudinem peruenisset, quod Deum per essentiam videret, efficeretur spiritualis & mente & corpore, & animalis vita cessaret, in qua sola generationis vsus fuisset. Vnde manifestum est, quod paruuli non nascerentur in iustitia confirmati.

A D P R I M V M ergo dicendum, quod si Adam non peccasset, non generaret ex se filios gehennae, ita scilicet quod ab ipso peccatum contraherent, quod est causa gehennae. Possent tamen fieri filij gehennae per liberum arbitrium peccando. Vel si filij gehennae non fierent per peccatum, hoc non esset per hoc, quia essent in iustitia confirmati, sed propter diuinam prouidentiam, per quam a peccato conseruarentur immunes.

A D 2^m dicendum, quod Anselmus hoc non dicit asserendo, sed opinando. Quod patet ex ipso modo loquendi, cum dicit: Videtur quod si vixissent &c.

A D 3^m dicendum, quod ratio ista non est efficax, quamuis per eam Anselmus Prima S. Tho. S S cedat.

¶ Antecedens patet ex terminis, consequentia probatur ex prima quidem parte, quia visio Dei ipsa essentia bonitatis offertur secundum deum, quia nihil amatur, nisi sub ratione boni. Secunda vero consequentia cum tertia est per se nota.

¶ Circa probationem antecedentis dubium occurrit, quia in litera non probatur de confirmatione quod sunt beati, sed e conuerso, quod beati sunt confirmati: hoc non probant media allata. Ex hoc enim quod Deus est essentia bonitatis, sequitur, quod clare videntes non possunt non inherere sibi, & similiter quod non possunt auerti, quia ad aliquod bonum diuinitatis uerteretur: in eo autem est omne bonum, ergo beati sunt necessario confirmati, sed non valet e contra, & tamen sua conuersus erat probanda.

¶ Ad hoc dicitur, quod dum in litera probatur, quod beati sunt confirmati, reducitur effectus confirmationis in propriam causam, scilicet beatitudinem: ita quod intentio expressa litera non est probare illam propositionem absolute, sed in quantum est reductiua effectus predicati in propriam causam in subiecto politam. Constat autem, quod si effectus ponatur, quod ponitur eius propria causa, & e conuerso, & ideo subterit est ostentum, & quod beati sunt confirmati, & quod confirmati sunt beati. Et ut Nouitius intelligat, quis ex ista: beati sunt confirmati, absolute & formaliter non sequatur sua vniuersalis conuersus: ex ipsa causa scilicet intellectus causalitate propria, optime sequitur a priori sua conuersus. Et si quis obicit, quod in litera probatur quidem, quod beatitudo est causa confirmationis, sed non propria, facile responderetur. Tum quia sermo formalis de propria causa accipitur, cum scientia procedat.

Aug. loco citato in ar. gu. 1.

491
2. dif. 20. q. 2. arti. 7. ad 1. Et quod. 3. q. 11. Et quod. 5. q. 5. arti. 1. ¶ 11. 2. c. 3. to mo. 4.

Q. 92. arti. 1. ad 1.

li 14. de Ci. ui. Det. c. 10 a medio. to mo. 5.

batur, quia optimi est optima producere. Secunda vero, quia vltima perfectio cuiusque consistit in consecutione finis. Tertia autem patet ex quod nois.

¶ Nota hic duo. Primo, quod cum sit tres operationes, altera dicitur omnia casualia: altera omnia necessaria: & alia media, quaedam necessaria, & quaedam casualia, & haec sola sit vera, non allata est opinio dicens omnia necessaria, sed tantum dicens casualia: quia ista negat gubernationem, illa vero ponendo omnia determinata, gubernationem affirmat, ut patet ex responsione ad secundum. Nota secundo, quod prima ratio littere non solum contradietoriae opinionis reiectae probat, sed etiam illius confirmat, dum naturalia euenire se per, aut frequenter aut constanter casualia extra semper & frequenter versari. ex 2. Physic.

Articuli. 12. Mera. text. 52. tom. 3.

¶ Q. 19. ar. 4. & 9. ar. 1. & 2.

D. 62.

113

Q. 104. ar. 1.

quid moueri, sed in se stabilitatem habet. ergo non gubernatur.

¶ 3. Præter. Id quod in se habet necessitatem, qua determinat ad vnum, non indiget exteriori gubernante: sed principales mundi partes quadam necessitate determinantur ad vnum in suis actibus, & motibus. Ergo mundus gubernatione non indiget.

SED CONTRA est, quod dicitur Sap. 14. Tu autem pater gubernas omnia prouidentia. & Boet. * dicit in libro de consol. O qui perpetua mundi ratione gubernas.

RESPON. Dicendum, quod quidam antiqui Philosophi gubernationem mundo subtraxerunt dicentes, omnia fortuito agi. Sed hæc positio ostenditur esse impossibilis ex duobus. Primo quidem ex eo quod apparet in ipsis rebus. Videmus enim in rebus naturalibus prouenire, quod melius est, aut semper, aut in pluribus: quod non contingeret, nisi per aliquam prouidentiam res naturales dirigerentur ad finem boni, quod est gubernare. Vnde ipse quod certus rerum manifeste demonstrat gubernationem mundi: sicut si quis intraret domum bene ordinatam, ex ipsa domus ordinatione, ordinatoris rationem perpenderet, ut ab Aristote. * dicitur Tullius introducit in lib. de natura deorum. Secundo autem apparet idem ex consideratione diuinæ bonitatis, per quam res in esse productæ sunt, ut ex supradictis patet. Cum enim optimi sit optima producere, non conuenit summæ Dei bonitati, quod res productæ ad perfectum non perducatur. Vltima autem perfectio est vniuersalis cuiusque in consecutione finis. Vnde ad diuinam bonitatem pertinet, ut sicut produxit res in esse, ita etiam eas ad finem perducatur, quod est gubernare.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod aliquod mouetur, vel operatur propter finem dupliciter. Vno modo sicut agens seipsum in finem, ut homo, & alia creatura rationalis: & talium est cognoscere rationem finis, & eorum quæ sunt ad finem. Aliquid autem dicitur operari, vel moueri propter finem, quasi ab aliquo actum, vel directum in finem: sicut sagitta mouetur directa ad signum a sagittante, qui cognoscit finem, non autem sagitta. Vnde sicut motus sagittæ ad determinatum finem demonstrat aperte, quod sagitta dirigitur ab aliquo cognoscente: ita certus cursus naturalium rerum cognitione carentium, manifeste declarat mundum ratione aliqua gubernari.

AD 2^m dicendum, quod in omnibus rebus creatis est aliquid stabile, ad minus prima materia, & aliquid ad motum pertinens, ut sub motu etiam operationem comprehendamus. Et quantum ad vtrumque, res indiget gubernatione: quia hoc ipsum, quod in rebus est stabile, in nihilum decideret, quia ex nihilo est, nisi manu gubernatoris seruetur, ut infra patebit.

AD 3^m dicendum, quod necessitas naturalis in herens rebus, quæ determinatur ad vnum, est impressio quadam Dei dirigentis ad finem: sicut necessitas qua sagitta agitur, ut ad certum signum tendat, est impressio

Quo ad secundum respondetur quodammodo duabus conclusionibus, iuxta duos ordines illatos ex praemissis. Distinctio ex praemissis illata est, quod in rebus est duplex ordo, vnus ut sunt a prima causa: alter, & hic est multiplex, ut sunt a causis secundis. Prima conclusio responsiva est. Deus non potest facere contra ordinem rerum, ut dependet a prima causa, probatur dicendo ad impossibile: quia si faceret contra talem ordinem, faceret contra praescientiam suam, quod est impossibile. Aduerte hic ex tercio contra Gen. cap. 98. quomodo potest dupliciter intelligi ista conclusio, scilicet aut quo ad res ordinatas, aut quo ad rationem ordinis. Et quod secundo modo intelligitur hic, non primo. vide ibi circa principium cap. 98. Secunda conclusio responsiva est, Deus potest facere praeter ordinem rerum, prout dependet a qualibet secundarum causarum, sic Deus potest facere praeter ordinem rerum: quia ordini secundarum causarum ipse non est subiectus, sed talis ordo ei subijcitur: quasi ab eo procedens, non per necessitatem naturae, sed per arbitrii voluntatis. Potuisset enim & alium ordinem rerum instituire. Vnde & potest praeter hunc ordinem institutum agere cum voluerit, puta, agendo effectus secundarum causarum sine ipsis, vel producendo aliquos effectus, ad quos cause secundae non se extendunt. Vnde & Augustinus dicit 26. contra Faustum, quod Deus contra solitum cursum naturae facit, sed contra summam legem nullo modo facit, quia contra seipsum non facit.

Antecedens habet tres partes. Prima patet ex praemissis, quia causa superior non subijcitur inferiori ordini, sed e conuerso. Secunda pro constanti supponitur, ex quo omnia sunt a Deo. Tertia vero probatur: quia potuisset alium ordinem instituire. Consequentia autem hic breuitatis causa relinquitur, quasi euidens: sed in tercio contra Gen. ca. 99. in principio probatur ex differentia inter agens naturale, & liberum in hoc, quod naturale oportet agere secundum vltimum virtutis suae, & consequenter effectum simillimum, & consequenter non potest immediate agere effectum proprium causarum secundarum: causam vero libere agentem non oportet sic agere, sed potest agere immediate imperfectissimum effectum, utendo virtute sua ut vult, ut patet in artifice perfectissimo, potente tamen, si vult, facere opus imperfectum, quale nouitius in arte faceret. Declaratur vero ponendo duos modos, quibus Deus praeter hunc ordinem facit, & patet in littera. Confirmatur autem auctoritate Augustini non solum haec, sed prima conclusio simul, ut patet in littera. Circa vtranque conclusionem simul dubium occurrit: quia autem hic est sermo de posse Dei absolute, & sic constat quod potest Deus contra vtrunque ordinem, nec sequitur aliquis defectus praescientiae diuinae: aut est sermo de posse Dei, quo ad exercitium actus de facto, & sic etiam nulla est differentia inter vtrunque ordinem: quoniam sicut Deus praesciuit primum ordinem, ita & alios: & quemadmodum si praeter primum ordinem faceret, faceret contra praescientiam, ita si praeter alios ordines faceret, faceret contra praescientiam suam: & sic tota littera ruere videtur. Ad hoc breuiter dicitur, quod ut in titulo patet, hic est sermo de potentia Dei secundo modo, & quod quis vterque ordo sit praesentis & institutus a Prima S. Tho. T T 3 Deo

Cap. citato in argum. sed contra.

Deo ab eterno agere in per primu...

D. 618.

Li. 26. contra Faustum...

518 Po. q. 6. art. 2. Et 2. dif. 18. q. 1. art. 3. Et 3. con. tra ca. 101. & 102.

AD PRIMVM ergo dicendū, quod cum aliquid contingit in rebus naturalibus...

ARTICVLVS VII.

Vtrum omnia quae Deus facit praeter ordinem naturalem rerum, sint miracula.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quod non omnia quae Deus facit praeter ordinem naturalem rerum...

¶ 2. Præter. Miraculum dicitur aliquid arduum & insolitum praeter facultatem naturae...

agrorum. Nec etiam sunt insolita, cum frequenter eueniant: sicut cū infirmi in plateis ponebantur...

¶ 3. Præter. Miraculi nomen ab admiratione sumitur: sed admiratio est de rebus sensui manifestis...

SED CONTRA est, quod Augustinus dicit contra Faustum, quod cū Deus aliquid facit contra cognitū nobis cursum solitudinis...

RESPON. Dicendum, quod nomen miraculi ab admiratione sumitur. Admiratio autem confurgit, cum effectus sunt manifesti...

AD PRIMVM ergo dicendum, quod creatio, & iustificatio impij, etsi a solo Deo fiant, non tamē proprie loquendo, miracula dicuntur...

AD 2m dicendum, quod arduum dicitur miraculum non propter dignitatem rei in qua fit, sed quia excedit facultatem naturae...

AD 3m dicendum, quod scientia Apostolorum quibus secundum se non fuerit manifesta, manifestabatur tamen in effectibus...

ARTICVLVS VIII.

Vtrum unum miraculū sit maius alio.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quod vnum miraculum non sit maius alio. Dicit enim Augustinus in epistola ad Volu-

notas, miracula dicuntur. Probatur. Miraculū dicitur ab admiratione plenitudine. Ergo quae sunt a Deo praeter causas nobis notas, dicuntur miracula...

L. 26. ca. 101. & 102.

Li. 1. ca. 101. & 102.

519. r. 2. q. 1. art. 1. Et 3. con. tra ca. 101. & 102.

lum est maius alio. Probatur. Miraculū dicitur non per comparationem ad diuinam potentiam, sed facultatem naturae excedere...

siat. In rebus mirabiliter factis tota ratio facti est potentia facientis: sed eadem potentia, scilicet Dei, sunt omnia miracula...

SED CONTRA est, quod Dominus dicit Ioan. 14. de operibus miraculosis loquens Opera. quae ego facio, & ipse faciet...

RESPON. Dicendum, quod nihil potest dici miraculum ex comparatione potentiae diuinae, quia quocumque factum diuinæ potentiae comparatum est minimum...

¶ Primo, Vtrum vnus angelus moueat intellectum alterius illuminando. ¶ Secundo, Vtrum vnus moueat voluntatem alterius.

¶ Tertio, Vtrum inferior angelus possit illuminare superiorem. ¶ Quarto, Vtrum superior angelus illuminet inferiorem de omnibus, quae cognoscit.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum vnus angelus illuminet alium.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod vnus angelus non illuminet alium. Angeli enim eandem beatitudinem possident...

¶ 2. Præter. Triplex est lumen in angelis, naturae, & gratiae, & gloriae: sed angelus illuminatur lumine naturae a creatore...

¶ 3. Præter. Lumen est forma quaedam mentis: sed mens rationalis a solo Deo formatur...

SED CONTRA est, quod dicit Dio. 8. cap. cgl. hierar. quod angeli secundum hierarchiam purgant & illuminant, & perficiunt angelos primae hierarchiae.

QVAESTIO CVI. Quomodo una creatura moueat aliam, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est quomodo vna creatura moueat aliam. Erit autem haec consideratio tripartita...

¶ Circa primum tria consideranda occurrunt. Primo, quomodo angelus agat in angelum. Secundo, quomodo in creaturam corporalem. Tertio, quomodo in homines.

¶ Primo, Vtrum vnus angelus moueat intellectum alterius illuminando.

¶ Secundo, Vtrum vnus moueat voluntatem alterius.

¶ Tertio, Vtrum inferior angelus possit illuminare superiorem.

¶ Quarto, Vtrum superior angelus illuminet inferiorem de omnibus, quae cognoscit.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum vnus angelus illuminet alium.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod vnus angelus non illuminet alium. Angeli enim eandem beatitudinem possident...

¶ 2. Præter. Triplex est lumen in angelis, naturae, & gratiae, & gloriae: sed angelus illuminatur lumine naturae a creatore...

¶ 3. Præter. Lumen est forma quaedam mentis: sed mens rationalis a solo Deo formatur...

SED CONTRA est, quod dicit Dio. 8. cap. cgl. hierar. quod angeli secundum hierarchiam purgant & illuminant, & perficiunt angelos primae hierarchiae.

de his dictum est in praecedenti articulo, quod non sunt proprie miracula. Et ratio ibi assignata, quae scilicet non sunt nata fieri per causas secundas, optima est, si ponderetur ly nata fieri, & applicetur negatio ad medias causas tantum...

Super Quaestione centesima sexta articulum primum.

IN titulo aduerte, quod quibus locutio angelorum sit naturaliter prior illuminatione, quoniam nihil aliud est quod locutio quaedam illuminationis, illuminationis tamen est prior locutione, ut est mutatio, atque gubernationis diuinæ effectus...

¶ 2. Præter. Triplex est lumen in angelis, naturae, & gratiae, & gloriae: sed angelus illuminatur lumine naturae a creatore...

¶ 3. Præter. Lumen est forma quaedam mentis: sed mens rationalis a solo Deo formatur...

SED CONTRA est, quod dicit Dio. 8. cap. cgl. hierar. quod angeli secundum hierarchiam purgant & illuminant, & perficiunt angelos primae hierarchiae.

¶ 8. cap. cgl. hierar. quod angeli secundum hierarchiam purgant & illuminant, & perficiunt angelos primae hierarchiae.

520. 2. di. 9. ar. 2. Et di. 1. r. q. 2. ar. 1. Et veri. q. 9. ar. 1. Et 1. cor. 13.

Q. 51. non pro. a fine. tom. 4.

*ca. 8. part. ante mediū et c. 6. Eccl. hierarch.

In corpore tria. primo proponitur conclusio ratiua affirmati...

RESPON. Dicendum, quod vnus angelus illuminat alium. Ad cuius euidentiam considerandum est...

Ad hoc dicitur, quod vnus angelus illuminat alium. Ad cuius euidentiam considerandum est...

Thomae. non potest causare in alio specie obiecti, quae consistat habere esse intentionale...

corporis, ut minus calidum crescit in calore ex presentia magis calidi...

Ad primum ergo dicendum, quod omnes angeli, tam superiores...

ad propositum spectat, differentia inter ea quae sunt a natura, & quae sunt ab arte...

Et illud se tenet ex parte vis intellectiua. Est enim intellectus ex illo, non solum potens ad hoc percipiendum...

Ad 2m dicendum, quod vnus angelus non illuminat alium tradendo ei lumen naturae, vel gratiae...

ARTICVLVS II. Vtrum vnus angelus possit mouere voluntatem alterius.

AD SECUNDVM sic procedit. Vtrum vnus angelus possit mouere voluntatem alterius. Quia secundum Dionysium...

angelus non potest mouere voluntatem alterius ex parte obiecti, & arguit sic. Bonum vniuersale tantum mouet sufficienter voluntatem obiectiue...

Ad 2m Prae. Sicut Dionysius dicit. Sicut Dionysius dicit in 3. de An. appetitus superior mouet appetitum inferiorem...

Ad 3m dicendum, quod ratio naturalis mens formatur immediate a Deo vel sicut imago ab exemplari...

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, voluntas immutatur dupliciter: vno modo ex parte obiecti...

ratione voluntatis ad actum extraneum. procedit. n. de mutatione inclinationis actualis ipsius voluntatis...

Ca. 7. post medium.

Q. praeced. art. 3.

511

510

Ca. 1. 2. 3.

multum...

medium.

liberari.

511

510

511

510

511

510

511

510

511

510

511

510

511

510

ca. 7. 21. n. r. i. princi. & ca. 8. circa pricipiu

Lib. 3. de anima tex. 59. tom. 2.

Q. praeced. artic. 4.

Q. praeced. art. 4.

extrin-

conceptum mentis alteri, est loqui alteri: sed ordinare proprium conceptum ad manifestandum alteri, est manifestare proprium conceptum mentis alteri, ergo ordinare conceptum ad manifestandum alteri, est loqui: sed angeli ordinant quoadque sic suos conceptus, ergo loquuntur. Maior est per se nota: predicatur, n. ibi diffinitum de diffinitione. Minor vero declaratur & probatur. Declaratur quidem ostendendo quid importat ordinare conceptum ad alterum, ut videatur iuxta singulas partes. Ordinare est actus voluntatis. probatur, quia voluntas movet intellectum ad actum: conceptum ad alterum: quia tripliciter potest intellectus inueniri in intelligente, habitualiter, actualiter, & relatum ad extra ut percipiatur: quia dupliciter potest referri ad extra, scilicet ad factum, vel ad patet in practico: ut ad manifestandum, ut patet in loquente. Probatur vero tripliciter. Primo, quia transitio conceptus de habitu in actum, est loqui sibiipsum, ut patet ex verbi ratione tunc actum formatum, ergo. Secundo, quia ex ipsa ordinatione ad manifestandum innotebit alteri, ergo. Cetera non egent declaratione, cum constet angelos esse intellectuales, naturam & in eis esse potentiam, & actum, & veritatem conceptionum & voluntatum & c. Circa minorem, & eius probationem adverte, quod Scot. & sequaces, naturam intellectuales puram modo aliarum rerum iudicantes, negant hoc: & volunt, loqui consistere in causatione intellectus in audiente, destruantque ordinem naturam, ponentes inferiorem agere in superiorem, & singunt auditionem differre a visione: quia angelus audiens concurrat passivum ad intel-

524
2. di. 11. q. 2. art. 3. Et veri. q. 9. art. 4. 5. & 7. Et 1. cor. in. 13 * Li. 18. mo. ra. cap. 3. in fine.

* Li. 2. Moral. cap. 5. parum a principio.

* Q. 82. 2. 4.

* Li. 10. de trin. ca. 5. 8. 9. & 10. to. mo. 3.

¶ Quarto, Vtrum in locutione angeli aliquid distantia localis operetur.

¶ Quinto, Vtrum locutionem vnus angeli ad alterum omnes cognoscant.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum vnus angelus alteri loquatur.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod vnus angelus alteri non loquatur. Dicit enim Grego. * 18. Mora. quod in statu resurrectionis vnus cuiusque memem ab alterius oculis mēbrorum corpulentia non abscondit: multo igitur minus mēs vnus angeli absconditur ab altero: sed locutio est ad manifestandum alteri quod latet in mente. Non igitur oportet quod vnus angelus alteri loquatur.

¶ 2. Præ. Duplex est locutio. Interior, per quam aliquis sibiipsum loquitur: & exterior, per quam aliquis loquitur alteri. Exterior autem locutio fit per aliquod sensibile signum, puta voce, vel nutu, vel aliquo corporis membro, puta lingua, vel digito: quæ angelis cōpetere non possunt. Ergo vnus angelus alteri non loquitur.

¶ 3. Præ. Loquens excitat audientem, ut attendat suæ locutioni: sed non videtur quod vnus angelus excitet alium ad attendendum, hoc enim fit apud nos aliquo sensibili signo. Ergo vnus angelus non loquitur alteri.

SED CONTRA est, quod dicitur 1. Cor. 13. Si linguis hominum loquar, & angelorum.

RESPON. Dicendum, quod in angelis est aliqua locutio. Sed, sicut dicit Grego. * 2. Mora. Dignū est vt mens nostra qualitatem corporeæ locutionis excedēs, ad sublimem atque incognitos modos locutionis intimæ suspendatur.

¶ Ad intelligendum igitur qualiter vnus angelorum alii loquatur, considerandum est, quod sicut supra diximus, * cum de actibus & potentiis animæ ageretur, voluntas monet intellectum ad suam operationem. Intelligibile autem est in intellectu tripliciter. Primo quidem habitualiter, vel secundum memoriam, vt August. * dicit. Secundo autem vt in actu consideratum, vel conceptum. Tertio, vt ad aliud relatum. Manifestum est autem, quod de primo gradu in secundo transfertur intelligibile per imperium voluntatis. Vnde in dif-

initione habitus dicitur, quo quis vtitur cum voluerit. Similiter autem de secundo gradu transfertur in tertium per voluntatem. Nam per voluntatem conceptus mentis ordinatur ad alterum, puta, vel ad agendum aliquid, vel ad manifestandum alteri. Quando autem mens conuertit se ad actum considerandum, quod habet in habitu, loquitur aliquis sibiipsum: nam ipse conceptus mentis interior, verbum vocatur. Ex hoc verò, quod conceptus mentis angelicæ ordinatur ad manifestandum alteri per voluntatem ipsius angeli, conceptus mentis vnus angeli innotebit alteri: et sic loquitur vnus angelus alteri. Nihil est enim aliud loqui ad alterum, quam conceptum mentis alteri manifestare.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod in nobis interior mens conceptus quasi duplici obstaculo clauditur. Primo quidem ipsa voluntate, quæ conceptum intellectus potest retinere interior, vel ad extra ordinare. Et quantum ad hoc, mentem vnus nullus alius potest videre, nisi solus Deus, secundum illud 1. Corin. 2. Quæ sunt hominis nemo nouit, nisi spiritus hominis qui in ipso est. Secundo autem clauditur mens hominis ab alio homine per grossitiam corporis. Vnde cum etiam voluntas ordinat conceptum mentis ad manifestandum alteri, non statim cognoscitur ab alio, sed oportet aliquod signum sensibile adhibere. Et hoc est quod Grego. dicit * 2. Mora. Alienis oculis intra secretum mentis, quasi post parietem corporis stamus. Sed cum manifestare nosmetipsos cupimus, quasi per linguam ianuam egredimur, vt quales sumus intrinsecus, ostendamus. Hoc autem obstaculum non habet angelus: et ideo quam cito vult manifestare suum conceptum, statim alius cognoscit.

AD 2^m dicendum, quod locutio exterior quæ fit per vocem, est nobis necessaria propter obstaculum corporis. Vnde non conuenit angelo, sed sola locutio interior, ad quam pertinet non solum quod loquatur sibi interior concipiendo, sed etiam quod ordinet per voluntatem ad alterius manifestationem. Et sic lingua angelorum metaphorice dicitur ipsa virtus angeli, quæ conceptum suum manifestat.

AD 3^m dicendum, quod quantum ad angelos bonos qui semper seinuicem vident in Verbo, non

lectionem, quæ est auditio & c. Tota autem vis rationis suarum vtitur intellectum vnus angelicæ passivum proportionatum respectu alteri, quod est intellectus angelicus respectu nulli creaturæ habeat rationem passivum naturalis: vt ex supradictis in tractatu de angelis patet. Quamuis intellectus inferiorum habeat rationem passivum artificialis, i. disciplinabilis respectu superiorum, vt in precedente patet: vnde quo ad nos vana sunt dicta Scot. in 2. diff. 9. q. 2. nec opus est alia solutione. ¶ In responsione ad tertium adverte, quod dupliciter potest interpretari hæc responsio. Primo, vt intendat ponere aliquam specialem intentionem habentem vim excitatiuam ad audiendum. Et hoc licet demulceat aures, meo tamen intellectu non consonat, eo quod quæ dispersa sunt in inferiori, vnite poni debent in superiori, vt in littera dicitur. Secundo, vt intendat ponere in intellectu locutionem vim excitatiuam: & hoc consonat ordini rerum, ita quod conuenientia inter locutionem corporalem & intellectualem posita in littera, consistit in hoc quod vtrouque loquens habet vim excitatiuam, ille per signum aliquod sensibile: iste per aliquam vim intelligibilem. Sed differentia est, quia ibi signum sensibile est obiectum sensibile: hic vero excitatio intelligibilis est de ipsius obiecti ratione. Ordinatio enim ipsa conceptus ad alterum vt videtur, habet in se virtutem excitatiuam ea ratione, quæ facit hunc conceptum esse de pertinentibus ad illum cui loquitur. Oportet enim putare, quod omnes sensus nihil aliud sunt, quam diminutæ participationes intellectus, cum sint vires cognoscitivæ quod-

* Li. 2. Moral. cap. 5. parum post principium.

quorundam specialium generum, ipsæ vero totius entis: intellectus ipse vbi purus inuenitur, qualis est angelicus, præhabet eminentius quicquid omnibus sensibus conuenit: ac per hoc intellectus locutio præhabet quicquid locutio nostra habet, eminentiori modo, & consequenter vniuersæ, & similiter auditio intellectus. Vnde non oportet hic multiplicare entia, sed eleuare in vniuersitate eminenter æquivalentem omnibus: & sic omnia soluuntur.

Super Quæstionis centesimæ septimæ articulum secundum.

TITULVS clarus. In corpore vna est conclusio responsiva quæsto affirmatiue: Inferiores angeli superiores loqui possunt. Hęc conclusio postquam posita est tali ordine, declaratur, & probatur ex differentia inter illuminationem, & locutionem, tria faciendum. Primo, ponitur habitudo inter illas. Secundo, assignantur propria constitutiva singularum, ibi. Ea vero quæ mente. Tertio, inferitur differentia inter illas quod ad ordinem suppositorum, in qua clauditur proposita conclusio, ibi. Manifestum est autem.

¶ Quo ad primam, Habitudo locutionis ad illuminationem est communior ad minus commune. Omnis enim illuminationem est locutio, sed non e converso. Probatur ex rationibus earum supra assignatis. ¶ Quo ad secundam, Proprium constitutum illuminationis est dependentia a voluntate loquentis. Declaratur hæc & probatur. Declaratur resoluendo, mente concepta, in duo principia. Primum veritatis, & voluntatis concipientis. Nec hæc resolutio, aut distinctio principiorum eget probatione: quæ cognitur vt sic, verum quod dicitur, a prima veritate dependere oportet, vt a mensura essentiali extrinseca: & c. liberum quod dicitur, quod ad vsum seu exercitium actus, vt patet ex precedenti articulo, oportet vt a voluntate dependeat. Probatur vero quo ad illuminationem sic. Veritas est lumen intellectus, ergo manifestatio alicui, vt pendet a prima veritate, est illuminatio. probatur consequentia: quia prima veritas est regula omnis veritatis. Quo ad locutionem vero, per eandem radicem negatiuam, quia, voluntas creata non est lux, nec regula veritatis. Et cōfirmatur ratio pro vtraque parte simul: quia non pertinet ad perfectionem intellectus, quid tu velis, sed quid rei veritas habet.

¶ Circa rationem hanc, dubium occurrit non facile: quoniam videtur concludere oppositum intenti. Illa enim propositio assumpta, Veritas est lumen intellectus, aut est formalis & vniuersalis, aut particularis. Si vniuersalis, omne verum est lumen intellectus: igitur manifestare quodcumque verum, est illuminare. igitur loqui verum est illuminare. Et sic si angelus vnus absque dolo, dicit alteri se intelligere nunc actum quoddam bonum: quia dicit verum, illuminare illum, cuius oppositum in littera concludit. Si autem est particularis, oportet dicere in qua materia est vera, & in qua non. Nec facile erit hoc fingere: quoniam neque differentia inter vniuersale & singulare adiuuat, quoniam illuminationes sunt de singularibus. Neque differentia inter necessarium & contingens: quoniam illuminationes sunt de contingentibus. Neque differentia inter naturale & liberum: quoniam illuminationes sunt de liberis, vt patet cum reuelatur angelis orationes nostræ. Vnde differentia hic assignata licet sit bona, male tamen probata videtur.

¶ Circa confirmationem quoque, occurrit dubium simile. Quia si ad perfectionem intellectus spectat scire, quid rei veritas habet: aut hoc intelligitur vniuersaliter, & tunc sequitur oppositum intenti, nam sequitur, ergo ad perfectionem intellectus pertinet scire, quid rei veritas habet de meo velle, & cogitare: hoc autem est scire quid ego volo, ergo. Si autem particulariter, oportet as-

signare materiam, in qua verificatur, & procedatur vt supra. ¶ Ad primum horum dicitur, quod propositio illa est vniuersalis, sed formaliter intellectus. i. de veritate, in quantum veritas est. Et cō inferri ex illa, ergo manifestare quodcumque verum, est illuminare: responderetur distinguendo, quod manifestare verum contingit dupliciter. Vno modo, formaliter, id est, in quantum verum, & sic transeat. Alio modo, in quantum volitum voluntatis, quæ non est veritatis regula, & sic negatur. Huiusmodi manifestatio non est illuminatio, sed simplex propositio, seu oblatio veri. Et propterea negatur vltima consequentia, ergo loqui verum, est illuminare. Quoniam loquens verum non manifestat verum vt verum, sed vt liberum: locutio enim non aliter manifestat, nisi quia libere presentat conceptum. Et si inferatur, quod in locutione vera sunt duo: quæ est veritas proposita, & libertas proponens: & licet ratione libertatis non sit ibi illuminatio, ratione tamen veritatis est ibi illuminatio: si veritas est lumen intellectus, vt littera dicit, iam patet quid dicendum, quod plus requiritur ad illuminationem quam veritas, requiritur, n. quod sit proposita vt veritas, cui signum est, quod eundem conceptum Michaelis, puta, quod ipse vult suscipere animam Martini: si Deus proponit Seraphim, sit illuminationem: si autem ipse Michael manifestet illis, est sola locutio. Deus enim proponit ut verum, quia voluntas sua est regula veritatis: Michael autem proponit quid verum, sed non ut verum, sed ut volitum a se, quem constat non esse veritatis regulam. Vnde in littera ex hoc, quod veritas est lumen, inferitur non quod manifestatio eius sit illuminatio, sed quod manifestatio eius, ut dependet a prima veritate, est illuminatio.

¶ Ad secundum autem dicitur, quod velle, aut intelligere sumitur dupliciter. Vno modo, ut distinguitur contra rem uolitam, aut intellectam. Et sic cum res uolita, aut intellecta in nullo genere causæ pendeat a uolitione, aut intellectione ut sic, ut patet cum uolumus, aut intelligimus Deum esse & c. impertinet est ad perfectionem intellectus debentis intelligere res ab aliis cognititas, aut uolitas, scire quod alii circa illas uelint, aut nouerint. Alio modo, ut ipsum uelle, aut intelligere est res quædam, & sic pertinet ad perfectionem intellectus, eo modo quo cogitationes cordium pertinent ad perfectionem illius, de quibus supra tractatum est. Cogitatio enim cordis cognita, sicut & quodlibet singulare cognitum, perficit intellectum, ut perficere distinguitur contra inficere. Solum enim falsum intellectum inficit, non aut perficit, ut perficere distinguitur contra facere, & denotat quendam excessum, quia non confortat intellectum: non enim ex hoc intellectus potestior red dicitur ad aliorum notitiam. In presenti littera, nolle & intelligere sumuntur primo modo, ut patet ex eo quod distinguntur tunc uelle, & tuum intelligere contra ueritatem rei. Et propterea opus me dicitur, quod non pertinet ad perfectionem mei intellectus, cognoscere quid tu uelis, aut cognoscas, sed quid rei ueritas habet.

¶ Obiectio autem in oppositum facta procedit de tuo uelle & intelligere, in quantum est quædam res in se, propterea non militat contra propositum: quamuis etiam isto modo, ut ex supradictis patet, verificetur. Nec obstat presens littera dicens, quod ad perfectionem intellectus mei spectat, quid rei ueritas habet. Tum quia loquit de re & distinguitur contra cognitionem & uolitionem. Tum quia non dicit, omnis rei. Tum quia sermones sunt intelligendi subiectam materiam: & sic est subintelligenda hic distributio accommodata, ita quod sensus est, quod ad perfectionem intellectus mei pertinet scire, quid rei ueritas habet in cognoscibilibus ab intellectu meo: quæ autem sunt cognoscibilia a me, aut angelo & c. non est presens negotii discutere, sed discussa iam sunt.

¶ Quo ad tertium, inferri conclusio intenta in differentia inter has

SED CONTRA est, quod sicut Dion. * exponit 7. cæl. hierar. inferiores angeli superioribus dixerunt, Quis est iste rex gloriæ?

¶ Sed contra est, quod sicut Dion. * exponit 7. cæl. hierar. inferiores angeli superioribus dixerunt, Quis est iste rex gloriæ?

¶ Sed contra est, quod sicut Dion. * exponit 7. cæl. hierar. inferiores angeli superioribus dixerunt, Quis est iste rex gloriæ?

¶ Sed contra est, quod sicut Dion. * exponit 7. cæl. hierar. inferiores angeli superioribus dixerunt, Quis est iste rex gloriæ?

¶ Sed contra est, quod sicut Dion. * exponit 7. cæl. hierar. inferiores angeli superioribus dixerunt, Quis est iste rex gloriæ?

Q. præced. art. 3. huius quæst.

Lib. 2. Moral. ca. 5. in me.

ca. 7. 2. mod.

ad propositum consi-
stente in hoc illumi-
natio solummodo p
superiores ad inferio-
res deducitur: locu-
tio vero per loquen-
tem ad quoscunque
deducitur, siue supe-
riores, siue inferio-
res. Probatur ex dis-
tinctionis praesigna-
tis sic, Illuminatio
est de conceptis vt a-
Deo, ergo em ordi-
nem angelorū, vt a
Deo, ergo per superio-
res ad inferiores.
Ans patet ex dictis:
prima consequentia
nō nisi implicite ha-
betur in litera, sed
ppter claritatē appo-
sita est. secūda ve-
ro pbatur: quia ange-
li dñr superiores
& inferiores p ordi-
nē ad Deū. Quo ad
aliam vero partē sic,
Locutio est de conce-
ptis, vt a voluntate,
ergo em ordinē ad
voluntatem loquen-
tis, ergo ad quoscun-
que. Antecedēs patet,
prima consequentia
pbat: qd in his
primis loquens ha-
bet rōnem supremi
principii: secūda ve-
ro est per se nota, &
sic patet conclusio
probata ex hoc, qd
loqui vt sic, nullam
dicat excellentiam su-
pra audientē, sed li-
bertatē tātum po-
nit in loquente.
¶ In rōne ad ter-
tium, dubium esse pos-
set: quia De^o pluries
in Scriptura inuenit
locutus ad angelos
absq; illuminationē,
vt patet Iob. 2. & 3.
Reg. 2. Ad hoc po-
test tripliciter dici.
Primo, qd litera lo-
quitur de locutione enū-
ciatiua, qd. enūciat
verum, vel falsum,
vt patet ex rōne red-
dita. Secūdo et meli^o,
qd litera loquitur de lo-
cutione proprie di-
cta, intellectuāli tñ:
Scriptura aut oppo-
situm sonans metha-
phorice, locutioē rei
vbi, vt patet ex autho-
ritate Gre. 2. Mora.
Tertio quod etiā in
his illuminationē qdā
occurrit pro quanto
fit manifestatio diui-
næ permissionis,
quod addit ad hoc,
vel illud.
¶ Super Quaestione
centesima septima
Articuli tertium.
¶ Titulus clarus.
¶ In corpore

R E S P O N. Dicendum, quod
angeli inferiores superioribus lo-
qui possunt. Ad cuius euidētiā
considerandum est, quod omnis
illuminatio est locutio in angelis,
sed non omnis locutio est illumi-
natio: quia sicut dictum est, ange-
lū loq angelo nihil aliud est, q̄ con-
ceptū suū ordinare ad hoc, vt ei in-
notescat per propriam voluntatē.
Ea vero quae mente cōcipiuntur,
ad duplex principium referri pos-
sunt, scilicet ad ipsum Deum, qui
est prima veritas, & ad voluntatē
intelligentis, per quā aliquid actu
consideramus. Quia vero veritas
est lumē intellectus, & regula om-
nis veritatis est ipse Deus, manife-
statio eius quod mente cōcipitur,
secundum quod dependet a prima
veritate, & locutio est, & illumi-
natio. Puta si vnus homo dicit ali-
quid, Caelum est a Deo creatum, vel,
Homo ē animal. Sed manifestatio
eorum quae dependet ex voluntate
intelligentis, non potest dici illumi-
natio, sed locutio tantum. Puta
si aliquis alteri dicat, Volo hoc ad-
discere, volo hoc vel illud facere:
cuius ratio est, quia voluntas crea-
ta non est lux, nec regula veritatis,
sed participans lucem. Vnde com-
municare ea quae sunt a voluntate
creata, in quantum huiusmodi, nō
est illuminare. Non enim pertinet
ad perfectionem intellectus mei,
quid tu velis, vel quid tu intel-
ligas cognoscere: sed solum quid
rei veritas habeat. Manifestum
est autem, quod angeli dicuntur
superiores, vel inferiores per com-
parationem ad hoc principium
[quod est Deus]. Et ideo illumi-
natio quae dependet a princi-
pio quod est Deus, solum per su-
periores angelos ad inferiores de-
ducitur. Sed in ordine ad princi-
pium quod est voluntas, ipse vo-
lēs est prim^o & supremus. Et ideo
manifestatio eorum quae ad volū-
tatem pertinent, per ipsum volen-
tem deducitur ad alios quoscun-
que. Et quantum ad hoc: & superio-
res inferioribus, & inferiores
superioribus loquuntur. Et per
hoc patet solutio ad Primum, &
ad Secundum.
Ad 3^m dicendum, quod om-
nis Dei locutio ad angelos est illumi-
natio: quia cum voluntas Dei
sit regula veritatis, etiam scire qd
Deus velit, pertinet ad perfectio-
nem & illuminationē mentis crea-
tae. Sed non est eadem ratio de vol-
untate angeli, vt dictum est.*

A R T I C V L V S I I I.
Vtrum angelus Deo loquatur.
AD TERTIVM sic proce-
ditur. Videtur quod angel^o
Deo non loquatur. Locutio. n. est
ad manifestandum aliquid alteri:
sed angel^o nihil potest manifesta-
re Deo, qui omnia nouit. Ergo an-
gelus non loquitur Deo.
¶ 2 Præt. Loqui est ordinare con-
ceptū intellect^o ad alterū, vt dictū
est: sed angel^o semper cōceptū suū
mentis ordinat in Deū. Si ergo ali-
quādo Deo loquit^{ur} semper Deo lo-
quit^{ur}: quod pot^{est} videri^{aliquib⁹} in-
conueniens, cū aliqñ angelus ange-
lo loquatur. Videtur ergo quod an-
gelus nunquam loquatur Deo.
S E D C O N T R A est, quod di-
citur Zachar. i. Respondit angelus
Deo, & dixit, Domine exercitū
vsquequo non miseraberis Ierusa-
lem? Loquitur ergo angelus Deo.
R E S P O N. dicendum, quod
sicut dictū est, locutio angeli est
per hoc, quod conceptio mentis
ordinat ad alterū. Sed aliquid ordi-
nat ad alterū, dupliciter. Vno mō-
do ad hoc, qd cōmunicet alteri: sicut i-
reb⁹ naturalib⁹ agēs ordinat ad pa-
triēs, & in locutione humana do-
ctor ordinat ad discipulū. Et quan-
tum ad hoc nullo modo angelus
loquitur Deo: neque de his quae
ad rerum veritatem pertinent, ne-
que de his quae dependet a volun-
tate creata: quia Deus est omnis
veritatis, & omnis volūtatis prin-
cipium & conditor. Alio modo or-
dinatur aliquid ad alterum, vt ab
eo aliquid accipiat sicut in rebus
naturalibus passiuum ad agens, &
in locutione humana discipulus
ad magistrū. Et hoc modo angelus
loquitur Deo, vel consultando di-
uinam voluntatem de angelis, vel
eius excellentiam quam nunquā
comprehendit admirando: sicut
Grego. dicit². Moral^o quod angeli
loquunt^{ur} Deo, cum per hoc, quod
super semetipsos respiciūt, in mo-
tum admirationis surgunt.
Ad PRIMVM ergo dicendū, qd
locutio nō semp est ad manifestan-
dum alteri: sed quādoq; ad hoc or-
dinat finaliter, vt loquēti aliquid
manifestetur, sicut cum discipulus
quærit aliquid a magistro.
Ad 2^m dicendū, qd locutione
qua angeli loquunt^{ur} Deo, laudātes
ipsum & admirātes, semp angeli
Deo loquunt^{ur}. Sed locutioē qua ei⁹
sapientiā cōsulant sup agēdis, tūc ei
loquūt^{ur} quādo aliq^o nouum per
eos. agendum occurrit, super quo
desiderant illuminari.

vna distinctio binē
bris cū duab⁹ cōclu-
sionib⁹ iuxta distin-
ctionis membra. Di-
stinctio est, Aliquid
ordinat ad alterū du-
pliciter, scilicet, vel
passiue. Ratio distin-
ctionis huius, quare
s. adducit, assignat
in litera, qd locutio
angelica in ordina-
tione cōcept^o ad al-
terū cōsistit: membra
distinctionis declara-
tur in naturalib⁹, &
humana locutione.
¶ Cōclusio prima in
iuxta primū membrū ē
negatiua, Angel^o nō
loquit^{ur} Deo ordinā-
do cōceptū respectū
dei actiue: pbat. De^o
est principū ois veri-
tatis & volūtatis. et
go sibi cōmunicati-
ue ordinari non pot^{est}
cōcept^o aliq^o de veri-
tate, aut volūtario.
¶ Secunda cōclusio
iuxta scdū membrū ē
affirmatiua. Angel^o
loquit^{ur} de ordinādo
cōceptū suū respectū
dei passiue. Decla-
rat ex cōsultatione,
& admiratione,
& confirmatur au-
thoritate Gregorii.
¶ Circa hāc decisio-
ne occurrit dubium:
quia distinctio posita
quā sit bona, nō
tñ est sufficiens ad p-
positū. Dat^{ur} n. tertū
mod^o ordinis, quo
concept^o ordinat ad
alterū, qd. s. ordina-
tur ad alterū solū, vt
innotescat, vt dictū
est fieri in simplici
locutione vni⁹ ange-
li ad alterū: loquēs
n. vt sic, nihil causat
i audiente s. Th. Th.
doctrina. igitur &c.
¶ Ad hoc breuiter
dicitur, qd licet ordi-
nans cōceptū suū
ad alterū, ad hoc lo-
lum vt innotescat il-
li, non se habeat vt
agēs respectū audie-
tis, quia nec agit in
illū, nec plentat illi
actiū, habet tñ se
ad illū cōmunicati-
ue: qd facit praesens
visibile, qd si non fa-
ceret, esset illi ab-
sens. Et ppter ea dē
cōmunicare illi no-
titiā eius quod ipse
cōcipit: Deo autē re-
pugnat non solū pa-
ti ab angelo, sed etiā
cōitari sibi aliud ab
illo eadem ratione:
quia, s. sibi repugnat
ratio potentie, & im-
perfectio cuiusq;
Vnde hic mod^o cō-
pre-

prehēditur sub pri-
mo modo in litera
posito. Et ad hoc in-
firmandum nō dicit^{ur}
in litera i primo mē-
bro, quod ordinatur
vt agat, sed quod
ordinatur ut com-
municet. Declarat^{ur}
autem hoc ex ra-
tione ordinis actiui
& passiui, tū vt a no-
tioribus traderet di-
sciplinam: tum qd
cōmunicatio ma-
nifestatiua quasi age-
re quoddā ē reducti-
ue: tū quia in propo-
sito, vt dictū est,
æquiualeat ipsi age-
re, & sic sufficienter
respōsum est q̄sito.
¶ Super Quaestione
centesima septima
Articuli quartū.
¶ Titulus clarus.
¶ In corpore
vna conclusio respō-
sua q̄sito negatiue,
In locutione angeli
nullum impedimen-
tum praestat distan-
tia loci. Probat. Lo-
cutio angeli cōsistit
in intellectuāli ope-
ratione, ergo abstra-
hit omnino a loco &
tpe. ergo nihil ope-
rat in ea diuersitas
loci, aut tēporis. ergo
& c. Ans patet. &
prima consequentia
pbat, ex intelligere
nostro, qd. Cōstru-
hit nisi ex pte phan-
tasmatū, quae sibi nō
sunt: secūda vero
est per se nota.
¶ Super Quaestione
centesima septima
Articuli quintū.
¶ Titulus clarus.
¶ In corpore
vna conclusio respō-
sua q̄sito negatiue,
Locutioē vni⁹ an-
geli ad aliū nō oēs
percipiunt. Probat.
Propriū cōceptū mē-
tis vnus angel^o pot^{est}
ordinare ex aliqua
causa ad alterum, &
non oēs. ergo perci-
pi pot^{est} ab vno, & nō
ab aliis. Ans. pbat:
qd ordinatio est vo-
luntaria. Cōsequen-
tia probatur: quia p
ordinationem perci-
pi, id est, fit praesens
vt percipiatur.
¶ Super Quaestione
centesima octaua
Articuli primū.
¶ Titulus clarus.
¶ In corpore

A R T I C V L V S I I I I.
Vtrum localis distantia operetur aliquid in locutione angelica.
AD QVARTVM sic pro-
ceditur. Videtur quod loca-
lis distantia operetur aliquid in lo-
cutione angelica. Sicut enim dicit
Damaf. Angelus vbi est, ibi ope-
ratur: locutio autem est quaedam
operatio angeli. Cum ergo ange-
lus sit in determinato loco, videt^{ur}
quod vsque ad determinatam loci
distantiam angelus loqui possit.
¶ 2 Præt. Clamor loquentis fit p-
pter distantiam audientis: sed Ila.
6. dicitur de Seraphim, quod cla-
mat alter ad alterum. Ergo videt^{ur}
quod in locutione angelorum ali-
quid operetur localis distantia.
S E D C O N T R A est, quod si-
cut dicit^{ur} Lucae i. 6. Diues in inferno
positus loquebatur Abraham, non
impediente locali distantia. Multo
igitur minus localis distantia po-
test impedire locutionē vnus an-
geli ad alterum.
R E S P O N. Dicendum, quod lo-
cutio angeli in intellectuāli ope-
ratione cōsistit, ut ex dictis patet.*
Intellectuali autem operatio an-
geli omnino abstracta est a loco
& tempore: nam etiam nostra
intellectualis operatio est per ab-
stractionem ab hoc & nunc, nisi
per accidēs ex parte phantasmatū,
quae i angelis nulla sunt. In eo autē
quod est omnino abstractū a loco
et tpe, nihil operatur neque tps
diuersitas, neq; loci distantia. Vn-
de in locutione angeli nullum im-
pedimentum facit distantia loci.
Ad PRIMVM ergo dicendū,
quod locutio angeli, sicut dictum
est, est locutio interior, qua tamē
ab alio percipit^{ur}: et ideo est in an-
gelo loquente, & per consequens
vbi est angelus loquēs. Sed sicut di-
stantia localis non impedit, quin
vnus angelus alium uidere possit:
ita etiam non impedit, quin perci-
piat quod in eo ad se ordinatur,
quod est eius locutionē percipere.
Ad 2^m dicendū, quod cla-
mor ille non est vocis corporeae, qd
fit propter distantiam loci, sed si-
gnificat magnitudinē rei, quae di-
cebatur, vel magnitudinē effect^o,
secundum quod dicit Gre. 2. Mo-
ra. Tanto quisque minus clamat,
quanto minus desiderat.
A R T I C V L V S V.
**Vtrum locutionem vnus angeli ad al-
terum omnes cognoscant.**
AD QVINTVM sic pro-
ceditur. Videtur quod lo-

cutioē vnus angeli ad alterum
omnes cognoscant. Quod enim
vnus hominis locutionem non
omnes audiunt, facit inaequalis lo-
ci distantia: sed in locutione ange-
li nihil operatur localis distantia,
vt dictum est.* Ergo vno angelo
loquente ad alterū oēs percipiūt.
¶ 2 Præt. Omnes angeli cōmuni-
cant in virtute intelligendi. Si er-
go cōceptus mentis vnus ordi-
natus ad alterum cognoscitur ab
vno, pari rōne cognoscit^{ur} ab alijs.
¶ 3 Præt. Illuminatio est quaedam
species locutionis: sed illumina-
tio vnus angeli ab altero peruenit
ad omnes angelos: quia vt Diony.
dicit¹⁵, cael. hierar. Vnaquaque
caelestis essentia intelligentiam si-
bi traditam alijs communicat. Er-
go & locutio vnus angeli ad alte-
rum ad omnes perducitur.
S E D C O N T R A est, qd vnus
homo potest alteri soli loqui. Mul-
to igitur magis hoc in angelis ef-
fect^o potest.
R E S P O N. Dicendum, quod si-
cut supra dictum est, conceptus
mētis vnus angeli percipi potest
ab altero per hoc, quod ille, cuius
est conceptus, sua voluntate ordi-
nat ipsum ad alterum. Potest autē
ex aliqua causa ordinari aliquid
ad vnum, & non ad alterū: et ideo
potest conceptus vnus ab aliquo
vno cognosci, & nō ab alijs. Et sic
locutionem vnus angeli ad alterū
potest percipere vn^o absque alijs,
non quidem impediēte distantia
locali, sed hoc faciente voluntaria
ordinatione, vt dictum est.* Vnde
patet rātio ad Primū & Secundū.
Ad 3^m dicendū, quod illumi-
natio est de his, quae emanant a
prima regula veritatis, quae est princi-
pium commune omnium ange-
lorū: et ideo illuminationes sunt
omnibus communes. Sed locutio
potest esse de his, quae ordinantur
ad principium voluntatis creatae,
quod est proprium vnicuique an-
gelo: et ideo non oportet, quod
huiusmodi locutiones sint omni-
bus communes.

QVAESTIO CVIII.
**De Ordinatione angelorum secundum
hierarchias & ordines, in octo
articulis diuisa.**
EINDE cōsiderādū est de
ordinatione angelorū s. m
hierarchias et ordines.
Dicit^{ur} enim, qd superiores in-
feriores illuminat, & nō cōuerso.
Primo distinguit: se-
cundo rōdet quae-
stio, iuxta duo distin-
ctionis membra: ter-
tio reprehendit er-
rorem quemdam.
¶ Quo ad primū, di-
stinctio est. Hierar-
chia potest duplici-
ter considerari, Vno
modo ex parte prin-
cipis: Alio modo ex
parte multitudinis
ordinat^{ae} sub princi-
pe. Declarat^{ur} distin-
ctio ex qd nominis
hierar. dicit. n. sacrū
principatum: princi-
patus autē hae duo
praedicta claudit i se.
¶ Quo ad secundū,
sunt cōclusiones duae.
Prima conclusio re-
spōsua iuxta primū
modum est affirmati-
ua, Oēs angeli, im-
mo oēs creaturē rō-
nales, sunt vni⁹ hie-
rarchiē ex pte prin-
cipis. Probat, qd pri-
ceps omnū, qui pos-
sunt sacrorum esse
principes, quales sūt
rationales creaturē,
est vnus De^o glorio-
sus. Et confirmatur
authoritate Aug. po-
nētis vnā ciuitatem
angelorū & hominū,
bonorum, alteram
malorum.
¶ Nec turbetur: No-
uitie, ex ista confir-
matione ponēte duas
societates, & tñ ad-
ducta ad pbandum
vnitatem societatis: in
hac enim authorita-
te duo dicuntur. Pri-
mū, qd angelorū &
hominū participū
sacrorum vna est so-
cietas: & hoc est ad
propositū. Secundū
est, qd demonū &
hominū deficientiū
a sacris, alia ē socie-
tas: & hoc est ad cō-
plementū authorita-
tis allatum, et seruit
aliqua pte propo-
siti pro quāto etiam
haec mala societas
est etiam vna.
¶ Secūda vero con-
clusio iuxta s. m mo-
dum est negatiua.
Angeli nec cum ho-
minib⁹, nec inter se
sunt vnus hierar-
chia, sed tres iter se
constituunt hierar-
chias ex parte mul-
titudinis ordinat^{ae}.
Ira cōclusio habet
tres partes. Prima ē
de pluralitate hie-
rarchiē inter ange-
los & homines: se-
cūda iter angelos:
tertia est de certo
numero hierarchie
ange-

Art. praec
Ca. 15. an-
te mediu.
Art. i. huius
quart.
In isto arte
& praec
325
Q. 116. 2. 3
ange-

Art. praec.

Iob. 4.

Art. i. huius
quart.

Art. i. huius
quart.

Lib. 1. Me-
ral. cap. i.
in medio.

Lib. 1. Me-
ral. cap. i.
in medio.

Art. i. huius
quart.

Art. i. huius
quart.

Art. i. huius
quart.

In cor. art.

angelica. Et probatur quo ad primam partem. Vnitas principat ex parte multitudinis est ex unitate modi passus gubernationis a principe, & pluralitas ex pluralitate, ergo angeli & homines non sunt vnus hierarchia. Antecedens probatur inductio in politicis. Consequenter probatur quia homines & angeli diuersis modis gubernantur. Probatur, quia illi illuminationibus puris, homines vero sub sensibilibus similitudinibus, ut patet ex Dion. Secunda vero pars ex eadem autoritate probatur inferendo eodem modo, ergo angeli inter se non sunt vnus hierarchia. probat sequela, quia non eodem modo illuminantur: quia superiores vnuerfalius lumina, quam inferiores recipiunt. Tertia autem pars probatur sic, Rationes, de quibus angeli illuminantur, possunt in triplici gradu considerari, ergo acceptio cognitionis, ergo sunt tres hierarchia. Consequenter sunt notae ex dictis. Antecedens declarat, quia pos sunt sumi vt sunt a Deo: secundo vt ab vnuerfalius secundis: tertio vt a propriis, atque applicatis ad singula. primus modus conuenit primae hierarchia, vt confirmat Dion. secundus secundae: & tertius infimae. Quo ad tertium errant, & contra intentionem Dionysii loquuntur, ponentes hierarchiam in diuinis personis. Probatur prima pars: quia hoc sequitur collatione ex dictis: secunda vero, quia hierarchia apud Dion. 4. capitulo, exigit inter supposita habitudinem purgationis, illuminationis, & perfectionis: sed haec procul sunt a diuinis personis, ergo &c. Causa erroris videtur: quia in diuinis personis est ordo quidam naturae, sed non hierarchia: sed ille &c.

Circa hoc quaeruntur octo. Primo, Vtrum omnes sint vnus hierarchia. Secundo, Vtrum in vna hierarchia sit vnus tantum ordo. Tertio, Vtrum in vno ordine sint plures angeli. Quarto, Vtrum distinctio hierarchiarum & ordinum sit a natura. Quinto, De nominibus & proprietatibus singulorum ordinum. Sexto, De comparatione ordinum ad invicem. Septimo, Vtrum ordines durent post diem iudicii. Octavo, Vtrum homines assumantur ad ordines angelorum.

ARTICVLVS PRIMVS. Vtrum omnes angeli sint vnus hierarchia.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod omnes angeli sint vnus hierarchia. Cum enim angeli sint supremi inter creaturas, oportet dicere quod sint optime dispositi: sed optima dispositio est multitudinis, secundum quod patet per Philosophum 12. Meta. & in 3. Poli. Cum ergo hierarchia nihil sit aliud quam sacer principatus, videtur quod omnes angeli sint vnus hierarchia.

2. Præter. Dio. dicitur 3. ca. cael. hierar. q. hierarchia est ordo, scientia, & actio: sed omnes angeli conueniunt in vno ordine ad Deum quem cognoscunt, & a quo in suis actionibus regulantur. Ergo omnes angeli sunt vnus hierarchia. 3. Præter. Sacer principatus, qui dicitur hierarchia, inuenitur in hominibus & angelis: sed omnes homines sunt vnus hierarchia. Ergo etiam omnes angeli sunt vnus hierarchia.

SEDCONTRA est, quod Dion. 6. cap. cael. hierarch. distinguit tres hierarchias angelorum.

RESPON. Dicendum, quod hierarchia est sacer principatus, vt dictum est. In nomine autem principatus duo intelliguntur, scilicet ipse princeps, & multitudo ordinata sub principe. Quia igitur vnus est Deus princeps non solum omnium angelorum, sed etiam hominum, & totius creaturæ: ideo non solum omnium angelorum, sed etiam totius rationalis creaturæ, quæ sacer principatus esse potest, vna est hierarchia. Secundum quod Augustinus dicit in 12. de Ciui. Dei, duas esse ciuitates, hoc est societas

res, vnam in angelis bonis & hominibus: alteram in malis. Sed si consideretur principatus ex parte multitudinis ordinatæ sub principe, sic vnus principatus dicitur secundum quod multitudo vno & eodem modo potest gubernationem principis recipere. Quæ vero non possunt secundum eundem modum gubernari a principe, ad diuersos principatus pertinent: sicut sub vno rege sunt diuersæ ciuitates, quæ diuersis reguntur legibus & ministris. Manifestum est autem quod homines alio modo diuinas illuminationes percipiunt, quam angeli. Nam angeli percipiunt eas in intelligibili puritate: homines vero percipiunt eas sub sensibilibus similitudinibus, vt Dio. dicitur 1. ca. cael. hierar. & ideo oportet distingui humanam hierarchiam ab angelica. Et per eundem modum in angelis tres hierarchia distinguntur. Dicitur enim supra, quod de cognitione angelorum ageretur, quod superiores angeli habent vnuerfaliorem cognitionem veritatis, quam inferiores. Huiusmodi autem vnuerfalis acceptio cognitionis secundum tres gradus in angelis distingui potest. Possunt enim rationes rerum, de quibus angeli illuminantur, considerari tripliciter. Primo quidem secundum quod procedunt a primo principio vnuerfali, quod est Deus. Et iste modus conuenit primæ hierarchia, quæ immediate ad Deum extenditur, & quasi in vestibulis Dei collocatur, vt Dion. dicitur 7. cap. cael. hierar. Secundo vero, prout huiusmodi rationes dependent ab vnuerfalius causis creatis, quæ iam aliquo modo multiplicatur: & hic modus conuenit secundæ hierarchia. Tertio autem modo secundum quod huiusmodi rationes applicantur singulis rebus, prout dependent a propriis causis: & hic modus conuenit infimæ hierarchia, quod plenius patebit, cum de singulis ordinibus ageretur. Sic igitur distinguuntur hierarchia ex parte multitudinis subiectæ. Vnde manifestum est eos errare, & contra intentionem Dio. loqui, qui ponit in diuinis personis hierarchiam, quam vocant supercelestem. In diuinis enim personis est quidam ordo naturæ, sed non hierarchia. Nam vt Dion. dicitur 3. ca. cael. hierar. ordo hierarchia est alios quidem purgari, & illuminari, & perficere: alios autem purgare, & illuminare, & perficere. Quod absit vt in diuinis personis ponamus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ratio illa procedit de principatu ex parte principis: quia optimus est quod multitudo regatur ab vno principe, vt Philosophus in pluribus locis intendit.

AD 2m dicendum, quod quantum ad cognitionem ipsius Dei, quem omnes vno modo, scilicet per essentiam vident, non distinguuntur in angelis hierarchia, sed quantum ad rationes rerum creaturarum, ut dictum est.

AD 3m dicendum, quod omnes homines sunt vnus speciei, & vnus modus intelligendi est eis conaturalis: non sic autem est in angelis. Vnde non est similis ratio.

ARTICVLVS II. Vtrum in vna hierarchia sint plures ordines.

AD SECVDVM sic proceditur. Videtur quod in vna hierarchia non sint plures ordines. Multiplicata enim diffinitione multiplicatur & diffinitum: sed hierarchia, ut Dio. dicitur, est ordo. Si ergo sunt multi ordines, non erit vna hierarchia, sed multe.

In responsione ad secundum occurrunt tres dubitationes. Prima est circa progressum responsionis, videtur enim diuertere a proposito. Nam primo proponitur conditionalis de proportionione qualitate...

iusmodi qualitatibus alterantur, quae non inveniuntur in corporibus celestibus. ergo corpora celestia, non sunt ea eorum, quae hic sunt. Prater, sicut Augustinus dicit, de civitate Dei. Nihil est magis corporis, quam corporis lexis: sed corporis lexis non causatur ex corporibus celestibus: cuius signum esse videtur, quod duorum geminorum sub una constellatione natorum, vnus est masculus, & alter est femina. ergo corpora celestia non sunt causa rerum corporalium, quae hic sunt.

SED CONTRA est, quod Augustinus dicit, de Trinitate, quod corpora crassiora, & inferiora per subtiliora, & potentiora quodam ordine reguntur. Et Dionysius dicit, de divinis nominibus, quod lumen Solis ad generationem sensibilium corporum confert, & ad vitam ipsa mouet, & nutrit, & auget, & perficit.

RESPON. Dicendum, quod cum omnis multitudo ab unitate procedat, quod autem immobile est, vno modo se habet: quod vero mouetur, multiformiter: considerandum est in tota natura, quod omnis motus ab immobili procedit. Et ideo quanto aliqua magis sunt immobilia, tanto sunt magis causa eorum, quae sunt magis mobilia. Corpora autem celestia sunt inter alia corpora magis immobilia: non enim mouentur, nisi motu locali. Et ideo motus horum inferiorum corporum, qui sunt

primam, & tertiam dicitur. Sciendum est ergo, quod duplex est principiorum actiuorum ordo, quaedam enim sunt principia actiua formaliter: quaedam vero virtualiter. Actiua formaliter vocantur sunt principia elicitiua actionum, qualia sunt calidum, & frigidum &c. Actiua autem virtualiter dicitur illa quae non eliciunt actiones: sed sunt, quorum virtute actiones eliciuntur, qualia sunt omnia corpora secundum substantias. Dicitur enim superius, quod substantia creata nullius actionis est elicitiua principium, & quod est id, cuius virtute qualitates, & potentiae actiuae agunt. Hoc autem duplex genus actiui principii in corporibus sic se habet, quod formale sequitur virtuale: & sic virtuale est prius formale secundum rem, sed secundum nomen est totum oppositum: quoniam actiuum formale adeo sibi nomen actiuitatis vendicauit, ut communiter dicatur, ut in hac etiam littera dicitur, quod nullum inuenitur in istis inferioribus actiuum principium, nisi qualitas elementaris &c.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod dicitur Damasceno, intelligendum est, quod corpora celestia non sunt primo causa generationis, & corruptionis eorum, quae hic sunt, sicut dicebant illi, qui ponebant corpora celestia esse Deos.

AD 2m dicendum, quod principia actiua in istis inferioribus corporibus non inueniunt, nisi qualitates actiuae elementorum, quae sunt calidum, & frigidum, & huiusmodi: et sic esset, quod forma substantiales inferiorum corporum, non diuersificarentur, nisi secundum huiusmodi accidentia, quorum principia rarum, & densum antiqui naturaliter posuerunt, non oporteret super haec inferiora corpora aliquid principium actiuum ponere, sed ipsa sufficerent ad agendum: sed recte considerantibus apparet, quod huiusmodi accidentia se habent, sicut materiales dispositiones ad formas substantiales naturalium corporum. Materia autem non sufficit ad agendum: & ideo oportet super has materiales dispositiones ponere aliquid principium actiuum. Vnde Platonicus posuerunt species separatas, & ideo oportet super has materiales dispositiones ponere aliquid principium actiuum. Vnde Platonicus posuerunt species separatas, & ideo oportet super has materiales dispositiones ponere aliquid principium actiuum.

le, sequitur. ergo est corpus caeleste. Nec potest contra hoc instari, quod tale est substantia corporis huius, quia illa non est in ordine actiuorum formaliter. Secundum est, quod vniuersaliter loquendo de vtroque ordine actiuorum, processus litterae etiam valet: quod tali ordine manifestatur. Omnia haec actiua formaliter sunt vt materiae dispositiones. ergo praeter haec oportet esse aliud actiuum formale se habens vt informans. Tunc vltra, sicut superius principium actiuum formale se habet ad inferiorius principium actiuum formale, ita superius virtuale ad inferiorius virtuale. Substantia namque rerum ex earum accidentibus innotescunt, vt in primo de anima dicitur: sed praeter inferiorius formale oportet ponere superius formale. ergo praeter inferiorius virtuale, oportet ponere superius virtuale: & sequitur amplius, quod quemadmodum inferiorius formale, est vt materiale respectu superioris formalis, ita inferiorius virtuale respectu superioris virtualis. Et sic patet, quod siue litteram interpretemur de actiuis formaliter, quod consequentia est bona iuxta primum dictum: siue vniuersaliter, & indistincte interpretemur de actiuis, consequentia quoque est bona ex eadem radice: quia scilicet formaliter actiua sunt tantum dispositiones. Vnde ad obiectionem in oppositum dicitur, quod antecedens intelligitur de accidentibus istis, vt sunt actiua virtute propria. Et cum dicitur, quod tunc fiet recursus ad substantiam corporis, hoc sibi illud accidens, iam patet responsio, quod variatur ordo actiuorum. Oportet enim habere recursum ad alius actiuum formale.

male, vt omnis ordo actiuorum completus: & sic fit reductio ad corpus caeleste, quod manifeste actionem elicit non per qualitatem materialiter se habentem ad naturas corporum inferiorum, sed per altiores proprietates, qualis est lux, & influxus &c. Ad primum vero dubitationem dicitur dupliciter. Primo, quod nulli inconueniens fuit, digestionem talem facere, aut relinquere destructionem illius conditionalis: quoniam per se notum est, multae esse varietates formarum inferiorum excedentem efficaciam qualitatis elementarium, vt patet ex operibus. Quod, magnas trahat ferri, ex nulla elementum virtute provenit: & consequenter nec eius forma, quae illi operis est principium &c. Secundo, quod illa conditionalis fuit destructa in littera, non formaliter breuitatis causa, sed implicite, & virtualiter. Affirmando, nam actiua inferiora se habent, vt materialia respectu substantiarum, satis ostendit infirmitatem horum actiuorum respectu varietatis omnium formarum substantiarum horum. Si enim in potentia sunt ad formas ipsas, oportet quod sint potentia ad diuersitatem earum, cum diuersitas formalis naturas formarum consequatur: & ab eodem habeat res esse vnitatem, & diuersitatem ab alio. Consonat autem series litterae, huius expositioni: quoniam cum aduersariua coniunctione transiit ad ostendendam impotentiam horum, ex genere causandi accidentium eorumdem.

AD 3m dicendum, quod corpora caelestia inferioribus corporibus non sunt similia similitudine speciei, sed in quantum sua vniuersali virtute continent in se quicquid in inferioribus generatur, secundum quod dicitur in secundo Physicorum, quod homo generat hominem, & Sol.

AD 4m dicendum, quod actiones corporum caelestium diuersimode recipiuntur in inferioribus corporibus secundum diuersam materiam dispositionem. Contingit autem quandoque, quod materia conceptus humani non est disposita totaliter ad masculinum sexum, unde partim formatur in masculinum, partim in feminam. Vnde & hoc introducit ab Augustino, quod repellendum scilicet diuinitas, quae fit per astra: quia effectus astrorum variantur etiam in rebus corporeis secundum diuersam materiam dispositionem.

est earum organum, quod probatur ex eo, quia impediuntur secundum impedimenta organorum, vt patet in visu. Occasionaliter quoque mouere aliquid dupliciter contingit. Vno modo necessitando, & sic pertingit vsque ad intellectum: alio modo inclinando tantum, & sic pertingit ad voluntatem, vt in littera secunda parte patet, quod per anticipationem dicendum duxi, ne introducentes secundam partem, equiuocatio illorum terminorum, scilicet indirecte, & per accidens deciperet. Inreudic enim littera occasionalitatem, non causalitatem. Vnde non dicitur quod indirecte, & per accidens causant, aut imprimunt, vt in prima parte dixerat: sed pertingunt, seu pertingere possunt, aperiens ex hoc, non de causalitate, quae impressio quadam est, sed de occasione, quae propositionem sonat absque impressione, se loqui. Secundo aduerte, quod vires animae affixae organo, & aliae formae naturales, sunt depresso in materia corporali: anima vero eleuatur supra totum ordinem corporum, vt pote excedens naturam, quae est principium formale cuiusque corporis actiui, vt sic. Cuius signum est, quod natura non nisi ad vnum mouet: anima autem etiam vegetatiua mouet ad omnes differentias, vt patet in augmento plantarum. Et propter hanc differentiam corpora caelestia, in quantum sunt corporalia agentia (de eis enim nunc hic est sermo) dicuntur agere directe, & per se in corpora, id est composita ex materia, & forma, quae non excedit naturam rationem. In vires autem animae organicas dicuntur agere per accidens.

Super Questionis centesima decimaquinta Articulum quartum. Titulus, Humanorum actuum. Humani actus dicuntur, qui sunt proprii homini, in eo quod homo, in quibus differt a brutis: & hi sunt actus intellectus, & voluntatis tam eliciti, quam imperati vt sic.

ARTICVLVS IIII. Vtrum corpora caelestia sint causa humanorum actuum.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod corpora caelestia sint causa humanorum actuum. Corpora enim caelestia, cum mouentur a spiritualibus substantiis, sicut supra dictum est, agunt in virtute earum, quasi instrumenta: sed ille substantiae spirituales sunt superiores animabus nostris. ergo videtur quod possint imprimere in animas nostras, & sic causare actus humanos. Prater, Omne multiforme reducit in aliquod vniuersale principium: sed actus humani sunt varij, & multiformes, ergo videtur quod reducuntur in vniuersales motus caelestium corporum, sicut in sua principia.

SED CONTRA est, quod Damascenus dicit, quod corpora caelestia humanorum actuum nequaquam sunt causa. RESPON. Dicendum, quod corpora caelestia in corpora quidem imprimunt directe, & per se, sicut iam dictum est, in vires au-

est earum organum, quod probatur ex eo, quia impediuntur secundum impedimenta organorum, vt patet in visu. Occasionaliter quoque mouere aliquid dupliciter contingit. Vno modo necessitando, & sic pertingit vsque ad intellectum: alio modo inclinando tantum, & sic pertingit ad voluntatem, vt in littera secunda parte patet, quod per anticipationem dicendum duxi, ne introducentes secundam partem, equiuocatio illorum terminorum, scilicet indirecte, & per accidens deciperet. Inreudic enim littera occasionalitatem, non causalitatem. Vnde non dicitur quod indirecte, & per accidens causant, aut imprimunt, vt in prima parte dixerat: sed pertingunt, seu pertingere possunt, aperiens ex hoc, non de causalitate, quae impressio quadam est, sed de occasione, quae propositionem sonat absque impressione, se loqui. Secundo aduerte, quod vires animae affixae organo, & aliae formae naturales, sunt depresso in materia corporali: anima vero eleuatur supra totum ordinem corporum, vt pote excedens naturam, quae est principium formale cuiusque corporis actiui, vt sic. Cuius signum est, quod natura non nisi ad vnum mouet: anima autem etiam vegetatiua mouet ad omnes differentias, vt patet in augmento plantarum. Et propter hanc differentiam corpora caelestia, in quantum sunt corporalia agentia (de eis enim nunc hic est sermo) dicuntur agere directe, & per se in corpora, id est composita ex materia, & forma, quae non excedit naturam rationem. In vires autem animae organicas dicuntur agere per accidens.

Li. 5. & ciu. Dei. c. 6. circa h. 10. 5.

Li. 3. c. 4. circa pri. to. 3.

*c. 4. par. 1. aliquantulum ante med.

D. 1075

569

2. 2. q. 95. 2. 5. cor. Et mal. q. 16. ar. 7. ad 16. Et quo. 12. ar. 5. cor. Et 6. meth. le. 3. c. 5. & 6. q. 110. ar. 3. & ar. 1. ad 2.

Li. 2. orth. fidci. c. 7.

Ar. preced.

accidens, idest, per corpus, quia scilicet sunt altioris ordinis, quam formae corporeae.

¶ Quo ad secundum, ut iam patet, duo dicuntur. Primo, quod estum pertingit ad intellectum, & voluntatem indirecte, & per modum occasionis, proponendo obiectum virique. Secundo, quod differenter hoc fit respectu intellectus, & voluntatis: quia ille necessario sequitur sensus, ista non.

¶ Circa hanc partem occurrit dubium, quomodo saluatur haec differentia inter intellectum, & voluntatem. Aut enim intelligitur quo ad exercitium actus, aut quo ad specificationem eiusdem. Si primo modo, falsum est, quod intellectus necessitetur a sensu, cum liber sit usus intellectus. Si secundo modo, nulla est inter intellectum & voluntatem differentia, cum utriusque obiectum sit vnum, & idem cognitum, ex sensibilibus.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quod assignata differentia intelligitur quantum ad reuerentiam actus: reuerentiam enim actus intellectus est naturalis. Non enim recte intelligimus, quia volumus, sed quia agentia ad intellectum sunt bene disposita secundum naturam, phantasmata scilicet, & intellectus agens &c. reuerentia autem actus voluntatis est libera. Ideo enim recte volumus, quia volumus sic, puta, iuste, temperate &c. Et propterea actus intellectus necessario sequitur dispositionem sensuum, utpote variantium obiectum suum, ad quod habet naturalis, non liberam habitudinem: actus vero voluntatis, non necessario sequitur dispositionem partis sensitivae, utpote liberae. Ad objectionem autem dicitur, quod intelligitur quo ad specificationem actus, sed

tem animae, quae sunt actus organorum corporeorum non directe quidem, sed per accidens: quia necesse est huiusmodi actus harum potentiarum impediri secundum impedimenta organorum, sicut oculus turbatus non bene videt. Unde si intellectus, & voluntas essent vires corporeis organo alligatae, sicut posuerunt aliqui dicentes, quod intellectus non differt a sensu, ex necessitate sequeretur, quod corpora caelestia essent causa electionum, & actuum humanorum. Et ex hoc sequeretur, quod homo naturali instinctu ageret ad suas actiones, sicut cetera animalia, in quibus non sunt nisi vires animae corporeis organo alligatae. Nam illud quod fit in istis inferioribus ex impressione corporum caelestium, naturaliter agitur. Et ita sequeretur, quod homo non esset liberi arbitrii, sed haberet actiones determinatas, sicut & ceterae res naturales: quae manifeste sunt falsa, & conuersationi humanae contraria. Sciendum est tamen, quod indirecte, & per accidens impressiones corporum caelestium ad intellectum, & voluntatem pertinere possunt, in quantum scilicet tam intellectus, quam voluntas aliquo modo ab inferioribus viribus accipiunt, quae circa hoc diuersimode se habent intellectus, & voluntas. Nam intellectus ex necessitate accipit ab inferioribus viribus apprehensivis. Unde turbata vi imaginatiua, vel cogitatiua, vel memoratiua, ex necessitate turbatur actio intellectus: sed voluntas non ex necessitate sequitur inclinationem appetitus inferioris. Licet enim passionibus, quae sunt in irascibili, & concupiscibili, habeant quandam vim ad inclinandam voluntatem, tamen in potestate voluntatis remanet sequi passionibus, vel eas refutare. Et ideo impressio caelestium corporum, secundum quod immutari possunt inferiores vires, minus pertingit ad voluntatem, quae est proxima causa humanorum actuum, quam ad intellectum. Ponere igitur caelestia corpora esse causam humanorum actuum, est proprium illorum, qui dicunt intellectum non differre a sensu. Unde quidam eorum dicebant, quod talis est voluntas in hominibus, qualem in die inducit pater virorum deorumque. Quia ergo constat intellectum, & voluntatem non

esse actus organorum corporeorum, impossibile est, quod corpora caelestia sint causa humanorum actuum. Ad primum ergo dicendum, quod spirituales substantiae, quae caelestia corpora mouent, in corporalia quidem agunt mediatis caelestibus corporibus: sed in intellectum humanum agunt immediate, illuminando. Voluntatem autem immutate non possunt, ut supra habitum est.

¶ Ad 2^m dicendum, quod sicut multiformitas corporalium motuum reducitur sicut in causam in vniuersalitate motuum caelestium: ita multiformitas actuum, quae sunt ab intellectu, & voluntate, reducitur in principium vniuersale, quod est intellectus, & voluntas diuina.

¶ Ad 3^m dicendum, quod plures hominum sequuntur passionibus, quae sunt motus sensitiui appetitus, ad quas cooperari possunt corpora caelestia: pauci autem sunt sapientes, qui huiusmodi passionibus resistunt. Et ideo astrologi, ut in pluribus vera possunt praedicere, & maxime in communi, non autem in speciali. Quia nihil prohibet aliquem hominem per liberum arbitrium passionibus resistere. Unde & ipsi astrologi dicunt, quod sapiens homo dominatur astris, in quantum scilicet dominatur suis passionibus.

ARTICVLVS V.

¶ *Utrum corpora caelestia possint imprimere in ipsos daemones.*

AD QUINTVM sic proceditur. Videtur quod corpora caelestia possint imprimere in ipsos daemones. Daemones enim secundum certa augmenta lunae aliquos homines vexant, qui & propter hoc lunatici dicuntur, ut patet Matth. 4. & 17. sed hoc non esset nisi corporibus caelestibus subiacerent, ergo daemones subiacerent actionibus caelestium corporum.

¶ 2^a Praet. Nigromantici obseruant certas constellationes ad inuocandos daemones, non autem per corpora caelestia inuocantur, si non eis subiacerent, ergo daemones subiacerent actionibus caelestium corporum.

¶ 3^a Praet. Corpora caelestia virtuosiora sunt, quam corpora inferiora: sed quibusdam inferioribus corporibus daemones arcentur, scilicet herbis, & lapidibus, & animalibus, & quibusdam sonis certis, ac

non quo ad omnia se tenentia ex parte specificationis, sed quo ad aliquid, scilicet: reuerentiam actus: reuerentiam namque propria actus ad specificationem, spectat actus. Quod autem haec sit mens litera, patet ex eo, quod turbationem actus intellectus ex turbatione sensus probatione affert. Constat enim turbationem ad obliquitatem actus pertinere.

¶ Quo ad tertium conclusio responsiva quaesita, est negatiua. Corpora caelestia non sunt humanorum actuum causa. Probatur completo antecedente sic. Si corpora caelestia essent humanorum actuum causa, intellectus non differret a sensu: sed constat intellectum, & voluntatem non esse actus corporum, ergo, consequentia infertur ex dictis. Et confirmatur ex auctoritate Hesiodi, seu Homeri tenentis oppositum, ut patet tertio de Anima. Cetera sunt plana.

¶ Super Quaestione centesima decima quintum articulum quintum.

¶ Titulus clarus.

¶ In corpore sunt tria iuxta tres opiniones relatas de demonibus: ita quod in, & ex terra, respondetur quaesito.

¶ Quo ad primum est opinio peripatetica destruens quaestum radicaliter: & tria dicuntur. Primo, ipsa opinio, quod daemones non sunt. Secundo, saluatio appetitus, quod procedunt ex astris, auctoritate Augusti, & Porphyrii: & tangitur in problema illo magno. Propter quod omnes viri excellentes melancholici. Tertio, impugnatio, quae aliqui effectus apparent, ad quos non sufficiunt alia, ergo. Probatur antecedens in quatuor effectibus, loqui lingua ignota: recitare quae nunquam didicerunt: statuas loqui: eas moueri.

¶ Quo ad secundum opinio platonica, & hic

hic tria. Primo opinio ipsa, scilicet quod daemones animalia corporea de aere tantum, aeterna, rationalia, passiva quo ad affectiones &c. ut patet ex Augusti, & Apul. Secundo, quod respondendum esset quaesito secundum hanc opinionem, & dicitur quod eodem modo sicut de homine, quod scilicet caeli non potest imprimere, sed occasio nalter proponere. Tertio, impugnat, quia ex superioribus dicitur patet, quod est falsa.

¶ Quo ad tertium duo. Primo ponitur tertia opinio, in modo determinata sententia, scilicet. Daemones substantiae sunt intellectuales non vnitae corporibus. Secundo, ponitur conclusio responsiva quaesita negatiua. De quo negat per se, nec per accidens, nec directe, nec indirecte subditur actionibus caelestium corporum. Haec conclusio eo ipso probatur, quo infertur ex tertia opinione per ly vnde patet sciendo de ipsa opinione antecedens, quod supponitur ex superioribus probatum.

¶ Super Quaestione centesima decima quintum articulum sextum.

¶ In corpore quatuor. Primo, ponitur quaesito ista partim soluta, & partim soluenda. Secundo, ostenditur pars soluta. Tertio, pars soluta. Quarto, inferitur conclusio responsiva quaesito in calce.

¶ Quo ad secundum, quia primum patet, dicitur quod quaesito ista est soluta, quo ad illa subdita corpori caelesti, quae etiam sunt subdita voluntati humanae, scilicet quod quo ad ista, respondendum est quaesito negatiue, scilicet. Corpora caelestia non imponunt subditis humanae operationi necessitatem. Probatur, quia potest impediri eorum actio per voluntatem, probatur, quia non est sibi subdita, quia non sequitur necessario inclinationes passionum.

hoc, & figuratiuibus, atque figmentis, ut a Porphyrio dictum Augusti* introducit in 10. de Ciuit. Dei. Ergo multo magis daemones subduntur actioni caelestium corporum.

¶ SED CONTRA est, quod daemones sunt superiores ordine naturae, quam corpora caelestia: agens autem est superius patiente, ut Augusti* dicit 12. super Gen. ad literam. Ergo daemones non subijciuntur actioni corporum caelestium.

¶ RESPON. Dicendum, quod circa daemones fuit triplex opinio. Prima Peripateticorum, qui posuerunt daemones non esse, sed ea quae attribuntur daemones secundum artem nigromaticam, sunt virtutes caelestium corporum. Et hoc est quod Augusti 10. de Ciuitate Dei,* introducit dictum a Porphyrio, quod fabricatur in terra ab hominibus, potestates idoneae siderum varijs effectibus exequendis. Sed haec positio est manifeste falsa: experimento enim scitur, multa per daemones fieri, ad quae nullo modo virtus caelestium corporum sufficeret, puta, quod arreptitij loquuntur lingua ignota, quod recitant versus, & auctoritates: quas nunquam sciuerunt, quod nigromantici faciunt statuas loqui, & moueri, & similia. Ex quibus Platonici moti fuerunt, ut ponerent daemones esse animalia corpore aerea, animo passiva, ut ab Apuleio dictum Augusti,* introducit 8. de Ciuitate Dei. Et haec est secunda opinio, secundum quam dicitur posse quod daemones hoc modo subduntur corporibus caelestibus, sicut & de hominibus dictum patet esse falsa.* Dicimus enim daemones esse substantias intellectuales, corporibus non vnitae. Unde patet quod non subduntur actioni caelestium corporum, nec per se, nec per accidens, nec directe, nec indirecte.

¶ AD PRIMUM ergo dicendum, quod hoc, quod daemones secundum certa augmenta lunae homines vexant, contingit propter duo. Primo quidem ad hoc, quod infament creaturam Dei, scilicet lunam, ut Hieron. & Chry.* dicunt. Secundo, quia cum non possint operari, nisi mediatis naturalibus virtutibus, ut supra dictum est, in suis operibus considerant corporum aptitudines ad effectus intentos. Manifestum est autem quod cerebrum humidissimum est omnium partium corporis, ut Aristot.* dicit. Et ideo maxime subijciuntur operationi lunae, quae ex sui proprietate

habet mouere humorem. In cerebro autem perficiuntur vires animales: & ideo daemones secundum certa augmenta lunae perturbant hominis phantasiam, quando considerant cerebrum ad hoc esse dispositum.

¶ Ad 2^m dicendum, quod daemones aduocati in certis constellationibus propter duo veniunt. Primo quidem, ut homines in hunc errorem inducant, quod credant aliquod numen esse in stellis. Secundo, quia considerant secundum aliquas certas constellationes materiam corporalem magis esse dispositam ad effectus, pro quibus aduocantur.

¶ Ad 3^m dicendum, quod sicut Augusti* dicit 21. de Ciuitate Dei, daemones alliciuntur per varia genera lapidum, herbarum, lignorum, animalium, carminum, rituum: non ut animalia cibis, sed ut spiritus signis, in quantum scilicet haec eis exhibentur in signum diuini honoris, cuius ipsi sunt cupidi.

ARTICVLVS VI.

¶ *Utrum corpora caelestia imponant necessitatem his, quae eorum actioni subduntur.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quod corpora caelestia imponant necessitatem ijs, quae eorum actioni subduntur. Causa enim sufficienti posita, necesse est effectum poni: sed corpora caelestia sunt sufficientes causa suorum effectuum. Cum igitur corpora caelestia cum suis motibus, & dispositionibus ponantur sicut ex necessitate entia, videtur quod effectus eorum ex necessitate consequantur.

¶ 2^a Praet. Effectus agentis ex necessitate sequitur in materia, quando virtus agentis tanta fuerit, quod possit sibi subijcere totam materiam: sed tota materia inferiorum corporum subijciuntur virtuti caelestium corporum, tanquam excellentiori. Ergo ex necessitate effectus caelestium corporum recipitur in materia corporali.

¶ 3^a Praet. Si effectus caelestis corporis non ex necessitate proveniat, hoc est propter aliquam causam impediendam: sed quaelibet corpora quae impedire possent effectum caelestis corporis, necesse est reduci in aliquod caeleste principium, cum caelestia corpora sint causa omnium, quae hic fiunt. Ergo cum & illud caeleste principium sit necessarium, sequitur quod necesse sit impediri effectum alterius corporis caelestis. Et sic omnia quae

¶ Quo ad tertium, quatuor. Primo dicitur in quibus est quaesito difficilis, scilicet quod in ceteris naturalibus. Probatur, quia inter ea nullum apparet principium non subduntur caelo, seu liberum. Secunda ponitur ratio ad partem affirmatiuam ex duabus propositionibus. Prima est. Omne quod habet causam, secunda est. Posita causa ex necessitate sequitur effectus. Tertio, examinatur ex Aristoteli secunda propositio: & quarto, prima. Examen secundae propositionis primo concludit esse falsam vniuersaliter: quia scilicet non tenet in causis potestibus deficere, quales sunt causae naturales. Probatur, quia contingunt ut in pluribus finem intentum, & non semper, ut patet secundo Phys. Deinde ostendit quod ista exceptio est obuiet illi propositioni in se & absolute, non tamen ut applicatur ad intentum, tali ratione. Causa naturalis deficient in paucis, ut sic, est effectus aliqua alia causa impediens ipsam a proprio effectu, ergo necessario deficit, igitur uterque effectus, scilicet & intentus, & praeter intentum, necessario sit. Antecedens patet, & consequentia probatur: quia impedimentum ipsum ex necessitate contingit. ¶ Circa hoc secunda propositio examinetur. Posita causa, necesse est sequi effectum, dubium occurrit, quod exceptio nulla sit per rationem Avice. Causa de qua est sermo, non est causa insufficientis: quoniam de ea factum est dicere hoc, sed sufficientis. Sufficienti autem causa posita, et libertate causandi adempta, ut in naturalibus, de quibus est sermo inuenitur, intelligi non potest quod effectus non sequatur, & si aliud requiritur, ergo posita causa non erat sufficientis: quod enim sufficit, non exigit aliud.

Li. 21. ca. 6. in medio, tom. 5.

571 3. contra c. 86. Et veritate. Causa naturalis deficient in paucis, ut sic, est effectus aliqua alia causa impediens ipsam a proprio effectu, ergo necessario deficit. igitur uterque effectus, scilicet & intentus, & praeter intentum, necessario sit. Antecedens patet, & consequentia probatur: quia impedimentum ipsum ex necessitate contingit. ¶ Circa hoc secunda propositio examinetur. Posita causa, necesse est sequi effectum, dubium occurrit, quod exceptio nulla sit per rationem Avice. Causa de qua est sermo, non est causa insufficientis: quoniam de ea factum est dicere hoc, sed sufficientis. Sufficienti autem causa posita, et libertate causandi adempta, ut in naturalibus, de quibus est sermo inuenitur, intelligi non potest quod effectus non sequatur, & si aliud requiritur, ergo posita causa non erat sufficientis: quod enim sufficit, non exigit aliud.

¶ Ad

Li. de diuini-
nat. p. som-
nium, ca. 2.
nō longe a
prin. tom. 2

Ad hoc dicitur, qd sermo p̄sens est de causa per se & suffi-
cienti. Et cū dicitur, Si ipsa postea nō sequitur effectus, ergo aliud
requiritur: negatur consequentia, committitur. n. sophisma conse-
quentis: p̄t. n. provenire non confectio effectus aliunde, puta,
ex concursu alterius impediens. Vnde non ex insufficientia cōbu-
stivi oportet procedere

re, quōd nō sequatur
combustio, sed ex cō-
cursu alterius impedi-
entis combustionē.
Et si inisterur contra
hoc, quia talis cōcur-
sus redundat in suffi-
cientia causę, eo quia
causa impedita nō ē
sufficiens, patet respō-
sio, quōd secundum
veritatem non redun-
dat in insufficientia
causę absolute, sed
causalitatis actualis,
cui impediens im-
peditur.

Et forte in hoc deceptus est Auicenna, quia nō distinguit inter
sufficientiam causę, quę attenditur penes actum primū, seu
formam, quę est principium agendi, & sufficientiam circumstan-
tiarum actualis causalitatis respectu huius, nunc, hic, quę atten-
duntur penes diversā occurrence. Certum est, n. quōd causam suf-
ficientem hoc secundo modo sequitur necessario effectus: non au-
tem primo, & tamen de primo est sermo, cū de causis loquimur.
Et ideo exceptio Arist. vera est: ita quōd quędam sunt causę per se
& sufficientes, quę necessario inferunt suos effectus non sim-
plicitate, sed cum limitatione. s. vt in pluribus: ac per hoc non ne-
cessario inferunt absolute suos effectus. & hæc est vna radix con-
tingentis, vt in primo Perihermenias dicitur.

¶ Circa obuiationem factam in litera contra exceptionem Ari-
stoteli licet sit vera, non tamen euacuet difficultatem propōsitā,
duplex dubitatio occurrit. Prima est, quia falsum videt, quōd cau-
sa deficiens in minori parte, deficiat semper propter aliquam cau-
sam impediens: immo hic videtur error stoicis. Quod sic pro-
batur. Sicut potentia ad potentiam, ita actus ad actum: sed poten-
tia deficiens in minori parte non est a potentia susceptiva impe-
dimenti, sed e converso. Non enim ideo potest causa naturalis de-
ficere, quia potest impediri: sed e converso, quia potest deficere, ideo
potest impediri. Intrinsicum enim est ratio extrinseci, & nō e con-
uerso. ergo actus deficere non est ab actuali impediens, & conse-
quenter potest causa deficere absque causa impediens.

¶ Secunda dubitatio est ad hominem. Cuius S. T. Si negatio secūde
propositionis ad propōsitum nihil confert, quia postea causa po-
tente deficere, & causa impediens, effectus necessario sequitur, ut
quid toties replicatur in hoc proposito istę duę propositiones
se examinetur. Ponuntur enim hic, & in primo contra Gen-
t. c. 86. & in 6. Metaph. & in primo Perihermenias & c.

¶ Ad primam dubitationem dicitur, quōd assumptum literę ve-
rum est. Quōd causa nunquam deficiat, nisi propter aliquā cau-
sam impediens. Ad cuius euidenciam scito, quōd quędam modis
entia generabilia habent ab intrinseco potentiam ad nō esse, quę
tamen nunquam exit in actum, nisi adit aliquod corruptiuum:
ita potentia deficendi in agere, est ab intrinseco: & tamen nō exit
in actum deficiens, nisi adit aliquid causans illum defectum.
Et ratio vtriusque est eadem, quia. s. potentia passiva non exit in
actum, nisi ab aliqua actiua moueatur. Possit autem non esse, & de-
ficere in actione, ad potentiam passivam pertinet, & ideo nō sit
absque aliqua causa. Nec te decipiat, quōd potentia ad agere est
actiua, quoniam agere sequitur actum: & ideo potentia ad agere
est actiua, deficere autem in actione sequitur imperfectionē: & ideo
potentia deficiens quocumque defectu ad potentiam passivā re-
ducitur, vt patet ex primo cōcl. Et hæc intelligenda sunt de defe-
ctu actionis ex parte causę, qui est ab intrinseco, de quo est obie-
ctio. De defectu autem eius ex parte extrinsecorum, manifestum
est ex aliquo impediens provenire, sed quomodo, inferius dice-
tur.

¶ Ad obiectionem autem in oppositū dicitur, quōd maior est fal-
sa: & ratio est, quia ordo compositionis est cōtrarius ordini reso-
lutionis. quę. n. sunt priora via generationis, sunt vltima via cor-
ruptionis. Vnde in proposito, cum entia generabilia habeant po-
tentiam ad non esse, & ad corrumpi ab alio, & ideo possint cor-
rumpi, quia possunt non esse, & non e converso: tamen prius na-
turaliter est actus corruptionis, quam non esse, cum nō esse sit ter-
minus corruptionis: & sic præposterus est ordo inter potentias, &
actus earum. Et similiter cum agentia possint deficere, & ideo im-
pediri: tamen prius natura impediuntur, quam deficiant: & sic
optime dictum est in litera, quod ad actualē deflectionē, quōd sem-
per est ab aliqua causa impediens. Nec hic est error stoicis,

sed quōd potentia deficiens esset ex potentia impediens, vt patet
per Boetium in primo Perihermenias.

¶ Ad secundam vero dubitationem, quamuis facile dici possit, &
bene, quōd quia vtrique propōsicio inducitur ab aduersariis, vt
integre ratio referatur, vt quales sint propositiones allatę &
se, & ad propōsitū,
expedit vbiunque
hoc tractatur, vtrique
discutere: p̄t. n. dicitur
tamen consideranti-
bus, altius caput hu-
ius discussionis appa-
rebit ex sequētibz.

¶ Examen autē pri-
mę propositionis cō-
sistit primo in illius
destructione in com-
muni, distinguendo
de eo quod ē, & sic. s.
per se, & per accidens:
& quōd ens per se hæ-
bet causam, ens vero
per accidens, non. Et probatur, quia non vere ens non habet vere
causam: ens per accidens est huiusmodi. probatur, quia non est
vere vnum, vt patet. Secundo in applicatione ad propōsitum, dis-
tinguendo in productione effectus, qui dicitur per accidens, ip-
sas causas, quarum vna impeditur ab altera cōcursu earum, &
dicendo, quōd licet ipsę causę necessario causent: concursus ta-
men earum est per accidens, & consequenter effectus ex illo con-
cursu caret causa, ex qua necessario sequatur: & declaratur vtrū-
que exemplo toto naturali.

¶ Sed sunt hic multa dubia, quę vtiā Deus illumines.
¶ Circa hoc examē primę propositionis, scilicet. Omne quod ē,
habet causam, dubitatio occurrit dupliciter, scilicet simpliciter,
& ad hominem. Simpliciter quidem, quia sicut effectus quasi sim-
plex, puta, albus, aut calidus, habet in corpore celesti aliquam
per se causam, in quam reducitur eius proxima causa: ita concur-
sus causarum proximarum causatur a concursu illarum causa-
rum celestium, vt in exemplo literę. Combustibile esse in super-
ficie terrę est tandem ab A causa celesti: & similiter combusti-
uum superius genitum, deorsumq; cadens est B celesti causa. er-
go cōcursus combustibilis cum combusto est ex cōcursu A & B.
Tunc vltra, sed nullus est A & B est per se, & non per accidens.
Probatur, quia in celo nullus est concursus per accidens: omnia
enim sunt ibi per se. ergo cōcursus istorum inferiorum habet per
se causam secundum esse, quamuis quod ad nos, fit per accidens,
quia late suę connexionis perferas. Et hæc ratio multo tempo-
re me vinctum tenuisse videtur.

¶ Secunda vero dubitatio ad hominem est, quia in 6. Meta. S. T.
examinans hæc, videtur velle totum oppositum eius, quod dicit
hic. hic nanque omnia resoluit in hoc, quōd concursus nō habet
causam: ibi vero saluat, quōd concursus potest habere causam su-
perioris ordinis, puta, concursus horum inferiorum potest habere
causam celestem. Et dat exemplum de concursu herbarum in
florēdo. Rursus hic dicit, quōd impediens causa reducitur
in aliquam causam: ibi vero omnia resoluit in hoc, quōd impedi-
menta non habent causam celestem. Et sic omnia videntur
reddi ambigua.

¶ Ad euidenciam harum difficultatum tria notanda cum Dei ad-
iutorio sunt. Primum est, proportio mouens ad mobile. Secun-
dū est, reductio effectus in causas superiores. Tertium, proportio
calestis corporis ad hæc inferiora corpora. De primo constat,
quōd cum mouens vt sic, præsupponat, non faciat mobile, quōd
actio, eius quamuis vt egreditur ab agente sit sufficiens, & opti-
me circumstantionata, nec impedita, vt tamen recipitur in pa-
tiente, oportet quōd modificetur iuxta naturam, & modum,
& dispositiones mobilis, vt patet inductiue. Et propterea ac-
cidit quōd effectus intentus a causa, nō provenit ex impediens
non causę agentis, sed materialis. De secūdo cōstat quoq; quōd
effectus duarū subordinatarum causarum in eodem genere cau-
sę, reducitur in causam superiorem per causam mediā, vt patet in
syllogismis. Cōclusio. n. contingens, quīs reducitur in p̄missam cō-
tingentē, & alterā necessariā, contingentia tamen eius non redu-
citur in p̄missam necessariam mediante alia contingente, quasi
cōtingentia cōclusionis sit a cōtingentia p̄missę, & cōtingentia p̄mis-
sę sit ab altera p̄missa necessariā: sed sit est, qd cōclusio ipsa, & cō-
tingentia reducuntur in p̄missam necessariam, vt modificatā
in p̄missa contingente. Et quia ipsa modificata in contin-
gente est contingens, licet in se sit necessaria, ideo cōclusio se-
quitur contingens, & non necessariā. Et si ipsa p̄missa con-
tingens reducenda est in necessariā, non secundum se totam
in eam reducitur: sed resoluenda est in id, quod est sibi propriū,
ex quo

Ar. 4. huius
quasi.

ex quo habet cōtingentia: & in id quod participat in superiori, A
ex quo participat esse, seu causare. De tertio autem constat duę
proportiones, scilicet motui ad mobile, & agentis principalis ad
instrumentale, seu superioris ad inferioris. patet. n. celum agere in
hęc corpora, & celum cum illis corporibus causare effectiue ali-
quid. Sol enim &
homo generant ho-
minem. Sed aduer-
tendum diligenter
est, quōd quamuis
illę quę proportio-
nes sunt diuersorum
generum: quia alte-
ra spectat ad genus
efficientis, altera ad
genus materia: & rur-
sus altera sit iter ce-
lum, & hæc corpora
absolute: altera ve-
ro inter celū, & hoc
corpus in ordine ad
tertium, patiens scilicet,
et effectum produ-
cendum a celo, & hoc
proximo agente: nihil
ominus sunt tali
vinculo cōnexę & ordi-
natę, vt prior posteriorem
modificet. Cō-
nexio quidem est, quia
nunquam agentia inferio-
ria coagunt celo,
nisi simul patiantur a
celo, quoniam non mouent nisi motu.
Ordo vero est, quia
prius naturaliter est
inferiora corpora pati,
& moueri a celo, quam
coagere illi, vt patet
ex eadē radice. Mo-
dificatio autem est, quia
omne esse, & agere
cuiuscumque modifi-
ficatur secundū dispo-
sitionem recipientis
esse, aut efficientis
actionem. Omnis enim
actus est illius, cuius
est actus per modum
illius, propter quod
oportet fieri in pa-
tiente & disposito,
vt dicitur in secundo
de animalibus: sed
agere corporum inferio-
rum cooperantium
celo, consequitur
passionem eorundem
a celo. Est igitur
actum, seu actio, iuxta
passionem modificatur:
& propterea
si passio non totaliter
subicitur corpori celesti,
nec actio etiam
totaliter reducitur in
illud. His itaque
prelatis dico tria. Pri-
mum est, quōd licet
omnis effectus nature
inferioris cum omni
eius conditione naturali
dependeat a celo ratione
primi motus, tanquam
a causa communissima,
sine qua nihil fieret: non
omnis tamen conditio
effectus naturalis est
reducibilis in aliquam
causam celestem pure,
sive mediate, sive im-
mediate. Probatur: quia
conditio effectus natura-
lis est impediens materia:
non reducitur in motorem,
seu actiuum in illam, vt
patet: sed multę sunt
conditiones in effectibus
inferioribus, proueniētes
ex dispositione materia:
ide est, corporum inferio-
rum, quę sunt materia &
patiens respectu cali. ergo.
Et si dicitur cum Auicenna,
quōd illę dispositiones
materia: causantur ab
aliquo corpore celesti, &
sic redit idem: ad
excludendum hoc, forme-
tur ratio non de aliqua
parte cali, sed toto simul,
vt prius subintendimus:
sed respectu totius cali
corpora inferiora sunt
materia, & patiens. ergo
habent proprias condi-
tiones præsuppositas a
toto celo in eo, vt actiuum
est in hæc inferiora, &
consequenter conditiones
effectuum consequentes
conditiones horum corpo-
rum vt materia sunt, nō
resoluntur in actiones
calestium corporum, sed
in conditiones corporum
inferiorum. Et si adiungas
huic fundamentum, qd horū
inferiorum corporum
proprie conditiones sunt
posse deficere, & ab esse
tam substantiali, quam
accidentali, & consequenter
a pati, & agere, varium
& mutabile semper habere
esse, contrarium habere
& c. consequens est, &
quōd influxus caelestes
in his corporibus
modificentur iuxta
conditiones eorum, ac
per hoc effectus non
oportet imitari causas
caelestes tantum, sed
oportet esse tales, quales
ex influxu cali recepto
& modificato in tali
materia consequuntur.
Et si his adiunxeris, quōd
coagere horum inferiorum
modificatur secundum
proprias conditiones horum,
& passionem eorundem
a celo, consequens erit,
quōd actio istorum, quamuis
subordinate actio cali,
non tamen reducitur
secundum omnem eius
conditionem in causam
aliquam celestem puram,
sed modificatā corpori
vt patienti & c. Et
quoniam manifeste patet,
quōd posse deficere in
minore parte, quod est
radix casus & fortunę,
& omnis cōtingentia
in naturalibus, consequitur
posse non esse: & vt
vno verbo dicatur, con-
sequitur imperfectionē
propriam corporibus
inferioribus, consequens
est, vt contingentia vt
sic, non reducatur in
aliquam causam celestem
puram, nec immediate,
cum aliquid tale sit a
celo, corporibus inferioribus
pure passiuę cōcurrentibus:
nec mediate, cum aliquod
contingens sit a celo, &
inferiori agente. Sed
vtrouque contingētia
resoluitur in conditionem
corporum inferiorum,
differentes tamen: quia
cum celum tantum concurrat
actiue, contingentia
effectus reducitur in
conditionem corporū
horum, tanquam in
conditionem materia:.
Cum vero agentia
hęc cooperantur, contingētia
effectus reducitur in
conditionem horū corporum,
vt in conditionem agentis,
quod tamen compa-

ratur ad celum vt patiens, vt prædictum est. Et ideo diuinum
Aristotelis ingenium & in primo Perihermenias, & in 6. Meta-
phys. & i. 2. Phys. semp̄ resohuit contingētia naturalū in condi-
tionē corporum inferiorum, quia. s. poliunt deficere. Sed de
nere reductionis in 6. Metaphys. relinquit sub dubio, an sicut
ad materiā, an sicut ad agens. In secundo autem Phys. re-
ducit ad agens, causam & fortunam in primo autē Perihermenias
reducit ad materiā, seu potētiam passi. Et omnia sūt vera si dicta
considerentur, quę inspicere poteris
radicaliter in 3. contr. Gen. cap. 86. Et quoniam hæc ratio

effectus, cōcludebant qd omnia ex ne-
cessitate contingant: quam
quidem opinionem repellit
Aristoteles in sexto Metaphysic.
* secundū duo, quę ipsi supponunt.
Primum enim non est
verum quōd posita quacumque
causa necesse sit effectum
poni. Sunt enim quędam
causę, quę ordinantur ad
suos effectus non ex
necessitate,

destruens fundamentum
Auicennę, in hoc fundatur,
quōd corpora inferiora
sunt materia, & patiens
præsuppositum toti actio-
ni caelesti, præter proba-
tionem allatam, quia scilicet
omne agens per motum
causam & c. Affert contra
proteruos rationem, quam
nec ipse Auicenna poterit
infringere ex secundo cali,
textu 17. & sequentibus.
Vnde arguit sic. Elementa
spectant ad substantialem
integritatem vniuersi. igitur
præsupponuntur actioni
calesti. Antecedens patet
ibidem, vbi probatur quōd
terra naturaliter præcedit
etiam primum motum cali:
& cum terra sit infimum,
omnia ergo elementa
naturaliter præcedunt.
Nec obstat, quōd in primo
metheorum declaratur, quōd
diffinitas elementorum
est secundum appropinqua-
tionem & elongationem a
motu cali: quoniam ibi
non declaratur diffinitas,
quoniam stabilitas erat in
secundo cali: sed talis
diffinitas, scilicet quę
supremum est calidissimum
& c. Et rursus talis
diffinitas consequitur
conditionem materia: &
non solum elongationem,
aut approximationem, vt
patet.

¶ Secundum vero est, qd vt iam ex dictis patere potest,
impediens est duplex, Alterū actiuum: alterum materiale.
Actiuū. n. est, quod impedit actionē ex parte agentis, seu vt
exit ab agente: materiale autem, qd impedit actionem, vt
recipitur in passio. Et rursus materiale contingit
dupliciter. Vno modo ex actione alterius agentis, sicut
aquisitas ligni impedit cōbustionē: ea. n. q. u. materia
impediens sit, est tñ effectiue a causa pluuię, qd
madefecit lignū. Alio modo ex ipsa conditione materia:
sicut frigiditas aquę impedit calefactionē, cuius tñ
frigiditatis non est alia causa, nisi ipsa natura aquę,
quę occurrit, vt materia
calefacti sitilis. Ex hoc
clarius patet primū quod
diximus, & qd conditio
effectus inferiorum con-
sequens impediens mate-
riale, tenes se ex condi-
tione ipsius materia:, nō
ex actione agentis, non
causatur a celo. Et hoc
intendebat S. Tho. in 6.
Metaphys. Vbi contingē-
tiam redūxit ad impediens
materiale.

¶ Nec oppositum dicitur hic,
dicendo quōd causę non
deficiunt in minori parte,
nisi propter aliquam cau-
sam impediens. Tū quia
nō loquit de defectu
causę actiue ex parte
actionis, vt est ab agente,
consequenter de impediens
actiuo, vt series literę
præferet. Tum quia dato
quōd loquatur de omni
modo impediens, non
dicit quōd causa impediens
sit causa actiua, sed
absolute dicit, quōd est
aliqua causa impediens.
Vnde non solum actiua,
sed potest esse materialis,
vt expresse dicitur in
litera in responsione ad
secundum. Et si in-
stetur contra hanc glo.
quōd male li-
tera intulit ex appo-
sitione causę impediens,
cum causa deficiens
in minori parte, ergo
non euitatur necessitas
effectus, quia ipsam
impediens est necessarium.
Respondetur & sufficien-
ter, & ad mentem Sancti
Tho. quōd illatio illa
non est facta secundum
veritatem, sed
apparentiam tantum:
quod ex duobus patet.
Primo, quia dicitur,
Videtur adhuc prædictum
incōueniens non vitari.
Secundo, quia in hoc
eodem articulo confutatur
prædicta illatio in illis
verbis. Manifestum est
autem qd causa impediens
actionem alicuius causę
ubi expresse ostendit,
quōd ex illo antecedente,
Agens in minori deficit
propter aliquam causam
impediens, non sequitur,
ergo ea quę eueniunt
in minori parte, eueniunt
necessario: quia concursus
ad impediens est per
accidens, dato quōd ipsa
causa impediens sit per
se causa illius rei, quę
impedit.

¶ Sed adhuc non quietis intellectus: quoniam
secundum hanc respon-
sionem, consequentia illa
non est inducta vt vera,
sed vt apparet & con-
futanda, si sic est, cum
inducatur ad examen
illius propositionis. Postea
causa ponitur effectus.
& poterat confutari ex
prius, scilicet natura
impediens materialis
tenentis se ex condi-
tione materia: quare
dimissa est, & confutata
ex extraneis. Ex
Prima S. Tho. Y Y 2 exa-

Lib. 6. Me-
taphys. tex.
5. tom. 3.

examine alterius propositionis. f. Omne quod est, habet causam, quia concursus non habet causam. Respondetur, quod confutatio illa ex parte materiae, aut est omnino eadem cum confutatio- ne ex parte concursus, aut includit illam, & distinguitur ab illa, sicut inferius a superiori cum maxima difficultate. Impedimen- tum enim duo dicit, scilicet rem quae im- pediat, & relationem ad aliud, ex qua de- nominatur impedimen- tum. Et de impe- dimento quidem acti- no, dato quod in qua- tum res est, habeat causam per se, sed in quatuor impedit non oportet, quia impedi- re pertinet ad concu- sum, qui potest esse per accidens. De im- pedimento autem ma- teriali si eodem mo- do est, quod. In qua- tum res est, habet ali- quam causam neces- sariam, siue illa sit aliud agens, siue sit conditio materiae, oportet dicere, quod in quantum impedimentum est, est per accidens. Et hoc est venire ad concursum: quia nihil aliud est dicere, quam quod concursus talis agentis cum tali materia hic non habet cau- sam, & sic impedimentum ex parte materiae, & hic concursus est omnino idem. Si autem impedimentum materiae, etiam in quan- tum res est, in particulari sumptum non habet causam aliquam, quam necessario sequatur, tunc ex impedimento materiali dupli- citer fit per accidens & ex parte concursus, & ex parte rei concurre- tis. Et sic impedimentum materiale includit impedimentum concursus, & addit: & sic distinguitur ut minus commune a magis communi. Vnde cum hoc sit valde difficile, & ambiguum, & proluxa egens di- scussione, & praesens opus, ut in praemio dixit, propter Nouitios in theologia intrucentem breuius, ac clarius sciendum erat: ideo propter claritatem doctrinae ac breuitatem tranfiuit ad con- futandam illam illationem ex secunda propositione.

¶ Nec talis confutatio est ex extraneis, immo ex propriis impe- dimenti, in quantum impedimentum est: quoniam ut patet ex di- ctis, concursus conuenit impedimento ut sic immo in communi loquendo, ut littera loquitur, descendere ad impedimentum in qua- tum materiale, & sic confutare illam consequentiam, erat potius a propriis diuertere. Et hoc potest assignari pro alia ratione huius transitus, ut. Sitaret in propriis impedimenti ut sic. Potest & aliter etiam ad mentem litterae dici, quod S. T. non absolute dixit tra- sendum esse ad alteram propositionem, sed cum limitatione. f. secundum haec duo, quasi diceret. Si nolumus egredi haec duo ab antiquis posita, & ab Arist. reprehensa in communi, oportet transire ad alteram. Et ratio est, quia instantia contra propositionem primo examinata. f. Posita causa ponitur effectus, non ex- cludit formaliter illam: quoniam instantia non accipit totalem causam effectus in paucioribus. Accipit enim causam naturalem deficientem in minori parte, & tamen causa effectus in minori parte non est illa sola, sed illa cum causa impediente, quia nun- quam deficit, nisi impedita. Vnde oportet dare instantiam, quod utraque simul posita non sequatur effectus: & ideo transire oportet ad concursum, quod caret causa. Virtualiter tamen, ut pate- bit inferius, instantia data sufficienter falsificat illam: quia ex natura possibilis inuenta in causa deficiente, concursus illius alterius est per accidens.

secretiois quasdam esse proprias & vnitiones & discretiones. Sicut in vnitione diuina, i deitæ, super substantialitate, vni tū quod est principali trinitati & commune, super substantialis essentia, super dea diuinitas, super bona bonitas, quæ est super omnia idētitas totalis præprietatis existentiis, super principatum vnitas, ineffabilis, multi luminis, ignorantia perfecte inintelligibile, omnium positio, omnium ablatio, qui est super omnem & positio nem & ablationem. Mansio principalium personarum in se inuicem, si ita oportet dicere, & collocatio totaliter supunita. Quæ admodum lumina luminarium ut sensibilibus & propriis vtat exēplis, existentiā in domo vna & tota in se inuicem totis sunt, & diligentem habent ad se inuicem discretionem proprie subsistentem, vnita discretione, & vnitione discreta. Et quidem videmus, in domo multis existentibus luminibus, ad vnū quoddam lumen vnita omnium lumina, & vna claritate in discreta resplendentia, & nullus, ut arbitror, possit huius luminaris lumen ab aliis ex aere omnia lumina continente discernere & videre vnum sine altero, totis in totis sine mixtione coecretis. Sed etiam si vnum aliquis luminarium educat a domo, coegredietur & proprium vniuersum lumen, nihil aliorum luminū coa uellens in seipso, aut sui ipsius aliis derelinquens. Erat enim ut

de illo loquatur, & sic in sermone apparet est omne non planum i deitæ, obsecrum. Quod quidem potest contingere si intelligibilia tradantur absque sensibilium exemplorum manu ductione, vel si per verba inuoluta aliqua manifesta tradentur. Contra hæc autem duo, ponit duo obseruanda, ut scilicet sermo eius determinet secundum virtutem loquentis i propria i deitæ, connaturalia nobis, i discrete i contra hoc quod dixerat varium, & plane i contra hoc quod dixerat non planum, & addit tertium, scilicet i ordinate. Oportet enim ad hoc quod doctrina sit manifesta, ut procedatur secundum ordinem disciplinae manifestioribus incipiendo, & ab his per quorum cognitionem alia cognoscuntur. Promittit etiam se expositurum perfectum modum diuinæ vnitionis & discretionis, quia assignabit modos omnes secundum quos vnio & discretio possunt accipi in diuinis, non autem ita quod ipsi modum secundum quod in Deo perfectus est manifestare possit, hoc enim supra virtutem nostram est, ut infra probabit. Deinde cum dicitur, Vocant enim &c. prosequitur expositionem vnitionis, & discretionis diuinæ. Et primo quantum pertinet ad deitatem. Secundo quantum pertinet ad humanitatem Christi, ibi i deitæ, est a benigno &c. Circa primum duo facit. Primo exponit duos modos vnitionis & discretionis. Secundo subdit vtrumque, ibi i deitæ, elo. sequen. &c. Circa primum duo facit. Primo exponit commu-


LECTIO II.



Portet autem vt arbitror magis resumetes nos perfectum diuine vnitionis & discretionis exponere modum, vt nobis conspicuus omnis fiat sermo, varium quidem omne & non planum respiciens. Discrete autem & plane & ordinate propria secundum virtutem terminans. Vocant enim quod & in aliis dixi, nostræ theologicæ traditionis sancti Magistris, vnitiones quidem diuinæ, quæ vnit super ineffabilis, & super ignota singularitatis, occultas & irregressibiles supercollocationes. Discretiones autem bono conuenientes thearchicæ, & processiones & manifestationes, & dicunt, (sancta eloquia sequentes,) & dicunt vnitionis propria, & rursus di-

LECTIO II.

Quæ sit vnio & discretio in diuinis.



Portet autem, vt arbitror, magis resumetes nos perfectum diuine vnitionis & discretionis exponere modum, vt nobis conspicuus omnis fiat sermo, varium quidem omne & non planum respiciens. Discrete autem & plane & ordinate propria secundum virtutem terminans. Vocant enim quod & in aliis dixi, nostræ theologicæ traditionis sancti Magistris, vnitiones quidem diuinæ, quæ vnit super ineffabilis, & super ignota singularitatis, occultas & irregressibiles supercollocationes. Discretiones autem bono conuenientes thearchicæ, & processiones & manifestationes, & dicunt, (sancta eloquia sequentes,) & dicunt vnitionis propria, & rursus di-

nem modum vnitionis. Secundo communem modum discretionis ibi. Discretiones autem &c. } Dicit ergo primo qd sicut in aliis suis libris dixerat, scilicet in libro de diuinis ypotiposibus, qd sancti Ma. no. theo. traditiones } idest Christiane doctrine, scilicet apostoli & eorum discipuli } vocant vnitiones diuinas quasdam oc. &c. Ad cuius euidentiam considerandum est, qd cum omnis multitudo rerum a principio primo esset, primum principium secundum quod in se consideratur, vnum est, secundum autem emanationem qua ab eo procedit multitudo, iam inuenitur a qua primum principium distingui possit, quia ratio multitudinis in distinctio ne consistit. Considerare igitur primum principium secundum quod in se est, hoc est considerate vnitionem ipsius. Et hanc existentiam primi principij in seipso supercollocationem vocat. Et nominat hanc supercollocationem & inegressibilem. Occultam } quidem, quia intantum Deus potest a nobis cognosci, inquantum participationes suae bonitatis cognoscimus, secundum autem quod in se est nobis occultus. Inegressibilem } autem dicit, quia secundum quod in seipso est primum principium, nulli communicatur, & sic quasi a seipso non egreditur, & propter hoc & ipsam diuinitatem sic consideratam per excellentiam, distinguentem ipsam ab omnibus vocat } singularitatem, } quia singulare est quod est incommunicabile. Deinde cum dicit, } discretiones autem &c. } exponit per oppositum communem modum discretionem. Et dicit qd praedicti magistri vocant } discretiones procel. & mani. } dicitatis, quae conueniunt ei inquantum ipsum bonum, quia de ratione boni est, qd ab eo procedant effectus per eius communicationem. Et considerandum qd contra id quod supra dixerat } occult. & inegressibile } satis congrue posuit } procel. & manifestationem } quia per effectus procedentes ab ipso manifestatur, & quodammodo ipsa deitas in effectus procedit, dum sui similitudinem rebus tradit secundum earum proportionem, ita tamen qd sua excellentia & singularitas sibi remanet incommunicata } rebus & occultata nobis. Haec igitur processiones vocantur discretiones, quia nisi a primo principio alia effluerent, non haberet primum principium a quo discerneretur. Deinde cum dicit. } Et di. sancta elo. &c. } subdit versus quod dictorum modorum. Et primo ponit subdiuisionem. Secundo manifestat eam, ibi. } Sicut in vni. diuina &c. } Dicit ergo primo, qd illi qui sequuntur sacras scripturas, & sequuntur proprias rationes praedictae vnitionis, & iterum praedicta discretionis, dicunt qd tam in praedicta vnitione communi sunt quaedam propriae vnitiones & discretiones quam etiam in praedicta communi discretione. Deinde cum dicit. } Sicut in vni. di. &c. } exponit subdiuisionem. Et primo ostendit quomodo in praedicta modo vnitionis communi sit quaedam vnitio & discretio. Secundo ostendit qd etiam in discretione praedicta est vnitio & discretio, ibi. } Est autem & dis. in &c. } Circa primum duo facit. Primo ostendit quomodo in praedicta vnitione sit discretio, ibi. } Mansionem personarum &c. } Ad intellectum ergo huius partis considerandum est, qd cum supra accepit rationem vnitionis diuinae ex eo qd Deus in seipso secundum suam excellentiam consideratur, ista consideratio est duplex. Potest enim considerari ista superexcellens Dei essentia in seipso, vel secundum essentiam, & sic est vnitum & commune toti trinitati, vel secundum qd vna diuinarum personarum est in alia, & sic in vnitione inuenitur discretio. Hoc est ergo qd dicit, qd sicut in vnitione diuina } idest super substantialitate, q. d. sic accipio modo vnitionem diuinam secundum communem rationem vnitionis supra posita, secundum qd ratio vnitionis consistit in quadam excellentia deitatis. In hac inquam vnitione communi est vnitum & commune principali trinitati, quicquid ad super excellentiam essentiae diuinae pertinet, & per hoc dat intelligere qd ratio vnitatis proprie quam nunc exponit, nihil est aliud qd esse commune tribus personis. Et exemplificat sicut essentia super substantialis diuinitatis superdeat } idest super modum deitatis communicata rebus, & } bonitas superbona & identitas quae est super omnia } secundum quam scilicet Deus est idem sibi & } vnitas super principium, } vnitas inquam, } totalis proprietatis existentis } sicut

licet super omnia. Et hoc dicit, quia vnum habet rationem principij, vnum autem est vnum secundum quod in seipso indiuisum est, hoc autem est illud quod retinet proprietatem suam naturae, q. d. qd ipse inquantum est vnitas, est principium super omne principium habens in se suam proprietatem qua supra omnia existit. Ad hanc etiam excellentiam & qd a nobis ignorat propter excellentiam sui luminis, & qd a nullo intellectu est perfectum & intelligibile, } i. comprehensibile, & qd de eo oia possunt affirmari & omnia negari, secundum modum in praecedenti capitulo expositum, cum tamen ipse sit super omnem affirmationem & negationem. Est enim super omnem intellectum nostrum qui affirmaciones & negaciones componit. Deinde cum dicit, } Mansio principium personarum &c. } exponit quomodo discretio est in communi modo vnitionis, quae est super excellentiae collocationem. Et circa hoc tria facit. Primo ponit quod intendit. Secundo manifestat propositum per exemplum sensibile, ibi. } Quomodo dum lumina &c. } Tertio ostendit exemplum esse deficientem a tantae rei representatione, ibi. } Et haec totaliter &c. } Dicit ergo primo qd mansio principium personarum est in inuicem } idest, secundum qd vna diuinarum personarum est in alia, } & collocationem vnium in aliam, } si ita oporteat nominari } cum distinctionem importet, } tamen est totaliter superunita } idest pertinet ad illam vnitionem excellentiae de qua supra dictum est. Deinde cum dicit, } Quomodo dum lumina luminarium &c. } manifestat per exemplum sensibile qd in praedicta vnitione posuit esse discretio. In quo quidem exemplo tria facit. Primo ponit exemplum sensibile, in quo dicit esse simul vnitionem & discretionem. Secundo ostendit qd in illo exemplo sit vnitio, ibi. } Et quidem videmus &c. } Tertio qd in eo sit discretio, ibi. } Sed & si vnum aliquis &c. } Dicit ergo primo qd } vt vnam exemplis sensibilibus & propriis nobis, lumina, } plurimum } luminarium existentium in domo vna & tota sunt inuicem in se totis, & tamen habent diligentem } idest, optimam & perfectam } discretionem ad se inuicem proprie subsistentem } & sic plura lumina sunt vnitas } cum } discretione, & discretio } cum } vnitione. } Deinde cum dicit, } Et quidem videmus in domo &c. } ostendit qd praedicta lumina habent vnitionem ad inuicem. Et dicit, qd } videmus quod multis luminariis existentibus in domo vna } omnium luminarium lumina resplendent. Et hoc est quod subdit, } & vna claritate indiffereta } idest indistincta secundum locum vel subiectum resplendentia, } & nullus vt arbitror posset lumen huius luminariis in aere discretum quod continet omnia lumina } discernere ab aliis. } & videre alterum eorum sine altero, propter hoc quod totum vnum lumen est concretum alteri sine mixtione tollente, scilicet discretionem. Deinde cum dicit, } Sed & si vnum aliquis &c. } ostendit quod maneat ibi discretio, quia si aliquis educat vnum de luminariis, vt pote vnam candelam, simul egreditur cum illo totum proprium lumen quod ex luminariis illo in domo erat, quod ex hoc patet, quod lumen in domo minoratur inuenitur, ita tamen quod lumen egrediens non simul secum auellet aliquod aliorum luminum, nec etiam aliquid sui cum aliis luminibus derelinquat, quod esse non posset, si esset facta mixtio luminum, vt pote si aqua cineri aut farina misceretur, non potest extrahi tota, quin aliquid remaneat farinae aut cineris immixtum, & quin etiam de cineribus aut farinae deperdatur vel simul egrediantur. Sed quod hoc in luminibus non contingit, hoc ideo est, quia ferat rotorum } lumen } ad tota perfecta coniunctio } absque omni mixtione & nulla partium confusione existente. Est autem hic considerandum quod de lumine duplex fuit opinio Physicorum. Quidam enim dixerunt lumen esse corpus, & secundum hanc opinionem satis plane videtur procedere exemplum inductum. Sic enim loqui videtur Dionysius de pluribus luminibus ex diuersis luminariis in vno aere procedentibus, sicut si loqueretur de pluribus corporibus, & praecipue propter hoc qd dicit, qd habent discretionem subsistentem. Subsistere enim est substantiam tantum, & propter hoc etiam qd dicit, qd vnum lumen egreditur sine altero, in quo videtur designari quidam motus localis, qui est corporis tantum. Si vero lumen non sit corpus, sed qualitas, secundum aliam opinionem

opinionem, non haberent lumina discretionem subsistentem, qui enim ex diuersis luminariis sicut ex diuersis causis agentibus fiet vnum lumen tantum intensus in aere, & vno luminari subtraheo cessaret superadditio intensus, sicut ex pluribus causis calefactibus intenditur calor in calefactibili, & vna causa subtrahatur minuitur calor. Haec autem secunda opinio de lumine verior est. Vnde potest dici, qd Dionysius hic loquitur de subsistenti discretione luminum, & de egressione alicuius eorum per respectum ad luminaria, & non secundum se. Tamen considerandum est qd consueuerit ea Philosophi, qd etiam sacri Doctores aliquando ad propositum manifestandum, exemplum aliquibus vt secundum aliquas opiniones apud aliquos probabiles, licet ipsi eas non sequuntur. Deinde cum dicit } Et haec totaliter in corpore aere &c. } ostendit qd istud exemplum deficit a tantae rei representatione. Et dicit qd haec quae dicta sunt de diuersis luminibus } totaliter } accidunt in rebus corporeis & materialibus, scilicet in corpore aere. } vt in loco si lumina sint corpora, vel vt in subiecto si lumen est qualitas, } & iterum } lumine } sensibili } dependente ex materialis igne, } sed in diuinis personis } dicimus collocari super substantialitatem vnitionem non super solas vnitiones quae sunt in corpore: sed & super illas quae sunt in ipsis animabus & in ipsis mentibus } angelicis, } quas quidem } vnitiones habent deiformia vel supercaelestia lumina } idest ipsi angeli. } tota per tota non mixta supermundana } dum scilicet vnus angelus toti alteri coniungitur per intellectum & affirmationem. Et huiusmodi inconfusa vnitio in mentibus & animabus fit } secundum proportionalem participationem } illius } vnitionis } quae est in diuinis personis, quae est } supersegregata ab omnibus participantibus, } quia scilicet nullum participantium potest perfecte imitari diuinam vnitionem. Deinde cum dicit, } Est autem discretio &c. } exponit quomodo in communi modo discretionis supra signat mansio & discretio & vnitio, idest aliquid commune toti trinitati, & aliquid distinctum ad personas pertinentes, dictum est enim supra qd discretiones diuinae vocantur secundum processiones deitatis. Vna quidem secundum quod vna persona procedit ab alia, & per hanc multiplicatur, & distinguuntur diuinae personae. Et quantum ad hoc attenditur discretio propria in communi modo discretionis. Alia est processio secundum quam creatura procedit a Deo, secundum quam sit multitudo rerum in discretione creaturae, vna a Deo, & haec est discretio vnica, idest communis toti trinitati. Primo igitur exponit quomodo aliqua discretio pertinet ad discretionem personarum. Secundo quomodo aliqua discretio pertinet ad essentiae vnitatem, ibi. } Si autem & diuina discretio &c. } Dicit ergo primo, quod discretio in super substantialibus theologis } ad diuinas personas non solum est illa quam dixi, quod per ipsam vnitionem communem quae pertinet ad super excellentiam deitatis vnaquaeque diuinarum personarum immixtum & inconfuse collocatur in altera, sed etiam per hoc ea quae pertinent ad facultatem Dei super substantialitatem nunquam conuertuntur ad se inuicem, sicut conuertebantur ea quae pertinent ad collocationem personalem. Mutuo enim pater est in filio & filius in patre, non tamen mutuo pater generat filium & filius patrem. Et hoc est quod subdit, qd solus pater est fons super substantialis deitatis, vt in fonte autoritas intelligatur suae principium de principio, nec filius est pater nec pater filius, cum diuina laudes cogerent secundum fidem christianae religionis suas proprietates vniscuiusque diuinarum personarum. Vltimo epilogando subdit, quod ista quae dictae sunt, sunt vnitiones & discretiones pertinentes ad ipsam diuinam essentiam ineffabilem & ad ineffabilem eius vnitionem, quia quod sequitur de vnitione & discretione pertinet ad creaturas.

LECTIO III.

Quaedam est propria vnitio sub communi modo discretionis.

I autem & diuina discretio est processio bono conueniens vnitionis diuinae & superunitate, seipsam bonitatem in pluralitatem agentis & multiplicantis, vnitas quidem sunt secundum diuinam discretionem in comprehensibiles traditiones, substantificationes, viuificationes sapientificationes, & alia dona bonitatis quae est omnium causa, secundum quae ex participationibus & participantibus laudantur, non participabiliter participata. Et hoc commune & vnitum & vnum est toti deitati, omnem ipsam rotam

LECTIO III. I autem & diuina discretio est &c. } Postquam exposuit Dionysius quomodo sub communi modo discretionis qui est secundum proportionem continetur propria discretio quae est secundum proportionem vnitus personae ab alia, nunc intendit exponere quomodo sub eodem communi discretionis modo continetur & quaedam propria vnitio, quae est secundum proportionem creaturarum a Deo ad totam trinitatem pertinentis. Et circa hoc duo facit. Primo proponit quod intendit. Secundo manifestat per exempla, ibi. } Quomodo dum punctum } &c. } Ad euidentiam autem primae partis considerandum est, qd posset aliquis dicere, qd processio creaturarum non continetur sub diuina discretione, vnde licet processio creaturarum communiter ad totam trinitatem pertineat, non tamen potest dici qd aliqua diuina discretio sit communis vel vnita in trinitate. Et ideo vult ostendere qd processio creaturarum est quodam modo diuina discretio, non tamen eo modo quo processio diuinarum personarum. Nam in processione diuinarum personarum, ipsa eadem diuina essentia communicatur personae procedenti, & sic sunt plures personae habentes diuinam essentiam. Sed in processione creaturarum ipsa et diuina essentia non communicatur creaturis procedentibus, sed remanet incommuniata seu imparticipata, sed similitudo vnus per ea quae dat creaturae, in creaturis propagatur & multiplicatur, & sic quodam modo diuinitas per sui similitudinem non per essentiam in creaturas procedit, & in eis quodam modo multiplicatur, vt sic in ipsa, creaturarum processio possit dici diuina discretio, si respectus ad diuinam similitudinem habeatur, non autem si respectus ad diuinam essentiam. Hoc est ergo quod dicit, qd si processio possit dici diuina essentia bonitatis conueniens quae est vnitionis diuinae superunitate } idest vnitatis essentia in qua tres personae vniantur, quae est super omnem vnitatem quae quodam modo seipsam agit sicut dicitur ex sua bonitate in pluralitatem, & multiplicat seipsam, scilicet secundum suam similitudinem, si inquam talis processio ea ratione qd per eam diuina vnitas quodammodo multiplicetur dici potest diuina discretio, tunc consequenter dicendum est, qd traditiones } idest donationes diuinarum donorum quae sunt incomprehensibiles ex parte principij } sunt vnitas } idest communes toti trinitati, } secundum diuinam discretionem } idest secundum communem modum diuinae discretionis qui secundum processionem attenditur. Et quae sint istae } traditiones ostendit subdens, } substantificationes } secundum quod dat esse omnibus subsistentibus, } viuificationes } secundum quod dat vitam } sapientificationes } secundum quod dat sapientiam & alia dona diuinae } bonitatis } quae est omnium causa secundum quae dona diuina } participata } per similitudinem } non participabiliter } inquantum essentia manet imparticipata, } laudantur ex participationibus, } idest, ex donis participabiliter, aut esse communem sapientiam & vitam } cum participantibus } quibus scilicet ista communicantur. Loquitur autem pluraliter de diuinis vel propter pluralitatem personarum, vel propter pluralitatem nominum quae ipsi Deo attribuantur. } Et hoc est toti diuinitati commune. } Et ne intelligatur communitas rationis tantum, sicut genus est commune speciebus, Et species indiuiduis addidit, } & vnitum } vt ostendat vnum numero esse in tribus. Et ne aliquis intelligat vnitatem ex multis congregatam, sicut domus vnitur ex partibus, addidit, } & vnum } hoc, } omnem ipsum diuinitatem, } i. e. m. quolibet personam } totam participari ab vnoquoque } participati } p. similitudine, & a nullo participati in nulla sui parte participari, qd commixtione suae subz. Dicit autem totam eam participari, non tamen totaliter vel perfecte, quia omnibus incomprehensibilis est, vt supra dictum est. Et quia hoc vltimo dictum difficile videbatur & contradictionem implicans, nominat hic consequenter per exempla, cum dicit, } Quomodo dum punctum } &c. } Et circa hoc tria facit. Primo ponit exempla

pla. Secundo ostendit ea esse deficientia, ibi. Excedit autem & hoc &c. Tertio obiicit contra praedicta & soluit, ibi. Quamuis dicat aliquis &c. Dicit ergo, quod hoc ita est de participatioe deitatis sicut punctum quod est in medio circumpositis lineis, quae scilicet protrahuntur a centro ad circumferentiam, in quantum quaelibet linea sortitur indiuisibilitatem secundum latitudinem ad similitudinem indiuisibilitatis puncti, prout imaginatur punctum suo motu facere lineam, & tamen punctum secundum situm distinctum est a longitudine lineae. Et sicut etiam multa expressiones sigilli participant archetypo sigillo. Id est, principali figura sigilli. Dicitur enim archetypum ab archos, quod est princeps, & tipum, quod est figura, toto & eodem archetypo existente in vnaquaque expressione, secundum similitudinem, & in nulla eorum secundum nullam sui partem per substantiam commixtionem. Deinde cum dicit. Excedit autem &c. ostendit haec exemplum esse deficientia a representatione diuina. Et dicit quod participabilitas diuinitatis quae est omnium causa, excedit haec praedicta exempla, quia imparticipabilior & minus comixta est deitas participabilibus quae punctum & sigillum. Non enim est aliquis tactus deitatis ad creaturas, eo modo quo ex igne quod ceram sit vnum per contractum, neque etiam est alia quaedam communio per quam commiscetur partibus rerum, sicut punctum commiscetur lineae in quantum est terminus eius. Deinde cum dicit. Quamuis dicat aliquis &c. obiicit contra hoc quod dixerat quod sigillum totum exiit in vnaquaque expressione. Potest enim aliquis dicere hoc non esse verum, propter hoc quod aliqua expressio inuenitur, quae non perfecte recipit formam sigilli. Sed ipse respondet quod huius causa non est ex parte sigilli, quia sigillum vnum & idem totum se ingerit vnicuique expressioni, sed diuersitas participantium facit dissimiles expressiones, id est representationes, vnius & eiusdem principalis formae, quae totaliter habet formam. Quomodo autem diuersimode recipiatur in diuersis forma vnius sigilli, ostendit subdens. Si enim cuiuslibet sit expressio sicut in tantum mollia, quod facile possint recipere figuram, & plana id est absque tumorositatibus vt vniformis in eis fiat impressio, & immaculata, ne commixtio alienae materiae expressionem figurae impediat, & neque sit contrariae figurae, vt vnaquae sit vni sigilli figuram imprimere velit in ceram iam alio sigillo signatam, & cum ad recipiendum figuram sint aliquantulum dura, vt non sint facile subibilia, & calefactibilia aut nimis liquefacta & mollia, & instabilia, quia sic non remaneret figurae impressio. Iste conditionibus existentibus materiae in quibus fit impressio, habebunt figuram, sigilli quandam absque permixtione alterius figurae impressam, & planam id est inturgidam absque deformitate, & permanentem. Sed si aliquid deficiat de dicta oportunitate figurationis, haec erit causa quod figura non participetur vel quod non plane id est vniformiter participetur, & aliorum defectuum quicunque pertinent ad importunitatem participationis. Deinde cum dicit. Discretum est autem &c. exponit discretionem quae est secundum humanitatem Christi. Et dicit quod discretum est id est ad vnam tantum personam pertinens super substantialia verbum, id est, Dei filium esse factum secundum nos id est hominem similem nobis in natura, & ex nobis accepta carne, non de caelo allata, secundum Valentium, & totaliter, id est non subtrahita anima vel intellectu, secundum Arrium & Appollinarium, & vere non facta secundum Manichaeum. Et non solum ipsa incarnatione di-

cretum, sed secundum etiam actiones & passiones Dei filium creatum incarnatum alii quocumque sunt cum quadam electione & segregatione ab aliis attributa Christo secundum considerationem humanitatis ipsius, vt concipi, nasci, comedere, bibere, dormire, crucifigi, & alia huiusmodi, sicut enim pater & spiritus secundum nullam rationem communicauerunt, quia neuter eorum est incarnatus aut mortuus nisi forte dicat aliquis quod communicauerunt praemisissis secundum voluntatem bonitati diuinae conuenienter & benignam, quo ad nos, acceptauerunt enim pater & spiritus sanctus incarnationem filii & passionem & alia huiusmodi, & similiter communicauerunt secundum omnem diuinam operationem suppositam creaturis, & ineffabilem nobis, quam faciebat Christus, factus secundum nos id est factus homo passibilis, & inuariabilis manens secundum quod Deus & Dei verbum. Non enim sic factus est homo quod diuinitatem amitteret, vt hoc existens habebat operationem diuinam, quae communis est sibi & patri & spiritui sancto. Et sic destruitur hic error ponentium vnam operationem in Christo, & per hoc quod attribuit secundum operationem diuinam communem toti trinitati, & operationem propriam sibi. Vltimo autem epilogat, quod haec studemus diuina nostro sermone & vnire & discretare, sicut secundum rei veritatem sunt vnita & discreta.

LECTIO III.

Ed harum quidem & vnitionum & discretionum & quascumque in eloquiis Deo conuenientes causas inuenimus, in theologicis ypotiposibus propria de vnoquoque tractantes, sicut erat possibile, exposuimus. Quaedam quidem reuoluentes vero sermone & referantes, & sanctum & reuelatum intellectum in manifestas eloquiorum visiones adducetes. Quibusdam autem sicut mysticis secundum diuinam traditionem superintellectualem operationem vult: Omnia enim diuina & quaecumque nobis sunt manifestata, solis participationibus cognoscuntur. Ipsa autem quaecumque sunt, secundum proprium principium & collocationem super mentem sunt & omnem substantiam & cognitionem. Sicut si super substantialia occulta Deum, aut vitam, aut

munem toti trinitati, & operationem propriam sibi. Vltimo autem epilogat, quod haec studemus diuina nostro sermone & vnire & discretare, sicut secundum rei veritatem sunt vnita & discreta.

LECTIO III.

Ed harum quidem & vnitionum & discretionum &c. Postquam Dionysius exposuit modum vnitionis, & discretionis diuinae, excusat se a perfecta horum manifestatione. Et diuiditur in partes duas. In prima ostendit quod discretionis diuinae & vnitionis non possunt sufficere a nobis manifestari. In secunda persequitur de discretionem quae est secundum professionem creaturarum, quia hoc maxime pertinet ad intentionem praesentis libri. Igitur de illis quidem factus est, &c. Circa primum duo facit. Primo ponit excusationem a perfecta manifestatione praedictarum. Secundo rationem assignat, ibi. Omnia enim diuina &c. Dicit ergo primo, quod in libro de Theologicis ypotiposibus ipse exposuit sicut erat sibi possibile, causas id est, rationes praedictarum & vnitionum & discretionum quascumque inuenit in sacris scripturis Deo conuenientes, tractans id quod erat proprium vnicuique, ita tamen quod quadam reuoluit & discussit veridico sermone, & referauit, id est aperuit & vltimus eduxit in manifestas visiones eloquiorum id est manifestas auctoritates sacrae scripturae quae continent visiones & reuelationes factas prophetis & Apostolis id quod sanctae intelligenti potuit & manifeste post discussionem & referentem. Non enim sufficit in rebus diuinis humano ingenio veritatem discutere & aperire, nisi veritas quae post discussionem inuenitur sacrae scripturae concordet & per eam confirmetur. Et cum quadam sic referauit, quibusdam tamen sicut mysticis id est occultis & vnitus fuit super operationem intellectualem, & hoc secundum quod tradita est a Deo: ordinatum est enim nobis a Deo, vt in his quae super intellectum nostrum sunt vniquam adherentes perfidem. Deinde cum dicit. Omnia enim diuina &c. assignat rationem quare in rebus diuinis sint quadam mystica quae intellectum nostrum excedunt. Et circa hoc duo facit. Primo manifestat hoc ex parte deitatis. Secundo ex parte humanitatis Christi, ibi.

Sed quod est omnis theologiae manifestatum &c. Circa primum tria facit. Primo assignat rationem praemissorum. Secundo manifestat rationem assignatam per exempla, ibi. Sicut si super substantialia occulta &c. Tertio probat per similitudinem in aliis causis & causatis, ibi. Neque est enim diligens &c. Dicit ergo primo, quod omnia diuina etiam quae nobis manifestata sunt cognoscuntur a nobis solum participationibus. Cuius ratio est, quia nihil cognoscitur, nisi secundum quod est in cognoscente. Sunt autem quaedam cognoscibilia quae sunt infra intellectum nostrum, quae quidem habent simplicius esse in intellectu nostro quam in seipsis, sicut sunt omnes res corporales. Vnde huiusmodi res dicuntur cognosci a nobis per abstractionem. Diuina autem, simplicia & perfectiora sunt seipsis quam in intellectu nostro vel in quibuscumque alijs rebus nobis notis. Vnde diuinorum cognitio dicitur fieri non per abstractionem sed per participationem. Sed haec participatio est duplex. Vna quidem secundum quod diuina in ipso intellectu participantur, prout scilicet intellectus noster participat intellectualem virtutem & diuinam sapientiae lumen. Alia vero secundum quod diuina participatur in rebus quae se intellectui nostro offerunt, in quantum scilicet per participationem diuinae bonitatis omnia sunt bona & per participationem diuini esse seu virtutis dicuntur existentes seu viuentes, & secundum vtramque istarum participationum diuina cognoscimus. O tensum est aut supra, quod Deus ita participatur a creaturis per similitudinem, quod tamen remaneat imparticipatus super omnia per proprietatem suae substantiae. Vnde si diuina non cognoscuntur a nobis nisi solis participationibus, eo sequens est, quod ipsa diuina, qualia sunt, & quod secundum propriam rationem principii, & secundum quod diuina collocantur in seipsis sunt supra omnia sicut supra omne mentem & supra omnem substantiam & supra omnem cognitionem. Deinde cum dicit. Sicut si super substantialia &c. Manifestat rationem propositam per exempla. Et primo in processionebus creatorum. Secundo in processionebus diuinarum personarum, ibi. Rursus quod pater &c. Dicit ergo primo, quod illud occultum diuinae essentiae quod est super omnem substantiam & nomen aut Deum, aut vitam, aut substantiam, aut lumen vel rationem vel quocumque alio tali nomine, non per hoc intelligitur id ipsum quod Deus est, sed nihil aliud intellectus concipit nisi virtutes quae rebus ex Deo proueniunt, quibus formaliter deificatur vel substantiantur aut viuificantur. Sed cum Deus sit super omnes huiusmodi processiones, oportet quod nos imitamus nos in Deo ad cognoscendum secundum remotionem ab omnibus operationibus intellectuales id est ab omni eo quod cadit in intellectum nostrum, & hoc ideo quia nos non possumus per intellectum videre aliquam deitatem vel vitam vel substantiam quae perfecte comparari possit illi cause quae est segregata ab omnibus rebus secundum totalem excessum. Non enim cadit in visionem intellectus nostri, nisi creaturae & finitum, quod omnino deficit ab ente infinito & infinito, & ideo oportet quod Deum intelligamus esse su-

pra omne id quod intellectu apprehendere possumus. Deinde cum dicit. Rursus quod pater &c. manifestat idem in his quae pertinent ad processiones diuinarum personarum. Et dicit, quod ex sacris scripturis accepimus quod pater est fontana deitatis, id est, quod pater est fons & principium totius deitatis, & quod filius & spiritus sanctus, si ita oportet dicere, sunt quaedam pullulationes deigenae deitatis, id est patris qui est Deus generans, pullulationes inquam, non extra diuinam naturam sicut creatae sed in ipsa diuina natura, & sunt etiam sicut flores, & super substantialia luminaria. Nec est mirum si haec pluraliter dicimus de diuinis personis, quia si i metaphoricis locutionibus accipiamur ipsum signatum metaphoricum, oportet singulariter praedicari de diuinis personis. Si vero accipiamur ipse metaphoricus, possunt pluraliter praedicari, per lumen enim, metaphoricis intelligitur veritas. Possumus ergo dicere, quod filius & spiritus sanctus sunt vnum lumen, quia sunt vna veritas, possumus etiam dicere quod sunt duo lumina, vt sit sensus, quod signanter per duo lumina id est, per duos radios ab vno luminari procedentes, sicut & per duos flores, quia vterque procedit a patre, nec tamen per hoc excluditur quin spiritus sanctus procedat a filio. Sed quomodo haec sunt, non possumus dicere nec cogitare, vt scilicet exprimamus vel cognoscamus qualis sit illa paternitas vel filiatio, sed vique ad hoc cogitandum solum se extendit tota virtus nostri intellectus, quod & nobis & supercaelestibus virtutibus, scilicet angelis vt ex principali paternitate diuina quae est segregata ab omnibus creaturis, & similiter ex principali filiatione data est omnis paternitas & filiatio, quae est in propagationem in rebus diuinis, prout sanguis purgat, illuminat, & perficit alium, & vnus homo alium, sex quatuor, & principalis paternitate & filiatione, mentes angelorum Deo conformes & sunt per participationem diuinarum donorum, & nominantur in scripturis, & Dei, Deorum filii, & Deorum patres, per assimilationem ad paternitatem principalem & filiationem. Et ne videatur deesse creatio proprietatum spiritus sancti, subiungit, quod talis paternitas & filiatio in sanctis angelis perficitur spiritualiter, cum exponit spiritualitatem per tria. Spirituale enim significat aliquid incorporeale & immateriale & intelligibile. Et quamuis haec spiritualitas inueniatur in angelis, diuinus tamen spiritus est supercollocatus super omnem intelligibilem immaterialitatem angelorum, vel animarum, sicut & pater & filius sunt segregati per modum excessus ab omni paternitate & filiatione quae est in creaturis secundum participationem rerum diuinarum. Deinde cum dicit. Neque enim est diligens &c. probat quod dixerat per assimilationem in aliis causis & causatis. Et dicit quod inter causas & causata non potest esse diligens id est, perfecta comparatio quia causa excedit sua causa. Sed est quaedam alia comparatio causa totum ad eas, in quantum causa habet imagines, & similitudines carum. Ois enim causa praedicat suum effectum per aliquem modum similitudinis, non tamen causa consequitur perfectam similitudinem carum, & contingentes id est prout contingit in sua proportionem. Sed ideo non est perfecta comparatio, quia causa separatur a causatis Dion. de diuin. nom.

Sed

a causatis

a causis inquantum superponuntur eis... in illa ratione in qua sunt principia. Et hoc manifestat per exempla sumpta a rebus que sunt apud nos.

ti & subtili discussione sanctorum scripturarum. Quae quidem subtilis discussio in duobus consistit. Quorum primum subdit dicens, sex multa luctatione circa ipsa...

LECTIO V.

Verba sanctissimi Ierothei de laude Iesu.



Mnium causa & adimpletiua est Iesu deitas, quae partes totalitati consonas saluat, & neque pars e neque totum, & totum & pars, sicut omnium & partem & totum in seipsa coaccipiens & super habens & praehabens. Perfecta quidem est in imperfectis sicut perfectio princeps. Imperfecta autem in perfectis, sicut superperfecta & praeprefecta.

appetitus mouet vires secundum modum quo in seipsis sunt, & sic ad ipsas res quodammodo afficitur. Sicut autem aliquis virtuosus ex habitu virtutis quam habet in effectu perficitur ad directe iudicandum de his quae ad virtutem illam pertinent...

LECTIO V.



Binde cum dicit. { Omnium causa & adimpletiua est Iesu deitas &c. } ponit verba Ierothei de Christo. Et primo ponit ea quae pertinent ad laudem deitatis Christi. Secundo ea quae pertinent ad laudem incarnationis ipsius, ibi. { Vnde quoniam & vsque &c. }

dine adunate aliquod totum perficiunt. Proceat ergo Ierotheus ad ostendendum causalitatem deitatis Christi, diuinae retrogrando per viam resolutionis, etiam incipiens a toto. Et dicit quod deitas Iesu conseruat partes consonas, id est, proportionatas...

& super omnem principatum & ordinem collocata. Et mensura est existentium, & cui super eum, & ante eum. Et plena in min' habentibus, suppleta in plen' in dicibilis, ineffabilis, super mentem, super vitam, super substantiam, supernaturaliter habet supernaturaliter, super substantiam, super substantiam, super substantiam...

accepti supra nos habens, quia caro eius maioris virtutis est & dignitatis quam alterius, & anima eius dignior omni anima, & actus eius & operationis fuerunt vniuersae eius virtute deitatis ad inuicem.

naturam nostram, & vere factus est substantia, id est, ypothesis nostrae naturae, & cum superdeus esset, factus est vir, id est homo, haec quae dicuntur secundum propitiationem ipsius per quam humanam naturam assumpsit, debent laudari super mentem & super rationem. Quamuis enim accepit propriae nostrae naturae, tamen in ipsis rebus humanis habuit supernaturalis & supsubstantialis, id est, vno modo inquantum communianit nobis assumens nostram naturam absque variatione diuinae naturae, & absque commixtione ipsius & confusione ad humanam naturam, ita quod per exinanitionem ineffabilem, de qua Apostolus loquitur Phil. 2. nihil passus est ad superplenum ipsius, id est, nihil diminutum est de plenitudine suae deitatis. Non enim dicitur exinanitus per diminutionem deitatis, sed per assumptionem nostrae naturae deficientis. Alio modo, quia quod est inter omnia noua magis nouum, & mirabile, ipse ferat in naturalibus nostris supernaturaliter, & in substantiis nostris super substantialiter, omnia humana, quae ex nobis...

LECTIO VI.



Gitur de istis quidem factis est, ad verbi autem intentionem procedamus &c. Postquam Dionysius exposuit diuinam discretions & vnitionis modum, hic persequitur de illo modo qui principaliter pertinet ad materiam huius libri, scilicet de discretione diuina, quae attendit secundum processionem creaturarum, quae quidem discretio vnita est & communis toti trinitati, ut supra dictum est. Circa hoc ergo duo facit. Primo exponit quomodo ista discretio est cum vnitione. Secundo promittit de istis quae ad hanc discretionem pertinent, in sequentibus se determinaturum, ibi. { Istis communes & vnitas. }

LECTIO VI.



Gitur de istis quidem factis est, ad verbi autem intentionem procedamus &c. Postquam Dionysius exposuit diuinam discretions & vnitionis modum, hic persequitur de illo modo qui principaliter pertinet ad materiam huius libri, scilicet de discretione diuina, quae attendit secundum processionem creaturarum, quae quidem discretio vnita est & communis toti trinitati, ut supra dictum est. Circa hoc ergo duo facit. Primo exponit quomodo ista discretio est cum vnitione. Secundo promittit de istis quae ad hanc discretionem pertinent, in sequentibus se determinaturum, ibi. { Istis communes & vnitas. }

nam diuinam dicimus esse processiones deitatis... et hoc est vnu quod producit multitudinem rerum in esse...

per vnu quod inuenitur in existentibus creatis... et hoc est vnu quod producit multitudinem rerum in esse...


CAPVT

SVPER CAPVT III. LEC. I. PRIMAM si videtur perfectam & totam Dei processionem manifestatam boni nominationem inspicimus...

CAPVT III.

Quo orationis virtus, & de beato Ierotheo, & de reuerentia & tractatu theologico.

LECTIO I.



PRIMAM si videtur perfectam, & totam Dei processionem manifestatam boni nominationem inspicimus...

re sanctam trinitatem, quae est principium omnis boni, & est super omnem bonitatem... per ipsam mutatis manibus ad anterius capiētes, trahere quidē ipsam deorsum videremur...



oportet nos ad cognoscendas diuinas processiones diuinae bonitatis trinitatem omnino inuocare...

Secundo manū festat quoddam in ratione suppositum, ibi...

Terio probat quoddam in hac ratione assumptum, ibi...

Quarto probat quoddam in hac ratione assumptum, ibi...

Quinto probat quoddam in hac ratione assumptum, ibi...

Sexto probat quoddam in hac ratione assumptum, ibi...

Septimo probat quoddam in hac ratione assumptum, ibi...

Octavo probat quoddam in hac ratione assumptum, ibi...

Nonimo probat quoddam in hac ratione assumptum, ibi...

Decimo probat quoddam in hac ratione assumptum, ibi...

Undecimo probat quoddam in hac ratione assumptum, ibi...

Dodecimo probat quoddam in hac ratione assumptum, ibi...

Trigesimo probat quoddam in hac ratione assumptum, ibi...

principale intentum, qd debemus nos per orationem extendere ad altiore considerationem radii diuinae bonitatis. Deinde cum dicitur. Sicut si mul. cathena; manifestat propofitum p exempla. Et primo ponit exempla duo ad propofitum manifestandū. Secūdo concludit principale propofitū, ibi. Propter quod &c. Primum exemplū est qd imagi nemur cathenam multū luminis quae pēdet a summitate celi & descendat vsque ad terrā corā facie nostra, si acciperem illā cathenam, & semper mutarem manus versus superius, videremur quidē trahere cathenam deorsum, sed sicut veritate non deicerem eam, cum ipsa esset pns & sursum & deorsum: sed nos ipsi eleuaremur in maiorem splendorem illius luminose cathene. Secūdum exemplum ponit, ibi. Aut licet si. na. } et dicit qd si ascenderem in nauem & tenerem quosdam funes, qui extenderentur ab aliqua petra exteriori ad nos, qui essent nobis ad auxilium dati, non traheremus ad nos petram: sed sicut rei veritate & nos ipsos & nauem duceremus ad petram, & e contrario si aliquis stans in nauis impingat ad petram quae sit iuxta mare, nihil ageret contra petram quae est stans & immobilis, sed se ipsum separabit ab illa, & tunc magis quanto magis impinget ad eam. Ad hoc aut qd ista exempla ad propofitum ad aptentur considerandum qd circa orationem secundū quinque opinionis oportet diuerse finode iudicare. Qui dam enim subtiliter totaliter Dei prouidentia; ponentes oia a casu accideret. Et hoc fuit opinio Epicureorum. Quidam vero posuerunt Dei prouidentiam circa res incorporales & vniuersales: sed a rebus humanis diuinam prouidentiam subtraxerunt. Et hoc fuit opinio quorundam Peripateticorum. Quidam vero extenderunt diuinam prouidentiam vsque ad omnia, sed dixerunt ex diuina prouidentia res oēs necessarios euentus habere, totaliter a rebus contingentiam auferentes. Et hoc fuit opinio Stoicorum ponentium in ineffabilem earum seriem quam fatum nominabant, omnia ex necessitate contingere. Quarta fuit opinio quorundam egyptiorum; qui dixerunt prouidentiam Dei mutabilem esse. Quinta fuit opinio quorundam Platoniorum dicentium qd diuina prouidentia immutabilis est, sed sub ea res aliqua mirabiliter & contingenter continentur. Primae igitur tres opiniones totaliter orationis fructum euacuant. Si enim Deo nulla cura est de rebus, vel saltem non est ei cura de rebus humanis, aut si omnia ex necessitate eueniunt, frustra Deo preces funduntur. Quarta autē opinio fructū orationis non tollit: sed ei plus debito tribuit, & immutare diuinam prouidentiam. Vnde sola quinta opinio vtrūque iudicium de oratione habet, quam Dionysius hic sequitur, vt scilicet per orationem nos ipsos trahamus ad diuinam prouidentiam participandam. Non autē credamus, nos diuinā prouidentia posse mutare. Cathena ergo luminis ab immobili caeli summitate dependens, vel funes qui ab immobili petra ex-

re. Quamuis & hoc a nobis obferuatum est valde studiose, qd discretis ab ipso diuino duce secundū planā manifestationem, nec totaliter manū appofuim aliquando ad eandem propofiti eiusdē eloquiū manifestationem. Qm & apud ipsos Deo acceptos nostros hierarchas, qm & nos, vt nosti & ipse & multi sanctorum nostrorū fratrum cōuenim⁹ ad visionē corpis, vitæ principis & qd Deū susceperat. Aderat aut & frater dñi iacobus & Petrus, summa & prouocativissima theologorū summas. Postea visū ē post visionē vt vniuersi hierarchae laudaret sicut vnusq; erat sufficiens infinitē virtutis bonitatem thearchicæ infirmitatis, oēs alios sanctos magistros post theologos, vt nosti superabat, totus extasim patiens a seipso & ad laudatā communionem patiens, & a cunctis a quibus audiebat, & videbat & cognoscebat, & non cognoscebat, Deo acceptus esse & diuinus laudator iudicatus. Et quid tibi de theologizatis ibi dicāterem si non & me ipsum oblitus sum multoties, noui a te, & partes quasdam audiens illorum hymnorū a Deo motorum, ita tibi fuit studium non ociose diuina exequi. Et vt mystica illa, vt sicut multis non dicēda, & sicut cognita tibi praeferimus, quando multis oportebat communicare, & quos est possibile ad sanctorū cognitionē quae ē scdm nos aducere, quō excedebat multos mgorū reuerentia p̄tinere videt. Deinde cū dicit. Etenim si ille, } pcedit ad sui exultationē, Et circa hoc tria facit. Primo exultat se ab irreuerētia. Sed ostēdit reuerentiā suā ad Ierotheū, ibi. qm & apud ipsos. } Tertio cōcludit intentionē suā in hoc ope cōscribēdo, ibi. Igitur istis & nos. } Excusat autē tripliciter. Prima excusatio est qd ea qd Ierotheus in vno dixerat, ipse ex mandato Ierothei, & ad petitionē Thimothei p̄ singula tractauit. Et hoc est qd dicit qd si Ierotheus dignatus esset tractare p̄ ordinē oia quae p̄tinēt ad theologica considerationē, & tractatū totius theologiae, quae, } quasi in quodā genere & summa peregit, voluisset p̄currere p̄curatō in particulari, Dionysius nō p̄uenisset ad tantū furorē vel prauitātē qd velle scribere de diuinis. Quod autē ad furorē vel prauitātē p̄tinuisset ostēdit altero duorum modorū. Quorū vnus est qd Dionysius arbitret se eleuare ad cōsiderationes theologicas p̄cipacius qd Ierotheus & magis diuine. Alius modus est qd ipse nō crederet se altiora dicere. Et tūc sequent duo incōueniētia. Quorū vnus est qd eadē repetendo quae Ierotheus dixisset, inuoluntate scriberet, & sic incurreret vaniloquiū. Aliud incōueniens est quod quasi furto arripendo sibi nobilissimam contemplationem & manifestationem diuinorū ipsi Ierothei, faceret diuiniorem; cum tamen ipse fuerit magister eius & amicus, & Dionysius fuerit introductus ad theologiam cogitationem maxime ex verbis Ierothei, tamen post doctrinam

na Pauli. Sed Ierotheus exposuit quādam determinationes & con- spicaces id est ex magna difficultate & intelligentia acceptas, & cōprehendentes multa in vno; vniuersali, secundam rei veritatem; p̄tendentes homines ad diuinam inducēs, & praecepit Dionysio & aliis de similibus qd sibi magister animarum quae de nouo in- struuntur, quod se- cundum eorū ipsos- bilitatem manifestarent & distinguerent ab eis, & vniuersales determinationes propofitū cōtēplationis illius vari, in quibus multam inuolue- bat in vno; & hoc face- ret se imōne eis cō- mensurato, non ita vniuersali sicut vni- uersaliter Ierotheus. Ip- se etiam Thimotheus multoties exhorta- tus est Dionysium ad hoc ipsum cōplea- dum, & librum Iero- thei ei remisit sicut eius capacitatem ex- cedentem. Quia ergo ista ita sunt, ideo nos determinamus p̄ medi- um librum esse ma- gnarum perfectarum cōsiderationum, non aptum quibuslibet; sed his tantū qui sua capacitate multitudine non excedunt, ita quod ille liber habeat eandem secundam auctoritatem ab eloquiis scripturae canonice, cui nulla alia auctoritas aequari potest; ita quod verba illius libri consequenter se habent ad verba Ierothei deus id est ad verba sanctorum apostolorum, qui dicuntur Christi propter plenitudinem spiritalis gratiae & propter sacerdotii dignitatem. Et sic cum ille liber tam altis communicat tantum perfectis, nos secundum nostram proportionem trademus diuina his qui secundum nos id est imperfectis nobis similibus. Non enim sufficiens ad perfectam doctrinam perfectis tradendum, quia si solidus cibus, id est perfecta doctrina, perfectorum tantum est, vt dicitur Heb. 5. quia ipsi soli doctrinam perfectam capere possunt, maioris perfectionis est tali cibo alios cibare. Maius enim est perfectam doctrinam alios docere quam eam ab aliis capere posse. Cōsiderandum est autem, quod quanto aliquis intellectus est altior & perfectior, tanto plura in vno potest comprehendere. Infirmas autem intellectus requirit vt singula singulariter explerent. Et ideo doctrinam Ierothei in se considerata requirit perfectam virtutem. Sed quod aliquis habeat scientiam & considerationem verborum introductum ad praemissam considerationem & doctrinam, & quod ista verba addiscat potest concunire etiam imperfectioribus & doctoribus, quos vocat sanctificatores, & doctis, quos vocat sanctificatos. Sicut igitur per se inspicere & docere scientiam diuinorum perfectam ad Ierotheum pertinebat, qui perfectus fuit, ita habere scientiam exponendi scientiam exponendi praedictam doctrinam & addiscere huiusmodi expositionem, ad minores pertinet, inter quos Dionysius se computat. Tertia excusatio ponitur, ibi. Quamuis & hoc a nobis. } Et dicit quod etiam hoc studiose Dionysius obseruauit, quod ipse totaliter manū non appofuit nec etiam ad manifestandum verba Ierothei in illis quae Ierotheus distinguere voluit, secundum planam manifestationem. Deinde cum dicit. Quoniam & apud ipsos, ostendit reuerentiam quam ad Ierotheum habet. Et primo ostendit magnitudinem eius. Secundo recognoscendo propriam humilitatem, ibi. Ita enim nos. } Ex his enim duobus sequitur quod aliquis alium in reuerentia habeat quod de illo magna sentit, & de se parua. Commendat autem Ierotheum dupliciter. Primo quidem quantum ad hoc, quia fuit subtilissimus & totus diuinus. Secundo quantum ad hoc quod parulis in Christo lac vilerit no- uerat dare, ibi. Et vt my. &c. } Dicit ergo primo, qd ipse Dionysius similis cum Thimotheo & ipso Ierotheo & multis alijs sanctis fra-

tribus conueniunt apud apostolos ad videndum corpus eius qui est principium totius vitae & quod suscepit Deum. Et potest intelligi de corporali visione Christi, de qua facit mentionem Apostolus. I. Cor. 15. Corpus in. Christi est corpus Dei, qui est vitæ princeps, & illud corpus p̄ vnitionē Deū suscepit, vnde & templū dicitur esse in illud Iob. 1. Hoc autē dicebat de templo corporis sui. Potest etiam intelligi qd conueniunt ad videndū corpus beate virginis Mariae in eius morte, qd et suscepit Deū incarnatione. Et in illo conuenit aderat etiam Iacob frater dñi; & Petrus qui erat summū caput omnium apostolorum. Post visionem autē praedictam videri est omnibus vt vnio est apostoli & Ep̄i qui ibi aderant, laudare in finitā bonitate diuinae similitudinis, i. humanitatis, sicut vnusq; erat possibile. Et tunc Ierotheus superabat omnes magistros post apostolos, quibus nō nisi alius comparari poterat, & illa laude erat totus excedens omnia sensibilia & mundana, & quasi extrā scriptum positus, his quae laudabat, per quādam vnitionem coniunctus videbatur, & sic ab omnibus quicūque audiebant & videbat, sine ante eum cognouissent sine non, iudicatus est Deo acceptus & diuinus laudator. Et quid potest dici de his, quae ipse ibi theologizauit, quem tam sublimia fuerunt? quae vt Dionysius dicit, si ab eius mente non exciderit, multoties recognouit quādam partes illarum diuinarum laudum, quae Ierotheus propulerat Deo inspirante, dum eas a Thimotheo profatas audiu- rit. Tantum enim fuit Thimotheus in studio circa diuina, vt ea quae audiuit etiam curauit memoria retinere. Deinde cum dicit. Et vt mystica. } commendat eum de eruditione simplicium. Et dicit quod vt omittat loqui de illis occultis ibi dicitis, tum quia Thimotheo nota erant, hoc dicendum est, quod quando oportebat diuina communicare multitudini, & reducere quos poterat ad cognoscendum sancta cognitione proportionata imperfectis, excedebat Ierotheus multos sanctorum nostrorum & temporis tritione; quia plurimum temporis terebat sine expendebat in docendo, & mentis puritate; quia non obuoluebatur fantasij aut erroribus quibus impeditur a recto iudicio veritatis; & demonstrationum diligentia; id est efficacia verborum in demonstrando veritatem, & reliquis locutionibus sanctis; id est in aliis quae requiruntur ad sanctas locutiones. Vnde concludit, quod nunquam fuit suus conatus vt respiceret contra tantum solem, scilicet Ierotheum, se ei praefendo aut equando. Deinde cum dicit. Ita enim nos nobis. } ostendit quā humilia de se sentiat. Et dicit quod ita est conficius, quod ipse non est sufficiens ad intelligendum diuina, non solum quae sunt supra intellectum humanum; sed etiam multa quae sunt intellecta aliis hominibus. Et similiter reputat se insufficientem ad dicendum & manifestandum ea quae de diuina cognitione ab aliis dici possunt. Et multo longe reputat se deficere a scientia theologicae veritatis quam perfectiores habuerunt. Et hoc ideo introducit, quia ad hoc deductus est, propter perfectam reuerentiam quam habet ad maiores, & ad diuinam philosophiam, quia totaliter non audeat cogitare aut dicere aliquid de diuina sapientia secundum suam mentem capere potest, et illam etiam auder, et dicit quod non oportet negligere diuinorum cognitionem, quam contingit aliquem posse habere. Et ad hoc dupliciter persuasus est. Primo quidem ex naturali desiderio mentium quae semper cum quodam amore cupiunt contemplationem rerum supernaturalium, quam capere possunt, quia per hoc maxime perficiuntur. Secundo, quia optima dispositio diuinarum legum, prohibet multum scrutari ea quae sunt supra nos, tum quia sunt supra dignitatem nostram, tum quia impossibile est nobis adipisci, vt patet in Ecclesiastico Cap. tertio, vbi dicitur. Altiora te ne quaeris. Sed Dion. de Diu. nom. B 4 ea quae

dicuntur circa desiderium boni, id est Dei identitates, quia omnes in hoc conveniunt, vel quia super eodem modo circa hoc se habent, & sumptitates, quia omnia eorum desideria ad hoc summum desiderium referuntur, vel sublimitates, secundum aliam literam, quia sublimitas exteriorum Deum desiderat. Et non solum ista sunt eius bonitate divina ad rationem ordinis pertinentia, sed etiam quaecumque alia dicta sunt in libro angelorum hierarchia, in quo tractatur de angelicis proprietatibus, & ordinibus. Deinde cum dicitur, Sed & quaecumque caelestis hierarchia &c. enumeratae quae pertinent ad rationem hierarchiae. Et dicit quod etiam ex omni causa & bonitate divina quae est fons omnis bonitatis proveniunt angelis quaecumque actiones caelestis hierarchiae sunt convenientes. Est autem considerandum, quod cum hierarchia sit sacer principatus. Principis autem sit dirigere, actio hierarchiae erit dirigere ad sacra. Et secundum hoc sunt triplices hierarchiae actiones, scilicet quod ad rationes, id est purgationes, & supermundanae illuminationes, & ea quae sunt perfectiva totius angelicae perfectionis. Mune autem suae purgat unus angelus alium, non quidem macula culpa, quia nulla est in eis, sed a inefficacia, ut ipse dicit in 6. Caelestis hierarchiae. Superiores enim angeli clarius Deum vident, quam inferiores, & ampliori ab ipso lumine replentur ad plura mysteria cognoscenda. Purgatio ergo pertinet ad ablationem inefficaciae. Illuminatio ad communicationem luminis. Purgatio ergo pertinet ad ablationem inefficaciae. Illuminatio ad communicationem luminis. Perfectio ad cognitionem eorum, quae per lumen cognoscuntur. Quia vero licet superiores substantiae distinguantur secundum ordines & hierarchias, conveniunt tamen in hoc quod angeli dicuntur. Consequenter exponit rationem huius nominis, cum dicit. Ex qua & boniforme ipsis donatum est &c. Circa quod considerandum est, quod sicut lux solis in ipso sole videri non potest a nobis propter excellentiam lucis, videtur autem vel in nubibus, vel in montibus irradiatis a sole, & sic nubes vel montes manifestant nobis solis claritatem, ita ipsa bonitas prout est in summo verum vertice, a nobis prospici non potest propter excellentiam claritatis, sed in quantum eius similitudo in angelis invenitur magis propinque nobis, manifestat nobis quodammodo in ipsis claritas divinae bonitatis. Et hoc est quod dicit, quod ex divina bonitate datus est supremis substantiis boniforme, id est conformitas ad divinam bonitatem, & quod propter hoc manifestatur in ipsis Dei bonitas occulta. Sic igitur uno modo manifestant divinam bonitatem secundum quod in ipsis relucet similitudo divinae bonitatis, & secundum hoc possunt dici manifestatores Dei. Sed super hoc dicuntur angeli, i. nunciis, in quantum Deum manifestant per propriam actionem. Et hoc dupliciter. Primo quidem per modum locutionis. Et hoc est quod dicitur sicut enunciativos sibi silentii. Manifestum est enim quod conceptio cordis, vel intellectus absque voce est cum silentio, sed per sensibiles voces illud silentium cordis enunciat. Sicut autem voces exteriores sunt nobis magis manifesta, & minus simplices quam interiores conceptus cordium, ita quaecumque modi manifestationum sunt nobis magis notii & minus simplices quam divini verbi conceptio. Sic ergo dum angeli nobis aliquis de divina sapientia manifestant sive sensibilibus collequendo, sive secundum congruam apparitionem, sive secundum intelligibilem locutionem, quia & sibi invicem colloquuntur, & semper sunt enunciativos divini silentii. Secundo vero per modum illuminationis. Et hoc est quod dicitur quod dicitur quod angelicae substantiae sunt nobis propositae sicut lumina clara interpretativa eius luminis, scilicet divini, & quod est in abditis, id est absconditum a nobis. Hoc autem secundum necessarium est postquam alicui aliquid enunciat, quod enunciationem intelligat. Ad hoc ergo quod ea quae nobis per angelos enunciantur intellectu capere posimus, ipsi claritate sui luminis intellectum nostrum adiuvant ad capiendum occulta Dei. Deinde cum dicitur, Sed & post illas sacras &c. Ponit quomodo divina bonitas relucet in animabus rationabilibus. Et dicit, quod propter bonitatem Dei quae est super omnem bonitatem, animae & quaecumque ad animam pertinent bonitatem habent, secundum tamen gradum post illas sacras, & admirabiles angelorum mentes. Et post

nit primo tria quae pertinent ad eorum naturam, scilicet, quod sunt intelligibiles, & quod habent vitam substantialem, id est ut per se subsistere possint, & quod esse eorum & posse sit inconsumptibile, in quantum sunt immortales & incorruptibiles. Secundo ponit ordinem earum ad angelos. Et ponit tria, scilicet, quod extenduntur ad angelicas vitas, in quantum scilicet, de eorum similitudine aliqui participat, & iterum per illos angelos sicut per quosdam bonos duces elevarunt ad summum principem omnium bonorum. Sic enim subdit & in rebus humanis ad duces imitandos, & eis servendum subdit, ut per eos ad summum principem ordinentur, & inde, id est ab angelis sunt animae participes secundum suam proportionem illuminationum, & a Deo emanantium, sicut & in rebus humanis

LECTIO II.

Bonitas divina in irrationabilibus.

SED & de irrationabilibus animabus, si oportet dicere quaecumque aera fecant, & quaecumque in terra vadunt, & quaecumque in terra extenduntur, & in aquis vitam ut ambigue sortita, & quaecumque sub terra cooperta vivunt, & pulvere affecta, ac obruta, & similiter quaecumque sensibilem habent animam aut vitam, & haec omnia

directiones & praecipua a Rege ad populum per duces perveniunt. Tertium tangit ordinem animarum ad Deum. Et dicit quod participat animae deiformi dono gratiae secundum propriam virtutem, & non solum hoc habent animae ex divina bonitate, sed etiam quaecumque alia sunt enumerata a nobis in sermone de anima. Fecit enim librum de Anima, quem non habemus.

LECTIO III.

Ed & de ipsis irrationabilibus animabus &c. Determinatis his quae rationales creaturae de divina bonitate participant, hic accedit ad irrationabiles creaturas. Et primo prosequitur ea quae pertinent ad animalia irrationabilia. Et dicit. Si oportet loqui non solum de nobilibus creaturis, sed etiam de ignobilibus, ut puta de irrationabilibus animabus aut animalibus, sciendum est quod quaedam eorum aera fecant volando, ut aves, quaedam vero habent motum in terra. Et hoc dupliciter. Quaedam enim vadunt, id est ambulat, ut animalia quadrupedia, quaedam vero in terra extenduntur, id est, per sui corporis extensionem moventur, ut reptilia, quaedam sunt sortita vitam in aquis, ut pisces, & aut ambigue sicut quaedam animalia quae nunc in aquis nunc in terra vivunt, quaedam vero vivunt sub terra, ut taupes, & pulvere affecta, ut quidam vermes qui sub pulveribus inveniuntur, tam ista quam quaecumque alia uniuscuiuslibet habent substantiam, & vitam sensibilem, quod sunt, & quod sic vivunt ex divina bonitate habent. Deinde cum dicit, Et plantae &c. prosequitur de plantis. Et dicit quod omnes plantae ex divina bonitate habent vitam, non quidem sensibilem, sed quae attenditur secundum nutritionem, & motum augmenti, & decrementi. Deinde cum dicit, Et quaecumque inanimata &c. prosequitur de inanimatis. Et dicit quod omnis substantia inanimata & non vivens, ex divina bonitate habet quod sit, & quod substantialem obtineat habitum, id est, quod se habeat ut subsistens per quod excedit accidens. Deinde cum dicit, Si autem & super omnia existentia &c. prosequitur de materia prima. Circa quod considerandum est, quod Plato correxit errorem antiquorum naturalium qui non distinxerunt inter materiam & formam in rebus generabilibus & corruptibilibus, ponentes primam materiam esse aliquod corpus in actu, ut ignem aut aeraem aut aliquod huiusmodi. Intellexit enim Plato formam corporali subsistere materiam quae in sui essentia non habet aliquam speciem, sed tamen materiam a privatione non distinxit, ut Aristoteles dicit in primo Physicorum, Unde tam ipse quam sui sectatores materiam appellabant non ens propter privationem adiunctam. Et hoc modo loquendi, etiam Dionysius utitur, quamvis secundum Aristotelem necessarium sit materiam a privatione distinguere, quia materia quandoque invenitur sub forma, quandoque sub privatione, unde privatio adiungitur ei per accidens. Item considerandum est secundum Platonicos, quod quanto aliqua causa est altior, tanto ad plura se extendit eius causalitas. Unde oportet quod id quod est primum subiectum in effectibus, id est materia prima, sit effectus solius primae causae, quae est bonum, & causalitate secundarum causarum usque ad hoc non pertingente. Omne autem causatum convertit in suam causam per desiderium. Unde materia prima desiderat bonum, secundum quod desiderium nihil aliud esse videtur quam

quam privatio, & ordo ipsius ad actum. Rursus considerandum est, quod sicut materia prima dicitur infortis per defectum formae, sic informatas attribuitur ipsi primo bono, non per defectum, sed per excessum, & sic secundum quandam remotionem assimilationem similitudo causae primae invenitur in materia prima. Secundum hoc ergo Dionysius dicit quod Deus cum sit super omnia existentia, format res in quantum est bonum & carens forma, & per excessum, & hoc manifestat per singula. In ipso enim solo Deo invenitur quod Deus est excessus substantiae, quia inquam excellenter subsistit. Et hoc dicitur quod non existens, ut alia similitudo cum sit excedens vita, & dicitur non vivens, & cum sit excellens sapientia dicitur sine mente, & si militet de omnibus aliis quaecumque sunt in bono, scilicet deo de numero non formatum per negationem motu dicta, & deinde sunt excedentes formationis, quia ille format in eo sunt per super excessum, & si fas est dicere illud bonum quod est super omnia existentia & non existens, ut dicitur est, & desiderat ipsum non existens, id est materia prima, in quantum desiderat formam, quae est similitudo divini esse, & certat aliquo modo in bono, id est, ut primo bono assimiletur, quae quidem communicatio nihil aliud est quam inclinatio ipsius ad formam, & communicat ut sit id, scilicet, ens & bonum, quod veget, id est, essentialiter praedicatur de substantiis bono, quod nominatur secundum ablationem ab omnibus per se, motina negata non propter defectum, ut materia prima, sed propter excessum. Deinde cum dicit, Sed quod nos in medio praetercurrens effugit &c. prosequitur de corporibus supercaelestibus de quibus tractare effugerat, & primo in medio. Requirit enim consequentia ordinis, ut inter substantias incorporeas incorruptibiles, & substantias corporeas corruptibiles, tractaretur de substantiis corporeis incorruptibilibus, sed propter adiunctionem animarum ad corpora corruptibilia, praedictum ordinem praetermisit. Circa corpora autem caelestia primo ponit quae pertinent ad ipsas sphaeras caelestes. Et ponit tria. Primo habitudinem ipsorum ad inferiora. Nam sunt corpora caelestia principia activa respectu corporum generabilium, & corruptibilium, & terminus discretivus uniuscuiusque eorum praefigitur secundum corpora caelestia. Et hoc est quod dicit, quod bonum divinum est causa caelestium principiorum & terminationum, & secundum ponit quod pertinet ad modum substantiae eorum. Circa quod sciendum est, quod quidam antiqui credentes corpora caelestia nature igneae, posuerunt ea cibari, & nutrum vaporibus ex terra & aquis relolucis, & per hunc modum conservari, caelestia corpora sicut conservantur ignis per appositionem lignorum. Et ad hoc remouendum dicit quod, bonum divinum est causa huius, scilicet caelestis corporis, non augmentabilis, scilicet per aliquam appositionem, & non minorabilis, per aliquam consumptionem, & tamen invariabilis, quia secundum suam substantiam alterari non possunt. Tertio ponit quod pertinet ad motum ipsorum, ex quibus Pythagorici dicebant sonos quosdam armonicos provenire, sed hoc ipse excludens dicit, quod

bonum est causa maxime revolutionis motuum caeli, quae est sine sono, si ita oportet dicere, & alii enim contrarium dixerunt. Deinde ponit ea quae pertinent ad stellas fixas. In quibus quatuor sunt consideranda. Primo ordinationes earum ad invicem secundum distantiam, propinquitatem & situm, prout ex eis dicitur si guttae constituantur. Secundo pulchritudinem earum, quae est per claritatem, figuram, & quantitatem. Tertio lumina earum secundum quod per suos radios effundit in istis inferioribus habent. Quarto collocaciones earum, secundum quod i sphaera sua immobiliter figurant. Deinde ponit quod pertinet ad quinque planetas, scilicet Saturnum, Iovem, Martem, Mercurium, Venerem. Et dicit quod divinum bonum est causa motus multi transitivi horum astrorum. Vocat autem motus horum astrorum transitorios, quia non servant eandem figuram secundum situm, neque ad se invicem, neque ad alias stellas fixas, sed transiunt de figura in figuram, cum quandoque inveniunt in Ariete, quandoque in Tauro, aut in aliquo alio signo. Attribuit autem eis multitudinem motuum, quia id quod apparet sensibilibus de motu uniuscuiusque eorum oportet quod resultat ex multis motibus, cum quandoque citius, quandoque tardius sensibilibus moveri videantur, quod invariabilis caelestium corporum non patitur. Ultimo prosequitur de luminaribus, id est, de sole, & luna. Et dicit quod divinum bonum est causa circularis motus duorum luminarum, id est solis & lunae, quae vocat sacra scriptura magna. Gen. 1. secundum quod motus singulares refertur ab eisdem signis ad eadem. Et secundum haec luminaria distinguuntur a nobis dies & noctes, & mensurantur anni, & menses determinant, id est distinguunt & numerant, id est, mensurant & ordinant secundum prius & posterius, & continent secundum certam illuminationem, & circulos & motiones temporis & omnium quae moventur in tempore. Dicit autem circulos temporis, secundum quod de mane redeunt ad mane, & de vere ad vere. Manifestum est autem, quod per distinctionem annorum & mensium & dierum & motuum distinguimus ea quae aguntur in uno tempore ab his quae aguntur in alio, & per eadem etiam scimus quantitatem temporis & actionis, secundum quod pluribus aut paucioribus diebus, mensibus & annis durat. Scitur etiam quod prius vel posterius agatur, ex hoc quod illo die, mense, vel anno est actum. Principium etiam, & terminationem uniuscuiusque durationis & actionis secundum certum diem, & mensem, & annum distinguunt, & per hoc dicuntur continere omnia quae aguntur in tpe.

LECTIO III.

De nomine luminis.

Vid dicat quidem aliquis de ipso secundum se solari radio. Ex bono enim est illud lumen, & imago bonitatis, propter quod & luminis nominatione laudatur bonum, sicut in imagine archetypum manifestatum. Sicut enim super omnia existentis bonitas divinitatis a supremis & provecissimis substantiis usque ad ultimas transistit, & adhuc super omnes est, neque superioribus pertingentibus ad ipsius excessum, neque inferioribus abitu transiuntibus. Sed & illuminat illuminari valentia omnia, & creat, & vivificat, & continet, & perficit, & mensura est existentium, & aequum, & numerus, & ordo, & ambitus, & causa, & finis. Ita quidem, & divinae bonitatis manifesta imago, magnus iste, & totus splendens & superlucens Sol, secundum multam resonantiam boni, & omnia quaecumque partit

LECTIO III.

Vid dicat quidem aliquis de ipso &c. Postquam profectus est ea quae pertinent ad nomen boni, hic prosequitur ea quae pertinent ad nomen luminis. Et primo ostendit quomodo nomen luminis splaris metaphorice deo attribuitur. Secundo quomodo attribuitur ei intelligibile lumen, ibi. Sed haec quidem &c. Circa primum tria facit. Primo

Primo ostendit quod nomen solaris luminis, Deo attribuitur ratione similitudinis. Secundo manifestat similitudinem, ibi. Sic enim super omnia ex...

est locus. Locus quidem mensurat ambiendo corpus localiter. Et hunc etiam Deo attribuitur qui immediate omnia ambit. Non solum autem habet ad res productas habitudinem mensuræ, sed etiam habitudinem causæ agentis, & finis, & ideo subiungit, & causa, & finis. Deinde cum dicit, Ita quidem, & diuine bonitatis manifestata imago &c. ostendit quomodo inueniat similitudo Dei, quantum ad præmissa. Et primo quantum ad vniuersalitatem causandi. Et dicit quod sicut prædicta conueniunt diuine bonitati, ita sol iste sensibilis, qui est maximus, transcendens omnia corpora celestia secundum quæritatem, & totus splendens non habens aliquas nebulas sicut luna, & superlucens ad differentiam lune, cuius lumen augetur & minuitur, & quandoque deficit. Et quod aliquando eclipsari videtur, non est propter defectum luminis in ipso, sed quando lumen eius ad nos non peruenit propter interpositionem lune. Ille inquam sol itaquam manifesta imago diuine bonitatis, secundum multam resonantiam ad diuinam bonitatem, & illuminat quemque possumus participare lumine eius, & tamen lumen eius, & est superextensum, & dicitur nihil potest peruenire ad aequalitatem luminis eius, & extendit splendores radiorum suorum ad totum istum corporeum, & visibilem mundum tam sursum quam deorsum, quia non solum ista inferiora, sed etiam superiora corpora celestia illuminantur ab ipso, & sic est saliquid quod non participat lumine eius, hoc non est propter debilitatem vel paruitatem illuminationis virtutis in ipso, sicut est in candelâ, quæ propter paruitatem, vel debilitatem sui luminis vsque ad modicum spacium illuminat. Sed quod aliqua a sole non illuminantur, sed propter defectum eorum quæ non possunt extendere, sed ad participandum lumen solis, propter hoc quod non sunt oportuna vel apta ad accipiendum lumen. Sed tamen solaris radius multa talia corpora illuminari non valentia prætermittens, illuminat sequentia, sicut prætermittens nubem aliquam illuminat quæ sub nube sunt. Et breuiter inhiat est visibilium ad quod non pertingit, sicut causalitas secundum extendentem magnitudinem sui proprii splendoris. Secundo cum dicit, Sed & generationem visibilium corporum confert, ostendit similitudinem quantum ad effectus quos Deus facit in omnibus rebus. Dicitur enim, quod diuina bonitas dat esse omnibus rebus per creationem. Sed in hoc aliquam similitudinem eius habet sol, qui dat esse per generationem. Conferunt enim ad generationem visibilium corporum sicut quoddam vniuersale agens & causa non vnita. Dicitur etiam quod Deus viuificat res, & in hoc assimilatur ei sol quod mouet inferiora corpora ad vitam. Manifestum est enim, quod ex radiis solis viuencia generantur non solum quæ generantur sine semine, sed etiam in his quæ ex semine generantur, virtus solis operatur. Auget etiam quædam quæ ad vitam pertinent, sicut, nutrimentum & augmentum, quæ ex virtute solaris luminis causantur, sicut & cæteri motus corporales, perficit etiam corpora subtilia solaris radius, in quantum eius virtute ad statum perfectum perducuntur, & etiam si qua per elongationem solis corruptionem aliquam & vetustatem incurrunt, solis appropinquante purgantur & renouantur, sicut arbores & omnes plantæ in vere pullulant & cresunt. Tertio, ibi, & mensura &c. quantum ad rationem mensuræ ostendit similitudinem. Et dicit, quod sol est mensura & numerus horarum, & dierum, totius nostri temporis, quod maxime mensuratur, & numeratur per motum solis. Et ne aliquis ferat instantiam de tribus primis diebus qui leguntur Gen. 1. ante quartum diem qui factus dicitur esse sol, subiungit quod Moyse dixit quod primo die Deus dixit, Fiat lux, & facta est lux, & diuisit lucem a tenebris, & tenebras vocauit noctem, & lucem diem, illa lux fuit lux solis, quæ tamen fuit primo creata, sed postea fuit formata, & perfecta quarto die quando factus

factus legitur sol, & sic radius solaris determinauit & distinxit, & primos tres dies & nostri temporis dies. Deinde cum dicit, Et sic omnia ad seipsum &c. exponit præmissam similitudinem quantum ad ordinem rerum in diuinam bonitatem. Et primo ponit id quod pertinet ad diuinam bonitatem. Secundo ostendit huius similitudinem in sole. ibi. Secundo eandem tria facit. Primo ostendit ex qua causa contingat quod omnia ordinentur in Deum sicut in finem. Secundo ostendit ex qua ratio ordinis. ibi. sicut ex causa perfecta deducta, & in quo omnia &c. Tertio modum ordinis. ibi. Et quod desiderant omnia &c. Causam autem huius ordinis assignat dicens, quod diuina bonitas omnia conuertit ad seipsum. Hoc enim ipsum quod res ordinantur in Deum ab ipso habent, sunt res quas dispersæ, & segregatæ secundum ad diuersos fines proprios ordinantur, sed inquantum communiter ordinem ad vltimum finem sic congregantur. Diuina igitur bonitas in quantum omnia ad seipsam conuertit est principia & congregatiua omnium dispersorum, sicut quædam deitas principaliter viuificans. Deinde cum dicit, Et sic omnia ad seipsum &c. assignat rationem ordinis. In quantum enim omnia conuertuntur in ipsum, in quantum omnia desiderant ipsum tripliciter ratione, scilicet, ut principium ad adiuuandum, & ut continentiam, & ut finem. Illa est triplex ratio desiderii. Desideramus enim Deum ut principium, quia ex eo provenit nobis bonum, & ut continentiam, quia ex eo conseruatur nobis bonum, & ut finem, quem adipisci intendimus. Et hæc tria manifestat. Quod enim sit principium patet ex hoc, quod sicut scriptura dicit, Omnia subsistant & sunt ex ipso deducta, ab eo sicut ex quadam causa perfecta. Et quod ipse sit continens omnia, & conseruans patet per hoc quod omnia in ipso consistunt custodita, ab exterioribus nocuis, & contenta per conseruationem propriæ virtutis, sicut in quadam sompniante plantatione. Sicut enim arbores conseruantur per hoc quod sunt in terra plantatæ, ita omnia conseruantur in hoc quod sunt firmata in omnipotentis Dei virtute. Quod etiam desiderant omnia diuinam bonitatem ut finem ostendit consequenter cum dicit quod ad ipsum conuertuntur omnia sicut singula ad proprios fines. Deinde cum dicit, Et quod desiderant omnia &c. ostendit modum ordinis, & dicit quod bonum diuinum desiderant intellectualia quidem, ut angelis, & rationalia, ut homines esse cognitiue. Hæc enim solum cognoscere possunt ipsum bonum quod est Deus. Sed sensibilia ipsum desiderant in quantum desiderant aliquod sensibile bonum, quod est similitudo summi boni. Sed plantæ sunt ex per se sensus desiderant bonum diuinum naturali motu vitalis desiderii, quia & ipsum bonum est quod naturali inclinatione tendit per opera vite in similitudinem aliquam summi boni. Ea vero quæ carent vita, ut inanimata corpora quæ sunt tantum existentia, desiderant bonum diuinum per aptitudinem ad participandum a Deo esse subsistentia, ut ipsa aptitudo eorum intelligatur esse desiderium. Deinde cum dicit, Secundo eadē &c. ostendit quomodo prædictorum similitudo in sole inueniatur. Et dicit quod sicut prædicta conueniunt diuine bonitati ita non principaliter, sed secundum rationem imaginis lumen solare congregat & conuertit ad se omnia. Ea enim quæ vident, desiderant lumen solis ad videndum, & ea quæ mouentur, & quæ illuminantur, & quæ calefiunt, desiderant lumen solis, ut ad hoc necessariū, & similiter quocumque modo aliqua continentur, id est dependent, vel causentur a fulgoribus solis, & ideo nominantur in greco ylios, scilicet, quia facit omnia corpora esse indestructibilia, & congregat dispersa, in quantum ea quæ sunt in seipsis separata, co-

muniter ipsum desiderant, aut ad hoc quod videant, aut ad hoc quod moueantur, aut ad hoc quod illuminentur, aut ad hoc quod calefiant, aut qualitercumque contineri a virtute luminis desiderant. Deinde cum dicit, Et non dico secundum antiquitatis rationem &c. remouet errorem. Et dicit quod prædicta non dixit secundum opinionem antiquorum qui dicebant, quod Deus erat sol, quod sol erat creator, totius vniuersi sensibilis, & quod gubernaret totum mundum sensibilem secundum quod insensibilia Dei manifestantur per ea quæ facta sunt, ut Apollonius dicit. TERTIO III. Ed hæc quæ dicitur in similitudine theologia, nunc autem intelligibile bonum luminis nominacionem laudare nos conuenit. Et dicendum quod lumen intelligibile bonum dicitur, propter hoc quod omnem quidem supercaulestem mentem implet intelligibili lumine, omnem autem ignorantiam, & errorem expellit ab omnibus, quibus ingignitur a animabus, & omnibus simul sanctam lumen tradit, & intellectuales ipsarum oculos mundat, a circumposita ipsis fecit ex ignorantia, & mouet & aperit multa grauiter tenebrarum conclusos. Et tradit prius quidem mensuratam claritatem, postea illis sicut gustantibus lumen, & magis definitionem, sensibilis luminis de Deo, & de similitudine eius ad ipsum dicta sunt in libro de Symbolo theologia. Sed nunc oportet considerare quomodo laudat bonum diuinum nomine intelligibilis luminis. Non enim est intentio huius libri tractare de nominibus sensibilium translatis in Deum, sed de nominibus intelligibilibus. Deinde cum dicit, Et dicendum &c. profertur in tentum, scilicet de intelligibili lumine, quod signat in Deo causalitatem intelligibilis luminis. Vnde circa hoc tria facit. Primo tangit de causalitate luminis. Secundo ostendit quomodo Deus se habeat ad ea in quibus lumen causatur. ibi. Igitur lumen intelligibile &c. Tertio ostendit quis est finis diffusionis huius luminis, ibi. Et intellectualia & rationalia &c. Circa primum duo facit. Primo tangit de causalitate intelligibilis luminis in angelis. Secundo in animalibus rationalibus. ibi. Omnes autem igno. &c. Dicit ergo primo quod Deus qui est per essentiam suam bonus nominatur in intelligibile lumine. Ioan. 8. Ego sum lux mundi, propter hoc quidem quod in omnem suum mentem, id est angelicam & intelligibili lumine quod nihil est aliud quam cognitio veritatis. In hoc autem quod dicit, implet, designat perfectam veritatis cognitionem angelis a Deo daram. Deinde cum dicit, Omnes autem ignorantiam ostendit causalitatem luminis animabus. Et primo ponit duo quæ faciunt diuinum lumen in animalibus. Secundo assignat modum vtriusque. ibi. Et intel. ipsarum &c. Duo autem quæ faciunt diuinum lumen in animalibus, primum est quod ab omnibus animalibus quibus innascitur expellit omnem ignorantiam & errorem. Ignorantia pertinet ad remotionem veritatis, sed error ad inhaesionem falsitatis. Dicit autem ingignitur ut aludat ei quod dicitur, 1. Pe. 1. Donec dies illuceat & lucifer orientur in cordibus vestris, vnde patet quod hoc de angelis non dicitur in quibus ignorantia & error loci non habet, licet in eis sit aliquorū nescientia a qua purgatur, ut dixit Dionysius 6. c. c. hierarchie. Non enim omnis nescientia purgatur, sed nescientia eorum ad quæ quis natus est & debet scire. Secundum est quod facit sanctum lumen. Et nota quod dicit, sanctum lumen, cum quia a Deo immittitur, tum quia ad Deum cognoscendum nos ordinat. Et notandum quod non fuit vsus verbo implecionis, sed simplicis traditionis, ad ostendendum quod cognitio veritatis est imperfecta in animalibus in comparatione ad illam plenitudinem quam angeli a Deo possident. Deinde cum dicit, Et intellectualia ipsarum oculos &c. exponit modum vtriusque. Et primo primum. Secundo considerandum est quod corporalis tenebra tria facit in corporibus.

LECTIO III.

De lumine, quomodo lumen intelligibile attribuitur Deo.

Ed hæc quidem in similitudine theologia, nunc autem intelligibile bonum luminis nominacionem laudare nos conuenit.

TERTIO III.

Ed hæc quæ dicitur in similitudine theologia, nunc autem intelligibile bonum luminis nominacionem laudare nos conuenit.

bus. Primo enim reddit ea squalida & sordida, ex eo quod non studiose purgantur...

derantibus, magis seipsum immitit, & abundanter superfulget, quoniam dilexerit multum. Et semper extendit ipsas ad anteriora secundum ipsarum ad respectum proportionem. Igitur lumen intelligibile dicitur quod est super omne lumen bonum...

circum mundanam, quantum ad ministrantes quorum ministerio mundus iste gubernatur, & mundanam, quantum ad animas. Et non solum a principio illuminant mentes...

LECTIO III V.

De pulchro diuino, & qualiter attribuitur Deo



Quod bonum laudatur a cunctis Theologis, & sicut pulchrum, & sicut dilectio, & sicut diligibile, & quocumque aliter conuenientes sunt pulchritudinis notiones. Pulchrum autem, & pulchritudo non sunt diuidenda in causa quae in vno tota comprehendit...

quia non acquirit cognitionem virtutis, vel virtute docendi ab aliquo, sed omnes ab ipso. Et hoc competit in quantum est principalis lucens, ut principium luminis, & in quantum est super omnia lucens. Deinde cum dicit, & intel. & rationalia &c. ostendit finem, & fructum casualitatis luminis. Et dicit quod per illuminationem congregat omnia intellectualia...

LECTIO V.



Quod bonum laudatur a cunctis Theologis & sicut pulchrum. Postquam Dionysius tractauit de lumine, nunc agit de pulchro. Ad cuius intellectum praerogitur lumen. Et circa hoc duo facit. Primo praerogitur quod pulchrum attribuitur Deo. Secundo ostendit modum quo ei attribuitur. Pulchrum autem & pulchritudo &c. Dicit ergo primo, quod hoc

quod hoc super substantiale bonum quod Deus laudatur a sanctis theologis in sacra scriptura sicut pulchrum Cant. 1. Ecce tu pulcher es dilecte mi. & sicut pulchritudo, psal. Confessio, & pulchritudo in conspectu eius, & sicut dilectio, 1. Ioannis. 4. Deus charitas est, & sicut diligibile, ut in auctoritate canticorum indueta, & quocumque aliter sunt conuenientes Dei nomina...

pulchritudinem, & sicut vniformitatem consonantiae & claritatis causa, & similitudinem luminis cum fulgore immittens vniversis pulchritudinis fontibus radii ipsius traditiones, & sicut oia ad seipsum vocans. Vnde & callos dicitur, & sicut tota in totis congregans. Pulchrum autem sicut pulcherrimum simul & superpulchrum, & superexistens secundum eadem & similitudinem pulchrum, & neque factum, neque destructum, neque auctum, neque minoratum neque in aliqua parte quidem pulchrum, in aliqua autem turpe, neque aliquando quidem, aliquando autem non, neque ad hoc quidem pulchrum, ad aliud autem turpe, neque hic quidem, illic autem non, sicut quibusdam quidem existens pulchrum, quibusdam autem non pulchrum, sed sicut ipsum secundum seipsum, cum seipso vniforme & semper existens pulchrum, & sicut omnis pulchri fontanam & pulchritudine excederet in seipso praehabens. Etenim simplici & super-

per substantiale bonum quod Deus laudatur a sanctis theologis in sacra scriptura sicut pulchrum Cant. 1. Ecce tu pulcher es dilecte mi. & sicut pulchritudo, psal. Confessio, & pulchritudo in conspectu eius, & sicut dilectio, 1. Ioannis. 4. Deus charitas est, & sicut diligibile, ut in auctoritate canticorum indueta, & quocumque aliter sunt conuenientes Dei nomina...

sed excellentiori. Et licet iste duplex excessus in rebus causatis non simul conueniat, tamen in Deo simul dicitur, & quod est pulcherrimum, & super pulcher, non quod sit in genere, sed quod ei attribuitur omnia quae sunt cuiuscumque generis. Deinde cum dicit, Et superexistens, exponit quod dixerat. Et primo exponit quare Deus dicitur pulcherrimus. Secundo quare dicitur superpulcher, ibi. Et sicut omnis pulchri fontanam &c. Sicut enim aliquid dicitur albus, quia est nigro impermixtum, ita dicitur aliquid pulchrius per remotionem a defectu pulchritudinis. Est autem duplex defectus pulchritudinis in creaturis. Vnus quod quaedam sunt quae habent pulchritudinem variabilem, sicut de rebus corruptibilibus apparet. Et hunc defectum primo excludit a Deo, dicens quod Deus semper est pulcher secundum idem, & eodem modo. Et sic excluditur alteratio pulchritudinis. Et iterum non est in eo generatio, aut corruptio pulchritudinis, neque litura, neque augmentum, neque diminutio sicut in rebus corporalibus apparet. Secundus autem defectus pulchritudinis est quod omnes creaturae habent aliquo modo particularem pulchritudinem sicut & particularem naturam. Hunc defectum excludit a Deo quantum ad omnem modum participationis. Et dicit quod Deus non est in aliqua parte pulcher & in alia turpis, sicut in rebus particularibus contingit quandoque, neque etiam est in aliquo tempore, & in aliquo non, sicut contingit in his quorum pulchritudo cadit sub tempore, neque iterum est pulcher quantum ad vnum, & non quantum ad aliud, sicut contingit in omnibus quae sunt ordinata ad vnum determinatum usum vel finem. Si enim applicentur ad aliud, non seruantur consonantia, vnde nec pulchritudo. Neque iterum est in aliquo loco pulcher, & in alio non pulcher. Quod quidem in aliquibus contingit propter hoc quod quibusdam videntur pulchra, & quibusdam non videntur pulchra. Sed Deus quo ad omnes, & simpliciter pulcher est. Et omnium praerogitur rationem cum subdit, quod ipse est pulcher secundum seipsum, per quod excluditur quod non est pulcher secundum vnam partem tantum, neque in aliquo tempore tantum, neque in aliquo loco tantum. Quod enim alicui secundum se & primo conuenit, conuenit & toti & semper & vbique. Iterum: Deus est pulcher in seipso, non per respectum ad aliquod determinatum, & ideo non potest dici quod ad aliquod sit pulchrum, & ad aliud non pulchrum, & neque quibusdam pulcher, & quibusdam non pulcher. Iterum est semper

INDIONYSIVM

natur diuinis cognitionibus fm suam proprietatem, no quidem in intellectu...

pio & interminabile. Oblique aut aia mouet inquantu secundu proprietate sua diuinis illuminat...

LECTIO VIII.

Conclusio causalitatis & pulchri & boni.



igitur istarum & sensibilibus trium motionum in hoc ois & multo prius vniformis...

LECTIO VIII.



igitur istarum & sensibilibus trium motionum in hoc ois & multo prius vniformis...

bono fm diuersos modos causandi qui attribuunt pulchro & bono, ibi. & similiter ex existens, &c. Circa primum primo ponit sub...

armoniz, & per quandam similitudinem proportiones conuenientes quarumque reru, armoniz dicunt. Vn subdit & armoniz...

Quarto exterius factu. Teru sic factioe distinguit. In corporibus enim est actio p contactu...

& bono, & omnia no existentia super substantialiter in pulchro & bono, & omniu principiu...

LECTIO IX.

De ipso amore.



Mnibus igitur est pulchrum & bonu desiderabile & diligibile & pp ipsum & ipsius gratia...

no aut mouet res pp alique sine extraneis, sed ipse sui ipseus, inquantu ad sua intentionem...

LECTIO IX.



Mnibus igitur est pulchrum & bonu desiderabile & diligibile & pp ipsum & ipsius gratia...

ostendit qd sit obiectu amoris. Secundo quo singulis inest amor respice singulari...

germine in seipso manere. Mouit aut ipsum ad operandum secundum omnium generatum...

aut est totali presens ei, & sic causatur in eo delectatio vel gaudiu de amato...

Quarto

vel

vel inquantum fuerit amor eius humor. Omne autem quod est per accidens, reditur ad id quod est per se. Sic igitur hoc ipsum quod amamus, ut eo alicui bene sit, includitur in amore illius quod amamus ut ei bene sit. Non est enim alicui aliquid diuidentium per id quod est per accidens, sed per id quod est per se. Et ideo oportet quidem diuidentem amorem accipere sicut ea quae sic amamus, ut eis velimus bonum. Et quia vnumquodque amamus inquantum est bonum nostrum, oportet tot modis variari amorem, quot modis contingit aliquid esse bonum alicuius. Quod quidem contingit quadrupliciter. Vno modo scilicet quod aliquid est bonum simpliciter, & sic aliquid amat seipsum. Alio modo scilicet quod aliquid per quandam similitudinem est quasi vnum alicui, & sic aliquid amat id quod est sibi aequaliter coordinatum in aliquo ordine, sicut homo amat hominem alium eiusdem speciei, & sicut eius amat conueniunt, & sicut consanguineus consanguineum. Alio modo aliquid est bonum alterius qui est aliquid eius, sicut manus est aliquid hominis, & vniuersaliter pars est aliquid totius. Alio vero modo scilicet quod eorum totum est bonum partis. Non enim est pars perfecta nisi in toto. Vnde naturaliter pars amat totum, & ex ponitur pars sponte profertur totius. Quod non est superius in entibus, comparat ad inferius sicut totum ad partem, inquantum superius perfecte & totaliter habet quod ab inferiori imperfecte & particulariter habetur, & inquantum supra se continet in se inferiora multa. Vnde Dionysius hic quatuor modos amoris ponit. Et prius est secundum quod inferior amatur suum superius, et hoc est quod dicitur, quod propter bonum & pulchrum & ipsius gratiam in inferioribus, inferiora amant meliora, id est, superiora, & dicitur, quod in eis habet suam perfectionem. Secundo ponit modum quo aequalia amant aequalia, & dicitur quod ea que sunt vni ordinis coordinata, & aequalia coordinata, inquantum communicant eis eis vel in specie vel in quocumque ordine. Tertio ponit modum quo superiora amant inferiora, & dicitur quod meliora, id est, superiora amant inferiora, & dicitur, quod inquantum prouident eis ut sub se contentis. Quarto ponit modum quo aliqua amant seipsa, & dicitur, quod inquantum seipsa continentur. Deinde cum dicitur, Et omnia pulchrum &c. ostendit quid facit amor in amante, quia enim amor est communis radix appetitus, oportet quod omnis operatio appetitus ex amore causatur, ut dictum est. Et quia omnis operatio vniuersalisque rei ex appetitu causatur, sequitur quod omnis actio cuiuscumque rei ex amore causatur. Et hoc est quod dicitur, quod omnia ex desiderio pulchri & boni faciunt & volunt quaeunque faciunt & volunt. Et sunt hic desiderium pro amore, quia est esse eius, ut dictum est. Deinde cum dicitur, Confidit autem & hoc, &c. ostendit quomodo Deus amat. Et dicitur quod confidenter dicere possumus quod Deus qui est summum causa, propter excessum suae bonitatis omnia perficit, impletque & ex amore perficit omnia dans eis esse, & omnia perficit impletque singula propriis perfectionibus, & omnia continent, conservando ea in esse, & cum ea conuertit, id est, in se ordinat sicut in finem, & sic dicitur, amor diuinus est bonus, & est bonum, id est, Dei quae si amantis, & est propter bonum sicut propter obiectum. Deus enim nihil amat nisi propter suam bonitatem. Et ad exponendum hoc quod dicitur, subdit, quod amor quo Deus amat existentia, est operatio bonitatis in ipsis. Et propter hoc dicit ipsum bonum quia eiusaliter praexistit in bono, id est, Deo secundum excessum, sicut omnia ad perfectionem pertinentia quae sunt in creaturis, excellentius sunt in Deo. Et non dixerat diuini amor esse bonum. Hic inquam amor diuinus, non permittit manere ipsum in seipso sine germine, sine

productione creaturarum, sed amor mouet ipsum ad operandum in excellentissimum modum operationis inquantum produxit oia in esse. Ex amore enim bonitatis suae procedit, quia bonitatem suam vult diffundere & communicare aliis, sicut quod fuit possibile, per modum similitudinis, & quod eius bonitas non tam in ipso maneret, sed ad alia esset. Et non aliquid nos opinetur, &c. Hic excludit quaedam obiecta, & dicitur, Postquam enim alicui videri quod nomen amoris semper naturalem passionem significaret, & ideo non esset eo videntem in diuinis. Hinc autem obiectum primo quidem excludit per rationem. Secundo per auctoritates, ibi, Sed non ut ista dicitur, videatur, &c. Circa primum duo facit. Primo dicit obiectum esse irrationabilem. Secundo adhibet rationem, ibi, Oportet videre rectam rationem, &c. Dicit ergo primo, quod nullus debet opinari quod nos commendamus in Deo nomen amoris propter consuetudinem & consuetudinem litterarum scripturarum. Irrationabile enim est & primum licet arbitror, quod hoc non attendat ad veritatem intentionis, sed ad id quod aliqui in ecclesia significare per nomen, sed ad ipsas dictiones, & hoc non pertinet ad eos qui volunt intelligere diuina, sed ad eos qui per se ipsos sonos leuiter, non ponderando significationes eorum, & qui de continent sonos, extra cantum, sicut videtur ad aurem, ita quod non videntur vltra visum ad intellectum, qui non volunt videre, quid talis dictionis significet, & quomodo contingit vnam dictionem exponere per alias dictiones manifestiores idem significantes. Sed tales patiuntur aliquid ab ipsis elementis, id est, litteris, syllabis, & lineis, id est, figuris scriptis sensibilibus, & non intelligibilibus, quia ipsi soni dictionum non transeunt visum ad intelligibilem partem animae, sed morantur circa labia loquentium, & circa auribus audientium, sicut non sit possibile quod quaternarius numerus significetur per bis duo, aut hoc quod dico rectilineum significet per habes rectas lineas, aut materiam solum significet per patet. Et simile est de quibuscunque aliis, in quibus contingit vnam intentionem significari diuersis partibus orationis. Illi autem dicant compati litteris & dictionibus vocabulis & non intellectualibus, qui accipiunt aliquos dictiones, quia accipiunt ad ipsas voces, & non attendunt ad sensum eorum. Deinde cum dicitur, Oportet videre sicut rectam rationem, assignat rationem praemissorum. Et primo quod non oportet attendere ad voces quae constunt de sensibus. Secundo quod videntur sit vocibus planioribus, ibi, Quae autem mens, &c. Dicit ergo primo quod oportet videre sicut rectam rationem quae elementis, scilicet licet vocibus & syllabis & dictionibus & lineis & scripturis orationis scriptis vel dictis videntur per sensum ipsos, per auditum & visum. Sed quia anima nostra mouet intelligibile operatione ad intelligibilem partem, tunc sensus exteriorum sensibilibus superfluum, quia sensibilia sunt praebula ad intelligibilia, quando autem peruenimus ad terminum, recedimus a via, & ita quando iam constat de intentione intellecta per voces, cessat officium vocum quibus significatur. Et ideo de hoc non est discipendum. Et ponit exemplum de hoc quod intelligibiles virtutes nostrae naturalis rationis etiam superfluum, quando anima nostra Deo conformata immittit se rebus diuinis, non immisione oculorum corporaliu, sed immisione fidei, scilicet per hoc quod diuinum lumen ignotum & inaccessibile seipsum nobis vnit & communicat. Dum enim consideramus ea quae fidei sunt, non diiudicamus ea per rationem naturalem, & similiter cum volumus aliquid intelligere, non oportet hoc diiudicare per voces. Deinde cum dicitur, Quando autem mens, &c. ostendit quod vocibus manifestioribus est magis videntem. Et dicit quod quando mens nostra studet moueri ad contemplationem intellectuam per sensibilia, tunc sunt praeciosiores, id est, vtiliores

res, & sensibiles species manifestius portant vel deferunt intellectuales intentiones ut planiores orationes manifestiora visibilia. Sed quia ea quae non sunt manifesta in sensibus representantur sensibus, tunc nec ipsi sensus possunt bene representare sensibilia mentis, ita, sicut ex ipsis sensibilibus intelligibilia capiuntur. Et ideo quia nomen dilectionis, est & communius est quod nomen amoris planius magis eo videntem ad intellectualem intentionem significandam. Deinde cum dicitur, Sed ut non ista, &c. tria facit. Primo ostendit quomodo nomine amoris sacra scriptura vtitur in diuinis rebus. Secundo quomodo quidam reputant, conuenientius vti nomine amoris quod nomine dilectionis, ibi, Quamuis vti istum fuit, &c. Tertio ostendit quod indifferenter vtroque videntem, ibi, Ab audientibus autem, &c. Dicit ergo primo quod non videatur praedictas volens inducere tamquam volens percurrere sacras scripturas, contra istos qui nomen amoris in diuinis acculant, inducit has auctoritates. Ama ea & seruabit te, sicut aliam translationem. Nostra autem translatio habet Proverbia. Dilige illam, id est, sapientiam, & seruabit te. Arripe illam & exaltabit te, & glorificaberis ab ea cum ea fueris amplexatus. Et multa alia dicuntur ad laudem amoris in scripturis, ut patet in amatoriis Theologis, id est, Canticis canticorum. Deinde cum dicitur, Quaeuis visum fuit, &c. ostendit quod quidam magis videntem hoc nomine amoris in diuinis consueverunt. Et circa hoc tria facit. Primo ponit sententiam aliorum. Secundo ostendit quid sibi super hoc vti ibi, Mihi enim videtur, &c. Tertio assignat rationem sententiae aliorum, ibi, Propter hoc autem, &c. Dicit ergo primo quod quibusdam doctorum qui sanctos sermones tractauerunt, licet Canonicae scripturas non conderent visum esse quod nomen amoris conuenientius esset rebus diuinis quod nomine dilectionis. Vnde Ignatius martyr scribit de Christo dicens, Meus amor, id est, Christus, in quo totus meus amor est, crucifixus est. Philo dicit in libro quem fecit introducentem ad sacra eloquia, de diuina sapientia. Amator factus sum pulchritudinis eius. Sapientia, sicut patet quod liber sapientiae non dum habebatur inter Canonicas scripturas. Vnde concluditur quod non debemus timere vti nomine amoris, nec ab hoc debet nos renouare aliqua obiectum super hoc dubitatione ingere nos intendens. Deinde cum dicitur, Mihi enim videtur, &c. ostendit quid sibi super hoc videatur. Et dicit quod sibi vti quod conditores sacrae scripturae conuertit & indifferenter videntem nomen dilectionis & amoris. Deinde cum dicitur, Propter hoc autem, &c. assignat rationem quare quidam in diuinis magis dicunt videntem nomine amoris. Et dicit quod propter hoc vti quod nomen amoris apponatur rebus diuinis, ut excludatur acceptio illorum qui inconuenienter nomine amoris videntem, quia cum in Deo, vti ipsum decet, laudatur verus amor non solum a nobis qui sacras scripturas exponimus, sed ab his scripturis, multitudines hominum insipientium qui non possunt capere vniuersaliter quam signat nomen amoris diuini, prolapse sunt in suam consuetudinem ad amorem qui inuenitur in rebus corporalibus, qui est dissimilis & diuisus, quia talis amor non inuenitur in vno totum quod est sufficiens, & ideo diuiditur per diuersa, & si per aliquod tempus sibi satisfaciat in vno, tamen in hoc non durat, sed natus est querere in diuersis quod sibi placet. Et hoc contingit rebus corporalibus, quia sunt dissimilia & diuisa. Hic autem amor non est verus amor, sicut nec bonum diuisum, cum diuisibile non sit verum & perfectum bonum, sed bonum indiuisibile, quod est maxime vnum, bonum enim & vnum in idem concurrunt, ut Boetius probat in libro de Consolatione. Hic autem amor corporalis est quodammodo dissimilis, & similitudo veri amoris, vel magis quidam defectus sive casus a vero amore. Ideo autem prolatur multi-

Ed neque in angelis est malum. Si enim enunciat bonitatem diuinam &c. Postquam Dionysius ostendit quod in Deo non est malum, incipit ostendere quod in creaturis malum non sit aliquid. Et primo ostendit de angelis bonum quod in eis nullo modo sit malum. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit veritatem. Secundo excludit obiectionem, ibi. Sed eo quod puniunt &c. Circa primum duo facit. Primo ponit expositionem angelici nominis. Secundo ex illa expositione accipit diffinitionem angeli, ibi. Speculum purum &c. Circa primum sciendum est, quod angelus nuncius interpretatur. Dicitur ergo diuinae bonitatis conformationis annunciarum bonitatem, in quantum in angelis secundario per participationem existit quod primo enunciatum de Deo, non secundum participationem, sed secundum causam, sicut si dicerem quod aer illuminatus annunciat claritatem Solis, in quantum secundario & participatiue est in aere, & primo & causaliter est in sole. Et quia illud quod participatiue & secundario habet aliquid est imago eius quod primo & causaliter habet illud, & actus imaginis est vt manifestet illud cuius est imago, consequenter concludit notificationem quandam boni angeli, manifestationem diuini luminis quod est nobis occultum propter sui excellentiam & simpliciteratem. Hanc autem notificationem manifestat consequenter. Et primo manifestat quomodo angelus sit imago Dei. Secundo quomodo sit manifestatio occultis luminis, ibi. Et munde resplendere facit &c. Quod autem angelus sit imago Dei manifestat per quoddam sensibile exemplum. Videntur enim sensibiliter quod in speculo representatur imago videntis. Est autem in speculo duo considerare. Primum quidem substantiam ipsius speculi. Vnde per quandam similitudinem angelum secundum suam naturam vocat speculum. Requiritur autem in speculo quaedam oportunitas ad recipiendum imaginem alicuius rei, quae quidem oportunitas inuenitur in angelo qui quidem dicitur speculum purum, propter simplicitatem & immaterialitatem suae naturae, clarissimum, autem propter perfectissimam participationem intellectus luminis, & incontaminatum, autem in quantum nihil est in angelo repugnans rectitudini eius quae ad sanctitatem pertinet. Nam proprie sancta contaminantur dicuntur. Dicitur autem incoquinatum, in quantum nihil est in angelo repugnans puritati naturae, & immaculatum, in quantum nihil est in eo repugnans claritati intellectus. Sic autem deici-

pta oportunitate istius speculi, exponit receptionem similitudinis secundum quam imago dicitur. Et dicit quod suscipit totam pulchritudinem boniformis deitatis, id est, similitudinis ad Dei bonitatem comparatam, quia si optime disposita est natura angeli, oportet quod perfecte suscipiat dictam similitudinem. Sed considerandum est quod non dicit quod suscipiat totam pulchritudinem deitatis, sed deiformitatis, quia impossibile est quod in aliquo creato speculo recipiatur tota pulchritudo Dei, sed in aliquo creato speculo per sui puritatem & claritatem recipitur perfecte tota pulchritudo quae est possibilis esse in creatura per assimilatiorem ad Deum. Et quia deiformitas creaturae semper est ex parte & non tota, propter hoc temperat, addens, si est conueniens dicere. Ostendit igitur quomodo angelus sit imago, ostendit consequenter quomodo manifestat diuinum bonum. Et dicit quod ex hoc ipso quod perfecte recipit diuinam pulchritudinis similitudinem, sit hoc consequenter quod in ipso resplendet quodammodo, sicut est possibile creaturae, bonitas & silentii quod est in abditis, id est, occultis Dei qui exprimi non potest propter hoc quod occultus est in intellectu creato. Dicit autem faciens, non actiue, sed dispositiue,

LECTIO XIX.

Neque demones sunt natura mali.



Ed neque demones sunt natura mali. Etenim si natura mali, neque ex bono, neque in existentibus, neque quidem ex bono transmutati essent, natura & semper mali existentes, postea igitur sibiipsis quidem, & corruptum seipsum. Si autem aliis, quomodo corruptentes substantiam, aut virtutem aut operationem? Si substantiam quidem, prius quidem, non praeter naturam. Nam natura incorruptibilia non corruptionis. Postea neque hoc omni & omnino malum. Sed neque corrumpitur aliquid existentium secundum quod

sicut si dicerem quod speculum facit in seipso resplendere imaginem alicuius corporis, ex hoc ipso quod est dispositum ad recipiendum eius similitudinem. Quia igitur angelus est tam perfecta imago diuinae bonitatis, diuina autem bonitas, nullum malum comparatur, sequitur quod neque in angelis sit malum. Deinde cum dicitur. Sed eo quod puniunt &c. excludit obiectionem. Et primo ponit eam. Possent enim aliqui dicere quod eo ipso quod angeli puniunt peccatores, sunt mali. Et quod puniunt peccatores expressit habetur. Matth. 12. Qui eieciunt de regno omnia scandala. Est ergo quaestio, an eo quod puniunt sint mali. Secundo ostendit quod non propter hoc possunt dici mali, quia secundum eandem rationem etiam illi qui castigant malos, puniunt eos, essent mali, sicut iudices & magistri. Et similiter sequeretur quod aliqui sacerdotum qui excludunt immundum, id est, peccatorem a diuinis mysterijs excommunicando eum, essent mali. Quod est contra apostolum qui hoc precipit. 1. Cor. 5. Sed quia multiplicare inconueniens non est soluere, ideo tertio soluit omnia praemissa. Et dicit quod punire non est malum simpliciter & secundum se, sed est secundum se bonum, cum sit iustum. Sed est malum secundum quid, in quantum prius aliquod bonum alicuius. Sed fieri peccatorem hoc est simpliciter malum, & ideo ille qui puniunt peccatorem non est malus, sed est malus ille qui peccat. Eadem ratione non est secundum se malum excludi a sanctis secundum iustitiam, sed secundum se malum est quod inquinetur aliquis per peccatum, & discedat a sanctitate, & per hoc fiat non idoneus ad diuinam, quae sunt in se incontaminata. Et non peccat ille qui excommunicat, sed ille peccat qui facit aliquid, vnde sit excommunicatiōe dignus.

LECTIO XIX.



Ed neque demones sunt natura mali &c. Postquam Dionysius ostendit quod malum non est in angelis, hic ostendit quod non sit in demonibus. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit quod demones non sunt naturaliter mali. Secundo qualiter mali sunt, ibi. Quomodo a Deo facit &c. Circa primum ponit quatuor rationes. Quarum prima talis est. Ex bono non causatur aliquid naturaliter malum, sed omnia quae sunt in mundo sunt causata a Deo qui est ipsum primum bonum, inter



Se autem colligentem dicere Bonum ex una & rota causa est &c. Pertractatis principalibus questionibus quas supra mouerat de malo, san malū sit aliquid & unde sit

Vtrum malum ex bono causetur.



St autem colligentem dicere Bonum ex una & tota est causa, malū autem ex multis & particularibus defectibus. Vidit deus malum aut bonum, & apud ipsum causā malorū, virtutes sunt bonum facientes. Si autem malum æternum est, & creat. & potest, & est, & facit, unde ipsi hoc? Aut ex bono, aut bono ex malo, aut ambobus ex alia cā. Omne quod est secundū naturā, ex causā de terminata generatur. Sed malū est sine causā, & indiffinitū non est secundum naturam, neque enim in natura omnia, neque contra naturā, neque in artificialibus aut in arte ratio. Vtrū anima malorum est causa, quemadmodū ignis calefaciendi, & omnia quibus appropinquat malicia implet. Bona quidē est animæ natura, operationibus autem aliquādo quidem habet ita, aliquādo autem non ita. Si natura quidē & esse ipsius est malum, & unde ipse est essenisi ex creatiua toto

sanctur partim quod corpus quātum ad omnes partes est bene proportionatum. Sed ad hoc quod sit turpitudine uel ægritudo, sufficit quod debeat debita proportio in quacunque parte. Et ideo multipliciter contingit esse ægrum & turpe, sed uno modo esse sanum & pulchrum. Similiter ad ædum requiritur quod sit commensuratus secundum omnes debitas: reunitantias, quarum quæcunque tollatur, efficitur actus uiciofus. Et ideo Philosophus dicit in 2. Eth. quod bonum contingit uno modo, malum uero multipliciter. Deinde cum dicitur Vidit deus &c., ponit secundam considerationē, quæ talis est. Quicquid est in mundo siue bonum siue malum, sic est uisum a deo, omne autem uisum in quantum est uisum, est in uidente, & quia deo conuenit nobilissimus modus uidendi, qui est uide re aliquid per causam, manifestū est quod in deo qui uidet bona & mala, sunt causæ & bonorum & malorum. Causæ malorum quæ apud deum sunt, sunt ipse uirtutes quæ faciunt bonum. Eadem enim uirtus est quæ facit bonum in quantum est perfecta, & quæ facit malum in quantum est deficiens. Sicut patet de libero arbitrio quod est causa boni & mali, & uniuersaliter omne quod est causa mali est etiā causa alicuius boni. Deinde cum dicitur Si autem malum &c., ponit tertiam considerationem quæ est contra hoc quod malum non sit primum principium, quia si malum sit ab æterno non causatum, sed potius alia causans, & habeat potestatem aliqua faciendi & habeat existentiam, & habeat causalitatem dum aliqua facit, querendum remanet, unde hoc habeat. quandocunque enim aliquid unum conuenit multis, oportet quod illius unius sit una aliqua causa, non est enim causa multiplicior quā effectus, ut scilicet effectus sit unus & cause sint multe, si igitur æternitas & creatio & potentia & esse & facere communiter conueniant bono & malo, oportet quod hoc procedat ab una causa. Aut igitur malum hoc habet a bono, aut bonū a malo, aut ambo ex aliqua causa prior. Et quod horum uerius sit, posterius ostendetur. Deinde cum dicitur Omne quod est secundum naturam &c., manifestat tres præmissas considerationes. Et primo primā. Secundo secundam, ibi, Omnium & malorum &c. Tertio ibi, Sicut totaliter potest &c., ponit primam considerationem. scilicet quod malum non sit ex aliqua

causa determinata probat tribus rationibus. Quarum prima talis est. Videmus enim quod omne quod habet causam determinatam aut est a natura aut est ab arte. Omnino enim quod est secundum naturam generatur ex aliqua causa determinata. Et similiter quod est secundum artem. Sed malum non est secundum naturā neque secundum artem, quia omne quod est secundum naturā, est aliquo modo in natura, sicut effectus sūc in suis causis, neque est secundum artem, quia omne quod est secundum artem habet aliquam rationem in arte. Malū autē in rebus naturalibus est cōtra naturā esse, & in rebus artificialibus malum est etiam inartificialitū esse. Non autē potest dici quod id quod est cōtra naturam sit in natura, neque quod id eius quod est inartificialitū, sit in arte. Et ita malū non est a natura neque ab arte. Ex quo sequitur quod malum sit sine causa, & sic indeterminate, sicut non proueniens ex aliqua determinata causa. Secundam autem rationem ponit. ibi. Vtrū anima malorum est causa &c. Maxime enim uidetur quod anima per liberum arbitrium sit causa mali. Unde si anima nō sit per se causa mali, uidetur quod nihil aliud sit per se cā mali. Quærit ergo, utrum anima sit per se causa malorū, ita quod omnia

quibus adiungitur implet malicia, sicut ignis omnia quibus appropinquat calefacit, quia est per se causa calefaciendi. Et ad huius questionis solutionem proponit duo. Quorum primum est, quod natura animæ est bona. Secundum est, quod anima secundū suas operationes aliquando est bona, aliquando mala. Primum horum sic probat. Si enim detur quod natura animæ sit mala, & esse eius sit malum, hoc uidetur impossibile, quia anima nō habet suū esse nisi ex causa creatiua omniū, quam oportet esse bonum, quia producere pertinet ad rationem boni. Quæcunque autem sunt creatæ ex bona causā, sunt bona. Nullo modo igitur potest esse quod anima secundum suam substantiam & naturam sit mala. Si autem detur secundum membrum. scilicet quod anima sit mala propter suam operationem, hoc non est quasi operatio mala ex necessitate & intrinsecabiliter ab anima per se sit causa malæ operationis. Non enim possent in anima esse uirtutes & uirtuosi actus, nisi ipsa bono conformaretur. Sic igitur anima non est per se causa mali determinata. Unde relinquitur, quod malum sit magis ex quadam debilitate causæ & defectu boni. Tertiam rationem ponit ibi. Bonorū causa &c., quæ talis est. Causa bonorum est una, sed sicut bono malum est oppositum, ita & uni multitudine, ergo causæ mali sunt multe & in determinata. Non quidem quod mala efficiantur per aliquas rationes & uirtutes. Et dicit rationes & uirtutes quantum ad ea quæ sunt per naturam, sed causā malorum est totalis defectus, ratione qua dicitur impotentia uel debilitas potentia quæ dicitur infirmitas, uel etiam hoc quod aliquid dissimile adiungitur alteri absque debita commensuratione, sicut si calidum adiungitur frigido absque debita commensuratione, sequitur ægritudo. Quod autem aliqua immobiliter & eodem modo perferent, contingit ex fortitudine causæ imprimētis & cōseruantis. Quia igitur mala proueniunt ex subtractione potentia & debilitate ipsius, sequitur quod non sint immobilia, neque semper eodem modo se habentia, sed quod habeant infinitas uarietates & quod sint interminata, quia quod ex debilitate causæ prouenit, aliquid accidit sic, aliquando aliter, propter hoc quod causa debilis non potest cōseruare eundem ordinem in causando. Et quia sunt quedam debilitates,


debilitates, oportet quod portentur in alijs. i. sustententur, sicut priuationes in subiectis, & quod habeant subiecta determinata, sicut habent causas determinatas. Deinde cum dicitur. Omnium & malorum &c., manifestat secundam considerationem. scilicet quod causæ malorum sint uirtutes boni uel facientes. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit quod bonū sit principium mali. Secundo ostendit per quod modum ibi. Malo esse ponendū est secundum accidens, & propter aliud, & non ex principio &c. Quod autem bonū sit principium mali sic ostendit. Semper finis respōdet principio actiui. Ad hoc enim operatur unūquodque quod est conueniens suæ naturæ, sicut ignis agit ad generationem ignis, sed finis omnium malorū est bonū, ergo & principium omnium malorū est bonū. Quod autem finis malorum sit bonum, sic probat. Illud enim finis alicuius est propter quod illud fit. Sed quodcūque facit aliquid siue bonum siue malum, facit illud propter bonum. Et hoc manifestat in his quæ faciunt mala de quibus minus uidetur. Non enim factus mala nisi ex desiderio alicuius boni. Nullus enim facit ea quæ facit respiciens per intentionem ad malum, sicut ille qui committit adulterium, non allicitur ex inordinatione propter quam adulterium est malum, sed ex delectatione, quæ est aliquid bonum, ergo finis malorum est bonum, & ita sequitur quod bonum sit etiam malorum principium. Omne autem quod habet aliquam substantiam habet principium & finem suæ substantiæ conuenientem, quod nō potest dici de malo, ut offensum est, ergo relinquitur quod malum nō habet substantiam, sed quod sit priuatio substantiæ cum sit factū boni gratia & non gratia sui ipsius, sicut offensum est. Sed si ille qui facit malum intendit ad bonum, ut hic dicitur, uidetur quod non peccat, quia peccatum precipue ex intentione dependet. Sed dicendum est, quod si illud malum coniunctum bono esset ignoratum, ut pote adiunctum ei, raro & uel in paucioribus intentione, quæ fertur in bonum esset mala. Sed quando malum adiunctum non latet, ut ipse semper adiunctum huic bono in quod intentio fertur, aliquid etiam modo fertur in malum, licet non principaliter. Ex quo etiam non recusat illud bonum propter malum adiunctum, sequitur quod magis uelit illud malum quam carere bono, & quod minus uelit maius bonum quo priuatur per illud malum, quam minus bonum cui cōiungitur malum. Deinde cum dicitur. Malo esse ponendū est &c., ostendit quod bonum sit principium mali. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit propositum. Secundo infert conclusionem ex dictis. ibi. Igitur priuatio est malum &c. Quia ergo supra ostendit quod bonum est principium mali, ne aliquis crederet quod sit per se principium eius, ad hoc excludendum dicit quod malo assignandum est esse per accidens & propter aliud & non quasi ex proprio & per se principio. Quod sic probat. Quandoquocumque est aliud factū & aliud desideratum, illud quod sit habet causam per accidens. Sicut si aliquis fodiens sepulchrum inueniat aurum, dicimus inuenitionem auri per accidens prouenisse. Sed quando aliquid facit malum, aliud est quod sit, & aliud quod desideratur sit intenditur, quia illud quod sit apparet esse bonum, quod omnino necesse est quia sit boni gratia omne quod sit, ut offensum est, sed secundū rei ueritatem non est bonum, quia contingit quod aliquid opinatur esse bonum quod non est bonum, ergo relinquitur quod malum non habeat principium nisi per accidens, & inde uerius concluditur quod malum est præter uiam, quia motus qui est uia ad non ens, non per se terminatur ad malum. Et iterum est præter intentionem mouentis, quia omnis intentio agentis fertur in bonum. Et iterum est præter naturam, quia non progreditur ab agente secundum conuenientiam suæ naturæ, cum omne agens agat uirtute boni. Et uerius est etiam præter causam, quia non habet causam per se: sed solum per accidens, siue per causam intelligatur principium effectuum siue causa finalis. Et sicut est præter naturam, ita est etiam præter artem. Est etiam præter distinctionem rationis, quæ dirigit in operatione artis, & præter uoluntatem, quæ manet in eis. Et similiter est præter substantiam substantem, quia non habet formam per quā

substant, sed est priuatio formæ. Si quis obiciat, quod si alicui peccati apparet bonū illud quod facit, & sic uidetur ex ignorantia peccare omnis peccans, & ita a peccato excusari. Dicendum est, quod huiusmodi error propter quod opinatur esse bonum quod nō est bonum, est & in ignorantiam electionis, quia ignoratur in particulari quod scilicet in uniuersali. Ille enim qui in uisū scilicet adulterium esse malum, in particulari iudicat bonū esse nunc adulterare, in quantum præponderat in sin uoluntate bonum delectabile bono honesto, cui opponit malū delectationi adiunctum. Unde huius ignorantia magis est ex inordinatione uoluntatis quam quod sit causa inordinata uoluntatis. Et propter hoc dicit Philosophus in 3. Ethic. quod peccat qui dem ignorans, sed nō ex ignorantia, unde nō excusatur nec in toto nec in parte. Deinde cum dicitur. Igitur priuatio est malum &c., infert conclusionem ex dictis, in qua multiplicat rationes mali. Cū potest variari malum, aut ex parte priuationis, quia contingit multipliciter aliquid priuari, aut ex parte boni, quia multipliciter bonum contingit priuari. Concludit ergo, quod quia malum non habet substantiam, quod sit priuatio priuans totaliter aliquid particulare bonum, sicut cæcitas est malum quia priuat totaliter uisum. Et iterum malum est defectus, quando non totaliter aliquid tollitur, sed deficienter habetur, ut patet in eo qui obscure uidet, & est etiam infirmitas, quoniam scilicet non firmiter habetur bonū, etiam si in intentione habeatur, sicut si quis acute uideat, & tū non habeat firmum uisum, sed facile uisus eius destituitur. Tria hæc ergo accipiuntur ex parte priuationis. Sex parte eius quod priuatur per malū. Primo accipienda est ratio boni in cōi. Ad quam tria pertinent. scilicet commensuratio aliorum ex quibus aliquid cōponitur, ut sanitas est commensuratio humorū, & pulchritudo commensuratio membrorū. Et per oppositum, malū est incommensuratio, sicut aegritudo & turpitudine. Secundū quod pertinet ad rationem boni est, quod actus pertingat ad debitū finem. Et per oppositū dicit quod malū est peccatū. Nā peccatū dicitur in natura & in arte & in uoluntate, quoniam actus non pertingit ad debitū finem, sicut cū natura producit partum monstruosum, & cum scriptor non facit bonā scripturā, & cū uoluntas non facit actum uirtuosum. Est et de ratione boni quod sit intentum, quia bonum est quod omnia appetunt. Et per oppositū dicit quod malum est sine intentione. Et hæc tria possunt reduci ad modum, speciem & ordinem, quem ponit. Augustinus. Nam incommensuratio est per priuationem modi, peccatum per priuationem speciei, hoc autem quod dicitur, sine intentione, per priuationem ordinis. Deinde ponit ea quæ cōsequuntur eōdem ratione boni. Et primo dicit, sine pulchritudine, quia pulchritudo conuertitur cum bono, ut supra dictum est. Et postea ponit quædam particularia bona quæ priuantur per malū. Et dicit quod malum est sine uita, & sine mente, id est intellectu, & sine ratione, & est imperfectum, perfectio enim ad rationem boni pertinet, & est non collocatum, id est non firmatum in aliquo, firmari enim in aliquo est de re boni, & est sine cā. Porro enim ad causam est quoddam bonū, & est indecōmpositum, sicut nō ex propria cā procedens, & est sine germine, quia si nō habes proprium & per se effectū, & est vacuum, id est, absque plenitudine, & est non operans, quia & ipsa operatio est quoddam bonum & perfectio operantis, & est inordinatum, quia etiam ordinis ad rationem boni per inect, & est dissimile, quia etiam similitudo quiddam ordo est & ad rationem boni pertinet, & est infinitum, quia finis est bonum & perfectio unius cuiusque, & est obscurū, id est sine claritate, & breuiter sine omni substantia, & nō est existens aliquo modo, nec in aliquo tempore, nec aliquid est malū in quantum est malū. Deinde cum dicitur. Sicut totaliter potest &c., procedit ad manifestandum tertiam considerationem supra positam, scilicet licet quod malum non est æternū & causatum quoddam primum principium. Et hoc probat dupliciter. Primo sic. Malum enim eodem modo quo aliquid potest facere, potest hoc per bonum subiectum, quia illud quod omnino est expertus boni, neque est ali-

quid neque potest aliquid. Et hoc sic probat. Si enim ita est qd ex...


LECTIO XXII.

Quomodo mala possint esse, divina providentia existente.



Vomodo totaliter mala sunt & providentia existente, non est malum secundum quod est malum, neque existens, neque in existentibus.

LECTIO XXIII.



Vomodo totaliter mala sunt, & providentia existente, &c. Soluta prima questione de causa mali, hic soluit secundum de providentia, quomodo scilicet mala possint esse, divina providentia existente.

Deinde cum dicit. Et proprie vnumquodque &c. ostendit qd malum non debet esse totaliter per divinam providentiam impeditum.

scipit totius largissimae providentiae proportionaliter attributas unicuique prouisas bonitates. Non igitur existens & malum, neque in existentibus est malum.

inferiori gradu, sicut rei quae est in superiori. Non igitur existens est malum neque in existentibus est malum. Hic soluit tertiam questionem de desiderio mali.

secundum. Secundo excludit obiectionem. ibi. Et qui, &c. Tertio epilogat quae in hoc cap. dicta sunt. ibi. Nunc, &c.

derij, aut operationis boni. Et quidem dicat aliquis, non est puniendi infirmitas, sed e contra condonanda. Si non quidem esset posse, bene quidem se habet sermo.


secundum est nunc ad veram laudem Dei, secundum quod a sanctis Theologis nominatur ut vere existens. Sed hoc praesertim oportet quod non est in praesenti sermone intentio, quod ipsa super substantialis substantia Dei secundum quod in seipsa super substantialiter existit, manifestetur, id est, ut cognoscatur Dei essentia: hoc enim sermone explicari non potest, nec nostra cognitione capi.

SVPER CAPVT V. IEC. I. Ransendum autem nunc ad vere existentem vere existentis Dei Theologicam laudationem &c.

CAPVT V.

De existente, in quo & de exemplis.

LECTIO PRIMA.



Ransendum autem est nunc ad vere existentem, vere existentis Dei theologicam laudationem. Tantum autem memorabimus, quod sermone intentio est, non super substantialem substantiam, secundum quod super substantialis est manifestare.

secundum est nunc ad veram laudem Dei, secundum quod a sanctis Theologis nominatur ut vere existens. Sed hoc praesertim oportet quod non est in praesenti sermone intentio, quod ipsa super substantialis substantia Dei secundum quod in seipsa super substantialiter existit, manifestetur, id est, ut cognoscatur Dei essentia: hoc enim sermone explicari non potest, nec nostra cognitione capi.

tiam fm q in seipfa super substantialiter existit super omnia que in creaturis inveniuntur. Vnde de sapientia Dei dicitur Job 28. qd abscondita est ab oculis omnium viventium. Intentione ergo preteritis sermonis est, laudare Deum nomine boni, secundum quod est causa omnium bonorum. Et nomine excellentis secundum quod facit omnem substantiam. Et nomine vite, secundum quod vivificat omnia. Et nomine sapientie, fm quod dicitur sapientiam. Deinde cum dicit. Non autem aliud, &c. Excludit errorem quorundam Platoniorum, qui universales effectus in intelligibilibus causas reducebant. Et quia videbant effectum boni vtilissimum esse, dicebant suam causam esse ipsum bonum quod effundit bonitatem in omnia. Et sub ea ponebant aliam causam quae dat vitam, & sic de aliis & huiusmodi principia dicebant Deos. Hoc ergo excludit ipse Dionysius dicens, quod praesens sermo non dicit aliud principium esse ipsum bonum, & aliud ipsum existens, & aliud vitam, & aliud sapientiam. Neque dicit praesens sermo esse multas causas & diversas deitates productivas diversorum sunt excedentes & quaedam inferiores secundum omnes processus perfectionis in creaturis. Et omnia nomina quae hoc exponuntur, dicit praesens sermo esse vniuersi principij & aliquod nomen esse quod manifestat totam providentiam Dei vniuersaliter, scilicet nomen boni, quaedam vero manifestant diuinam providentiam quantum ad aliquos determinatos effectus, vel magis vniuersales, vel magis particulares, sicut ens, viuentis, & sapiens, & huiusmodi. Deinde cum dicit. Et quidem dicit aliquis &c. Soluit quandam obiectionem. Et primo ponit eam quae talis est. Cum ipsum esse excedat vitam, & vita excedat sapientiam, vnde est quod viuentia supereminet existentibus, & sapientia viuentibus, & rationalia sentientibus, & id est, intellectus angelici & rationalibus creaturis, id est hominibus, & magis sunt circa Deum, & quasi magis assimilata ei, & magis ei appropinquant secundum dignitatem naturae, cum tamen oporteat ea quae maiora dona participant a Deo, esse meliora & supereminere aliis quae maiora dona participant. Secundo, ibi. Sed si non substantia quidem &c. soluit praemissam obiectionem. Et dicit quod sermo praedictae obiectionis recte se haberet si ea quae sunt intelligibilia supponeret esse aliquis non existentia, vel non esse viuentia tunc enim sicut esse praemineret vite, & vita sapientiae, ita existentia praeminerent viuentibus, & viuentia sapientibus. Sed diuinae mentes angelorum non carere esse, quinimo habent excellentius super alia existentia creata, & habent vitam super alia viuentia, & intelligunt & cognoscunt super cognitione sensus animalium & rationis humanae, & quantum ad ordinem ad bonum, super omnia existentia desiderant pulchrum & bonum, & non solum magis desiderant quasi perfectius ordinate in ipsum, sed eo magis participant, perfectiorem bonitatem actu habentes. Vix enim duobus modis bonum in creaturis inuenitur aut secundum participationem actus boni, aut secundum ordinem ad bonum, sicut supra dictum est in 4. c. quod bonum se extendit etiam ad non ens actum. Vnde rationabiliter substantiae angelicae magis sunt circa bonum diuinum per quidam appropinquationem ad ipsum, quasi abundantius ipso diuino bono participant, quasi possidentes ab eo plura & maiora bona quam alia. Plura quidem, quia habent intelligentiam, quod multa non habent. Maiora uero, quia ipsum esse & uiuere quod alia habent, perfectius ab angelis posside-

tur. Et similiter etiam rationalia. Homines supereminet sensibilibus, brutis animalibus, quia praebundant eis in ratione, quam pra eis possident, & quaedam sicut animalia bruta superat alia, ut plantas in sensibili, & alia. sicut superant caetera corpora inanimata in uita. Et uniuersaliter hoc uerum dici potest, quod illa quae magis participant ipso uno quod est Deus, & infiniti doni Deo, quae donatius est affluenter oibus, ut dicitur Iac 1. propinquiora sunt deo & magis ei similia derelicta. I. his quae excedit. Quae autem & de istis diximus. Age boni sicut uere. &c. Praemissis quibusdam quae erant necessaria ad praesentem intentionem, hic Dionysius accedit ad exponendum nomen entis secundum quod de Deo dicitur. Et quia sicut iam dixit, non est sine intentionis ineffabilem dei essentiam manifestare secundum quod in se est, sed secundum quod nomen entis de deo dictum, manifestat processionem essendi a deo in creaturas, ideo primo ostendit processum essendi vniuersalem in omnia. Secundo ostendit quod a diuino esse effluunt etiam singula in speciali. ibi. Et ex eadem omnium causa, &c. Circa primum duo facit. Primo ostendit omnia existentia vniuersaliter esse a Deo. Secundo ostendit omnia in ipso esse. ibi. Et est ex ipsa & in ipsa &c. Circa primum duo facit. Primo ostendit diuinum esse vniuersalem causalitatem respectu omnium existentium. Secundo ostendit quod ex ipso esse Deus proprie magis denominatur. ibi. Et ante alias ipsius participationes &c. Circa primum tria facit. Primo ostendit de quo est intentio. Secundo prosequitur propositum. ibi. Quod totius esse &c. Tertio epilogat. ibi. Resumentes igitur dicimus &c. Dicit ergo primo, quia de praemissis dictum est, quorum cognitio praexigebat ad praesentem intentionem, debemus laudare ipsum bonum quod est Deus sicut in se uere existens & sicut faciens substantiam omnium existentium. Deinde cum dicit. Quod totius esse &c. prosequitur propositum. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit quod Deus est causa omnium quae ad esse pertinent. Secundo quod omnia ei quodammodo conueniunt. ibi. Et enim Deus &c. Tertio quod omnia ab eo remouentur. ibi. Et neque erat &c. Dicit ergo primo, quod ipsum bonum quod est Deus fm suam supereminentem uirtutem, est causa factrix omnium substantiarum, & creatrix omnium existentium, quia scilicet non producit substantias ex aliquo praexistente, sed simpliciter omne existens ex uirtute ipsius prouenit. Deinde enumerat ea quae ad esse pertinent videntur. Et primo ponit duo vniuersalia. scilicet existens & mentem. i. intellectum. Nam mens comprehensua est totius esse, sed quae mens. i. intellectus non est actu intelligens nisi per participationem intelligibilis quod est ipsum existens, posuerit Platonici quod ipsum existens quod separatim ponebant, est supra intellectum creatur primum, sicut intelligibile est ante intelligens, & participat ante participans. Et propter hoc Dionysius hic dixit quod Deus est & ipse existens causa factrix & ipsius mentis. Deinde ponit ea quae pertinent specialiter ad ipsas substantias existentium. In quibus tria possunt considerari. Quorum vnum est ipsum singulare quod in se actu completitur principia & vna & individualia. ut Sortes vel Plato. Et quantum ad hoc dicitur persona. Secundum uero est species vel genus ut homo vel animal, in quibus comprehenduntur vna principia in actu, singularia autem in potentia. Homo enim dicitur qui habet humanitatem absque praecisione individualium principiorum. Et quantum ad hoc dicitur substantia. Tertium uero est ipsa essentia gener-

ris vel speciei, ut significetur nomine humanitatis, in quo quidem nomine comprehenduntur sola principia, speciei ratio. Nullum enim individualium principiorum pertinet ad rationem humanitatis nisi praecise significet hoc, quod homo est homo. Nullum autem individualium principiorum est huiusmodi. Vnde in nomine humanitatis non includitur nec actu nec potentia aliquod individualium principium. Et quantum ad hoc dicitur natura. Ad rationem autem essendi pertinet primo quidem substantia rei, de qua iam dictum est. Secundo uero ipsa mensura durationis rerum. Et quantum ad hoc dicitur quod Deus est principium & mensura saeculorum. Dicitur autem mensura, scilicet durationis vniuersum quae rei. Vnde vnum saeculum dicitur tempus quo vna generatio hominum durare potest, vel quo solet durare communiter memoria factorum humanorum. Vnde spatium mille annorum a quibusdam saeculum dicitur. Manifestum est autem quod a Deo praefigitur mensura durationis vniuersum quae rei, & ideo dicitur quod est principium in quolibet genere est mensura eorum quae sunt in genere illo, sicut vnitates numerorum & sonus in melodis. Ipsum ergo diuinum esse est mensura omnium saeculorum, non quidem adaequata, sed excedens. Et consequenter exponit in speciali quomodo sit principium saeculorum. Dupliciter enim aliqua existentia durationem habent. Quorumdam enim esse subiectum est mutationi, & horum duratio tempore mensuratur. Et quantum ad hoc dicitur. Et quod dicitur esse tempora. Quorumdam uero esse non subiectum mutationi, & horum duratio mensuratur. Et quantum ad hoc dicitur. Et facit aeternum existentium. Sicut enim se habet tempus ad motum, ita se habet aeternum ad ipsum esse. Et ideo subdit quod Deus causaliter est tempus eorum quae sunt, & ipsa esse causaliter omnibus quocumque modo existentibus, in quo excludit opinionem Platoniorum, qui ponebant & tempus & ipsum esse quasi separata subsistere sub Deo. Tertio ad rationem essendi pertinet generatio, quae est mutatio ad esse. Et ideo subdit quod Deus est causaliter omnibus quocumque modo generatis, quia ipse omnibus generationem tribuit, ut dicitur Iac. ultimo. Et sic patet, quod ex ipso primo existente quod est Deus causatur & aeternum, quod est mensura essendi & substantia, quae est per se existens, & omne existens quocumque modo. Et iterum ex Deo causatur quod est mensura motus, & ipsa generatio, & id quod generatur. Et non solum ipsa existentia causantur a Deo, sed etiam quaecumque sunt in existentibus, ut partes & proprietates naturales, & ea quae quocumque modo vel in sunt, ut accidentia, vel subsistant, ut substantiae. Deinde cum dicitur. Et enim Deus non &c. ostendit quod omnia conueniunt Deo quodammodo. Ad cuius euidentiam considerandum est, quod omnis forma recepta in aliquo limitatur & finitur, secundum capacitatem recipientis. Vnde hoc corpus album non habet totam albedinem secundum totum posse albedinis, sed si esset albedo separata nihil deesset ei quod ad uirtutem albedinis pertineret, omnia autem alia, sicut superius dictum est, habent esse receptum & participatum, & ideo non habent esse secundum totam uirtutem essendi. Sed solum Deus qui est ipsum esse subsistens, secundum totam uirtutem essendi esse habet. Et hoc est quod dicitur, quod ideo Deus potest esse causa essendi omnibus, quia ipse non est & existens quodammodo, sed id est, secundum aliquem modum finitum & limitatum, sed ipse vniuersaliter & infinite accipit in seipso totum esse, & praec-

cepit, quia in eo praexistit sicut in causa, & ab eo ad alia deriuatur. Et ideo dicitur. I. Thim. 1. Rex saeculorum, quia in seipso habet totum esse & omnem substantiam & omnia existentia, & iterum sicut circa ipsum in quantum ex eo deriuantur. Deinde cum dicitur. Et neque erat &c. ostendit quod omnia ab eo remouentur quantum ad illum modum quo creaturis conueniunt. Et dicit quod ipse non erat & quasi aliquid de suo esse praeterito dilapsus sit, & neque erit, quia si aliquid de suo esse expectetur in futurum, & hoc ideo, quia ipse non est factus, solum autem illorum esse per praeteritum & futurum variatur quae contingit fieri, neque etiam ei contingit quod generetur in praesenti vel in futuro ad modum generationis temporalis, & quod plus est, neque est secundum se, quod si significatur tempus praesens, quia eius esse tempore non mensuratur, sed ipse est esse existentibus, non quidem ita quod est ipse Deus sit ipsum formale existentium, sed eo modo loquendi ut in quo Platonici uidebantur, qui esse separatum dicebant esse existentium, in quantum compositum per participationem ab ipsorum participatur. Et quod causaliter sit intelligendum, apparet per hoc quod tub dicit, quod non solum existens, cuius sit ex Deo, sed etiam ipsum esse existentium est ex Deo, qui est ante saecula, & dicitur esse ante saecula, quia est aeternum aeternum, id est, mensura omnium dimensionum. Deinde cum dicitur. Resumentes igitur dicimus, &c. colligit ea quae dicta sunt, & dicit resumentes quod omnia existentia & mensura essendi habent esse a praesistente, & omne aeternum & tempus quae sunt durationes, sunt ex ipso, & ipse est principium effectuum & causa finalis omnis saeculi & temporis & cuiuslibet quocumque modo existentis. Et iterum omnia ipso participant, sicut prima forma exemplaris. Et non solum est causa quantum ad heri rerum, sed & quantum ad totum esse & durationem, quod manifestat cum dicitur. Et a nullo existentium recedit, & edificatore enim recedente, domus remanet, quia est causa domus quantum ad heri & non quantum ad esse, sed si Deus ab effectu recederet, effectus non remaneret, quia est causa ipsius esse, & quia causa praeminet effectibus, & ipse est ante omnia, & omnia conueniunt in ipso, sicut effectus uirtute praexistunt in causa, & vniuersaliter, quicquid quocumque modo est, praexistit in primo ente, scilicet Deo, & quantum ad esse quod habet sine defectu, & quantum ad conseruationem sui esse. Deinde cum dicitur. Et ante alias ipsius participationes, esse propositum est, & ostendit quod ens dictum de Deo signat processum existentium a Deo, & ostendit quod hoc nomen ens, vel qui est, conuenientissime de Deo dicitur. Ostendit autem hoc duabus rationibus. Quarum secunda incipit, ibi. Et enim praesens & super esse &c. Prima ratio talis est. Si qua causa non minetur a suo effectu, conuenientissime nominatur a principali & dignissimo suorum effectuum. Ipsum autem esse inter alios Dei effectus est principalis & dignissimus ergo Deus qui a nobis nominari non potest nisi per suos effectus conuenientissime nominatur nomine entis. Hoc est ergo quod dicitur quod ipsum esse propositum est creaturis ad participandum ante alias Dei participationes. Quae enim perfectionem creatura habeat per hoc in Dei participatione, qui quasi proponitur & offertur omnibus ad participandum, sed per prius participantur quantum ad ipsum esse, quam quocumque aliam perfectionem, ipsum per se est tenens, id est, primum & dignissimum quod est per se vitam esse, & eo quod est per se similitudinem diuinam esse. Considerandum autem hic occurrit, quod d-

Et quantum ad hoc dicitur substantia. Tertium uero est ipsa essentia gener-

hic

hic dicatur per se esse vel per se vita & huiusmodi. Ad cuius evidentiam sciendum est, quod Platonici, quos multi in hoc opere Dionysius imitatur, ante omnia participantia compositionem, posuerunt separatam per se existentiam, quae a compositis participatur, sicut ante homines singulares qui participant humanitatem, compositum fuerunt hominem separatum sine materia existentem, cuius participatione singulares homines dicuntur. Et similiter dicebant, quod ante ista viventia composita esset quaedam vita separata, cuius participatione cuncta viventia viuunt, quam vocabant per se vitam. Et similiter per se sapientiam & per se esse. Haec autem separata principia ponebat ab inuicem diuersa a primo principio quod nominabat per se bonum & per se vnum. Dionysius autem in aliquo eis consentit, & in aliquo dissentit. Consentit quidem eis in hoc quod ponit vitam separatam per se existentem, & similiter sapientiam & esse & alia huiusmodi. Dissentit autem ab eis in hoc, quod ista principia separata non dicit esse diuersa, sed vnum principium quod est Deus, sicut supra dixit. Cum ergo dicitur per se vita, secundum sententiam Dionysii dupliciter intelligi potest. Vno modo secundum quod per se importat discretiorem vel separatiorem realem. Et sic per se vita est ipse deus. Alio modo secundum quod importat discretiorem vel separationem solum secundum rationem. Et sic per se vita est quae inest viventibus quae non distinguitur secundum rem, sed secundum rationem tantum a viventibus. Et eadem ratio est de per se sapientia, & sic de aliis. Et istam expositionem ponit infra m. c. cap. Hic autem per se vitam accipit pro vita quae inest viventibus, inquit enim hic de participationibus, vita autem per se existens non est participatio. Quod autem per se esse sit primum & dignius quam per se vita & per se sapientia, ostendit dupliciter. Primo quidem per hoc quod quaecumque participant aliis participationibus primo participant ipso esse. Prius enim intelligitur aliquod ens quam vnum viuens vel sapiens. Secundo quod ipsum esse comparatur ad vitam & ad alia huiusmodi sicut participatum ad participans. Nam etiam ipsa vita est ens quoddam, & sic esse prius & simplicius est quam vita & alia huiusmodi, & comparatur ad ea ut actus eorum. Et ideo dicit, quod non solum ea quae participant aliis participationibus prius participant ipso esse, sed quod magis est diuina quae nominantur per se ipsa, ut per se vita, per se sapientia, & alia huiusmodi quibus existentia participant ipso per se esse, quia nihil est existens cuius ipsum per se esse non sit substantia & eum, id est, forma participata ad subsistendum & durandum. Unde cum vita sit quoddam existens, vita etiam participat ipso esse. Ex hoc ergo concludit principale propositum, scilicet quod Deus conuenienter principalis prae aliis nominibus laudatur sicut existens, quasi ex digniore donorum suorum. Et quod principalis sic laudetur, patet Ex od. 3. vbi dicitur. Qui est, misit me ad vos. Deinde cum dicitur. Et enim praesens & superesse &c. ponit secundam rationem, quae talis est. Si alia causa nominetur a suo effectu, oportet quod principalis nominetur Deus per ipsum esse a primo effectu per quem omnia facit. Huiusmodi autem est ens, ergo principalis nominatur Deus per ipsum esse. Hoc ergo est quod dicitur, quod ipse Deus praesens superesse praehabet & superhabet. Hic ergo considerandum est, quod dupliciter vnum potest alteri praeferi, scilicet quantum ad hoc quod habetur, & quantum ad modum habendi. Sicut vnus homo qui habet maiorem scientiam quam alius, praefertur ei quantum ad quantitatem eius quod habetur. Sed angelus in sapientia praefertur homini, non solum quantum ad quantitatem sapientiae, sed etiam quantum ad modum habendi, quia homo habet rationaliter, angelus vero intellectualiter, & sic vtroque modo excedit, scilicet & quantum ad id quod habet, & quantum ad modum habendi. Quantum autem ad id quod habet, excedit dupliciter, scilicet secundum ordinem, quia prius habet esse. Et propter hoc dicit praesens, & quantum ad dignitatem, quia excellentius esse habet. Et propter hoc dicit superesse. Et similiter quantum ad modum habendi potest intelligi ratio ordinis & dignitatis. Et ideo dicit praehabens & superhabens. Sic igitur Deus eminentius esse habens ex seipso per quamdam similitudinem inter alios esse. Sicut prius fecit esse quod est, id est, ipsum secundum se esse, & per ipsum esse fecit subsistere omnia quaecumque sunt. Per hoc enim vnumquodque causatum a Deo per suum esse ex Deo, & non solum alia existentia causata participant esse, sed etiam ipsa principia existentium participant esse in quantum sunt & principia sunt. Et primum competit eis esse secundum se, & postea quod sunt principia aliorum, etiam si aliquis velit dicere secundum opinionem Platonicorum, per se vita, id est, vita quaedam separata sub Deo sit principium viventium in quantum sunt viuentia, & similia per se similitudo, & similiter de omnibus aliis participantibus quaecumque participant hoc vel illo vel ambobus vel multis tenent inuenies quod huiusmodi licet participantur ab aliis, tamen ipsa etiam participant ipso esse, & primo intelliguntur ut participant esse, quod sunt principia aliorum per hoc quod aliis participantur. Potest autem & hoc intelligi secundum quod per se vita intelligitur ipsa vita quidem in viventibus, quae est normale viventibus principium, & similiter de aliis, ergo haec vita quae sunt principia aliorum non sunt nisi per participationem essendi, multo magis ea quae participantur ipsis non sunt nisi per participationem ipsius esse. Et sic patet, quod Deus per ipsum esse omnia causat. Ex quo concludit principale intentionem, & dicit quod Deus qui est per se bonitas & primo proponens, id est, tribuens rebus creatis hoc donum, quod est per se esse, laudatur hoc nomine quod est quasi a digniore & primo suarum participationum. Et ex ipsa & in ipsa est ipsum esse existentium principia &c. Postquam Dionysius ostendit quod omnia existentia vniuersaliter sunt a Deo, hic intendit ostendere quod omnia vniuersaliter sunt in ipso. Et circa hoc duo facit. Primo proponit quod intendit. Secundo manifestat propositum, ibi. Et enim in vnitatem &c. Dicit ergo primo quod non solum ex ipsa Dei bonitate, sed etiam in ipsa est ipsum per se esse, quod est Dei participatio, & omnia principia existentium, & omnia existentia, tam solae substantiae quam accidentia, & omnia quocumque modo continentur sub esse sicut entia imperfecta ut ens in potentia, & motus, & alia huiusmodi. Et ne aliquis crederet quod ista hoc modo sint in Deo sicut in seipsis, conuenienter hoc excludit. In seipsis enim omnia causata sunt finita, & Deo autem sunt infinita, quia in Deo sunt ipsa diuina essentia. Et ideo dicit, quod haec in comprehensibiliter iterum in seipsis oppositionem habent & diuersitatem, in Deo autem coniunguntur simul. Et ideo dicit. Et coniuncte iterum in seipsis habent multitudinem, id est, Deo autem sunt vnum, & ideo addit, & singulariter, id est, vnitatem. Deinde cum dicit. Et enim in vnitatem &c. probat propositum. Et primo per exempla. Secundo per rationem, ibi. Principium enim est existentium, &c.

gias ea quae ipsis primum participant. Primum igitur per se essendi donum, per se bonitas proponens, digniore prima participatione laudatur. Et est ex ipsa, & in ipsa, & ipsum esse, & existentium principia, & existentia omnia, & quae quocumque modo ab esse sunt contenta, & hoc incomprehensibiliter, & coniuncte, & singulariter. Et enim in vnitatem omnis numerus vniuersaliter praefertur, & habet omnem numerum unitas in seipsa singulariter, & omnis numerus unitur quidem in vnitatem. In quantum autem ab unitate procedit, tantum discernitur, & in multitudinem agit. Et in centro omnes circuli lineae secundum unam unitatem existerunt, & omnes habent signum in seipso lineae uniformiter unitas, & ad se inuicem, & ad unum principium a quo procederunt. Et in ipso quidem centro perfecte ununtur, parum autem ab ipso distantes, parum & discernuntur simpliciter & in quantum centro sunt propinquiores, intantum & ipsi & sibi inuicem ununtur, & in quantum Platonicorum, per se vita, id est, vita quaedam separata sub Deo sit principium viventium in quantum sunt viuentia, & similia per se similitudo, & similiter de omnibus aliis participantibus quaecumque participant hoc vel illo vel ambobus vel multis tenent inuenies quod huiusmodi licet participantur ab aliis, tamen ipsa etiam participant ipso esse, & primo intelliguntur ut participant esse, quod sunt principia aliorum per hoc quod aliis participantur. Potest autem & hoc intelligi secundum quod per se vita intelligitur ipsa vita quidem in viventibus, quae est normale viventibus principium, & similiter de aliis, ergo haec vita quae sunt principia aliorum non sunt nisi per participationem essendi, multo magis ea quae participantur ipsis non sunt nisi per participationem ipsius esse. Et sic patet, quod Deus per ipsum esse omnia causat. Ex quo concludit principale intentionem, & dicit quod Deus qui est per se bonitas & primo proponens, id est, tribuens rebus creatis hoc donum, quod est per se esse, laudatur hoc nomine quod est quasi a digniore & primo suarum participationum. Et ex ipsa & in ipsa est ipsum esse existentium principia &c. Postquam Dionysius ostendit quod omnia existentia vniuersaliter sunt a Deo, hic intendit ostendere quod omnia vniuersaliter sunt in ipso. Et circa hoc duo facit. Primo proponit quod intendit. Secundo manifestat propositum, ibi. Et enim in vnitatem &c. Dicit ergo primo quod non solum ex ipsa Dei bonitate, sed etiam in ipsa est ipsum per se esse, quod est Dei participatio, & omnia principia existentium, & omnia existentia, tam solae substantiae quam accidentia, & omnia quocumque modo continentur sub esse sicut entia imperfecta ut ens in potentia, & motus, & alia huiusmodi. Et ne aliquis crederet quod ista hoc modo sint in Deo sicut in seipsis, conuenienter hoc excludit. In seipsis enim omnia causata sunt finita, & Deo autem sunt infinita, quia in Deo sunt ipsa diuina essentia. Et ideo dicit, quod haec in comprehensibiliter iterum in seipsis oppositionem habent & diuersitatem, in Deo autem coniunguntur simul. Et ideo dicit. Et coniuncte iterum in seipsis habent multitudinem, id est, Deo autem sunt vnum, & ideo addit, & singulariter, id est, vnitatem. Deinde cum dicit. Et enim in vnitatem &c. probat propositum. Et primo per exempla. Secundo per rationem, ibi. Principium enim est existentium, &c.

DE DIVINIS NOMINIBVS.

existentium &c. Circa primum duo facit. Primo proponit exemplum. Secundo per exemplum arguit. ibi. Nihil igitur inconueniens &c. Circa primum proponit quatuor exempla. Quorum primum est de vnitatem & numero. Et dicit quod cum numerus vniuersaliter praefertur in vnitatem, quia vnitatem virtute est omnis numerus, ut Boetius dicit in Arithmetica. Dicit autem vniuersaliter, quia omne quod est in altero, est in eo per modum eius in quo est. Unde numerus in vnitatem est existens in ea per modum vnitatis. Et hoc est quod dicit vniuersaliter. Iterum dicit. Vnitatem habet in seipsa omnem numerum, quia omnes proprietates omnium numerorum aliquo modo inueniuntur in vnitatem. Siue enim accipiamus numeros quadratos, siue cubicos, siue quascumque alias figuras numerosas, in qualibet dispositione numerorum inuenitur vnitatem prima. Et iterum considerandum est quod omnis numerus in ipsa vnitatem est vnus, sed quanto magis recedit ab vnitatem, tanto magis distinguitur & in multitudine deducitur. Secundum exemplum ponit de centro. Et dicit quod in centro omnes lineae quae deducuntur ad circumferentiam si multae existunt sicut in principio communi, & illud signum, id est punctum quod dicitur centrum, habet in seipso vniuersaliter coniunctas & sibi inuicem & principio a quo processerunt, quod sicut ab vno producuntur in multitudinem, ita eorum multitudine terminatur ad centrum sicut ad terminum. Et considerandum est quod lineae quae in ipso centro ununtur perfecte, parum recedentes a centro, parum distantes ab inuicem, & hoc simpliciter dicendum est, quod in quantum centro propinquiores, intantum & ipsi centro & sibi inuicem magis ununtur, quanto vero magis distantes a centro, tantum etiam magis distantes a se inuicem, sicut etiam est de numero, quod quanto magis recedit ab vnitatem, tanto magis multiplicatur. Tertium exemplum ponit de natura vniuersali, quae secundum Platonem est aliqua substantia separata: secundum Aristotelem vero est aliqua virtus primi corporis naturalis. Vtrobique autem modo accipitur natura vniuersalis, manifestum est quod in vniuersali natura omnium naturalium adunatur naturae cuiuslibet naturae particularis, non per modum confusionis, sicut adunatur lapides in aceruo, sed per modum vnitatis cuiusdam, sicut si dicamus quod rationes generabilium virtualiter consistunt in sole, & omnes rationes membrorum virtualiter existunt in semine. Quartum exemplum ponit de anima, quae est causa corporis, & sicut efficiens & sicut forma & sicut finis, ut dicitur in 2. de Anima. Et sic in anima sicut in causa communi praexistunt omnes virtutes partium animalium, quibus toti corpori prouidetur. Omnes enim virtutes radicantur in anima sicut in communi radice. Ex his igitur exemplis concludit ulterius, quod nos possumus ex praemissis sicut ex quibusdam similitudinibus obsequis, deficientibus a diuina representatione, accedere ad vniuersalem causam omnium per similitudinem causarum particularium, ut sic oculis mentis transcendendo omnia mundana, contemplerur omnia simpliciter esse in deo qui est omnium causa, & quod ea quae sibi sunt in uicem contraria prout sunt in suis naturis, in deo praexistunt simpliciter & unite. Quae enim est proportio particularis causae ad suos effectus, eadem est proportio vniuersalis causae ad omnia. Deinde cum dicit. Principium enim est existentium &c. probat idem per rationem per quam praedicta probatio confirmatur. Omnia enim multa quae sunt ex vno principio, praexistunt vnitatem in principio primo. Sic igitur patet quod omnia sunt in Deo vnitatem, cum ipso

LECTIO II.

Deus est causa particularium entium.

Existencia omnia figurant & ex eadem omnium causa, &c. Postquam Dionysius ostendit Deum vniuersalem omnium causam essendi, hic ostendit quod est causa omnium particularium entium secundum quod sunt in propriis naturis. Et diuiditur in partes tres. In prima ostendit propositum. In secunda determinat de exemplaribus, ibi. Exemplaria autem, &c. In tertia epilogat quae supra dicta sunt, ibi. Igitur omnia existentia &c. Circa primum tria facit. Primo ostendit proprias naturas rerum esse a Deo. Secundo infert corollarium ex dictis, ibi. Et propter hoc ab eloquiis &c. Tertio manifestat per exemplum, ibi. Si enim noster sol &c. Circa primum duo facit. Primo ponit omnes gradus entium a Deo esse. Secundo quod etiam ipsum esse commune est a Deo, ibi. Et quaedam quidem dignitates &c. Circa primum tria facit. Primo distinguit gradus entium, dicens eos esse a Deo. Secundo subiungit gradus superiorum entium, ibi. Et quidem sanctissima & prouectissima, &c. Tertio distinguit gradus inferiorum entium, ibi. Et anima & alia omnia, &c. Dicit ergo primo quod et vniuersali causa omnium quae Deus est, sunt substantiae angelorum, Deo similia, quae sunt intellectus, in quantum sunt immateriales, & sunt intellectuales, in quantum habent virtutem intelligendi se & alia. Et ille est primus gradus substantiarum, quae nec corpora

se sit principium omnium. In hac autem Dei causalitate primo ponit ea quae pertinent ad ipsum esse. Et dicit quod a Deo est ipsum esse rerum, & omnia existentia quocumque modo sunt. Ad esse autem pertinet & principium essendi & finis, quia in omnibus existentibus inueniuntur. Et ideo dicit quod ab ipso est omne principium & omnis finis. Secundo ponit ea quae pertinent ad vitam. Et dicit quod ex Deo est omnis vita & immortalitas, quae est indeclinabilis vita. Tertio ponit ea quae pertinent ad sapientiam. Et dicit quod ex Deo est omnis sapientia. Et quia sapientis est ordinare, subiungit, & omnis ordo & omnis armonia, quae est conuenientia ordinis. Quarto ponit ea quae pertinent ad virtutem. Et dicit quod ex Deo est omnis virtus. Ad virtutem autem pertinet quod aliquid conseruetur a nocuis. Et quantum ad hoc dicit, omnis custodia, & quod firmetur in his quae ei conueniunt. Et quantum ad hoc dicit, omnis collocatio, & quod diffundatur ea quae quis habet. Et quantum ad hoc dicit, omnis distributio, & in ipso existentia, & ex ipso in sapientia, & in ipso custodia & ad ipsum terminata. Et quaedam quidem dignitates essendi distribuit superioribus substantiis, quas & aeternas vocant elo

omnis habitus quo perficit ratio cognoscitivam vel appetitivam. Sexto ponit ea quae pertinent ad corporalia. Et dicit quod omnis statio, id est, quies & omnis motus. Septimo ponit ea quae pertinent ad vnum. Et dicit quod omnis vnitatem vniuersaliter, omnis concretio, quantum ad diminutionem corporum, omnis amicitia, quantum ad vnitatem affectuum, omnis concordatio, quantum ad vnitatem conceptionum & sententiarum. Ultimo ponit ea quae pertinent ad multitudinem. Et dicit quod omnis discretio, id est, distinctio & omnis distinctio, id est, determinatio vniuersaliter. Vnumquodque enim determinatur in se per hoc quod est ab aliis distinctum. Et non solum ista sunt a Deo, sed quaecumque alia pertinent ad esse quibus entia informantur.

LECTIO II.

Existencia omnia figurant, & ex eadem omnium causa, &c. Postquam Dionysius ostendit Deum vniuersalem omnium causam essendi, hic ostendit quod est causa omnium particularium entium secundum quod sunt in propriis naturis. Et diuiditur in partes tres. In prima ostendit propositum. In secunda determinat de exemplaribus, ibi. Exemplaria autem, &c. In tertia epilogat quae supra dicta sunt, ibi. Igitur omnia existentia &c. Circa primum tria facit. Primo ostendit proprias naturas rerum esse a Deo. Secundo infert corollarium ex dictis, ibi. Et propter hoc ab eloquiis &c. Tertio manifestat per exemplum, ibi. Si enim noster sol &c. Circa primum duo facit. Primo ponit omnes gradus entium a Deo esse. Secundo quod etiam ipsum esse commune est a Deo, ibi. Et quaedam quidem dignitates &c. Circa primum tria facit. Primo distinguit gradus entium, dicens eos esse a Deo. Secundo subiungit gradus superiorum entium, ibi. Et quidem sanctissima & prouectissima, &c. Tertio distinguit gradus inferiorum entium, ibi. Et anima & alia omnia, &c. Dicit ergo primo quod et vniuersali causa omnium quae Deus est, sunt substantiae angelorum, Deo similia, quae sunt intellectus, in quantum sunt immateriales, & sunt intellectuales, in quantum habent virtutem intelligendi se & alia. Et ille est primus gradus substantiarum, quae nec corpora

corpora sunt, nec corporibus vnita. Secundus gradus est substantiarum, quæ non sunt corpora, sed corporibus vnita sunt. Et quantum ad hoc dicitur. Et animarum. Tertius gradus est substantiarum corporaliu. Et quantum ad hoc dicitur. Et omnis mundi naturæ. In quarto gradu entium sunt accidentia, quæ sunt in nouem generibus. Quintus gradus est eorum quæ non sunt in re naturali, sed in sola cogitatione, quæ dicuntur entia rationis, vt genus, species, opinio & huiusmodi. Et quantum ad hos duos gradus dicitur quod a Deo sunt quocumque modo. Aliqua dicitur inesse aliis, sicut accidentia. Et aut esse secundum cogitationem, sicut entia rationis. Deinde cum dicitur. Et quidem sanctissime, &c. distinguunt gradus supremorum entiu, id est angelorum, qui in tres partes distinguuntur. Quantum ergo ad angelos supremæ hierarchiæ dicitur quod ipsa vniuersali causa omnium & etiam in ipsa habent esse & conformitatem ad Deum. Virtutes angelicæ supremæ hierarchiæ, quæ sunt sanctissime, propter perfectam coniunctionem ad Deum, & profectionem, propter altitudinem quælibet sup. vniuersali sunt & collocate. Quæ in vestibus super substantialibus diuinitatis. Est enim sententia Dionysii, vt patet in 1. ca. Angelicæ hierarchiæ, quod angeli supremæ hierarchiæ ad exteriora non mittuntur, & sic in adfinitate altissime diuinitatis continentur, semper assistere dicuntur ad similitudinem ministrorum, qui cum rege morantur, in domibus eius excubant. Quantum vero ad angelos secundæ hierarchiæ dicitur quod virtutes angelicæ mediæ hierarchiæ quæ prædictis virtutibus subiciuntur, subiectæ id est, inferiori modo a Deo esse habent. Quantum vero ad angelos infimæ hierarchiæ, angelicæ virtutes habent esse a Deo, extremæ id est, infimo modo. Sed extremæ & infimæ dicitur in angelis per comparationem ad superiores, sed per comparationem ad nos sunt supermodum, & super modum verum mundanarum Dei bonitatem participant. Deinde cum dicitur. Et anima, &c. distinguunt quosdam gradus in inferioribus, scilicet in animabus & in corporalibus substantiis. Et hoc dupliciter. Primo secundum ordinem qui est inter esse & bene esse. Et hoc est quod dicitur quod omnia alia existentiæ in anima habent esse & bene esse, & denominantur existentia & bene existentia in quantum habent esse & bene esse a primo ente, & in quantum sunt in primo ente & entia & bene entia, & hoc secundum eandem rationem secundum quam dicuntur hæc de angelis. Secundo ostendit gradum in istis quantum ad progressum essendi, huiusmodi enim incipiunt esse ex ipso primo ente, sicut ex primo principio, & in ipso primo ente custodiuntur, id est, continentur sicut in primo principio, quod est causa non solum faciens sed & conseruans in esse, & ad ipsum primum ens terminantur omnia sicut ad vltimum finem. Huiusmodi autem gradus attribuuntur substantiis inferioribus in quantum sunt mutationi subiectæ, per quam esse incipiunt & meliorantur secundum processum de esse in bene esse. Deinde cum dicitur. Et quædam quidæ dignitates, &c. ostendit quod Deus est causa ipsius esse commune. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit quod ipsum esse commune esse omnibus commune. Secundo ostendit qualiter ipsum esse commune se habeat ad Deum, ibi. Et ipsum autem esse &c. Dicit ergo primo, quod Deus distubuit superioribus substantiis quædam nobiliores proprietates esse

sendi per quas superiores substantiæ vocantur æternæ, quasi semper existentes secundum illud Psalmistæ eleuamini portæ æternales. Dicuntur autem æternæ, quia quantum ad aliquid æternitatem participant, non quia semper fuerunt, sed quia ex quo fuerunt, nunquam desinunt esse. Et licet huiusmodi dignitates essendi superioribus tantum substantiis conueniant, tamē hoc ipsum quod est esse, ab omnibus existentibus non derelinquitur, quia nihil potest dici existens nisi habeat esse. Deinde cum dicitur. Et ipsum autem esse &c. ostendit quomodo esse se habeat ad Deum, & dicit quod ipsum esse commune est ex primo ente, quod est Deus, & ex hoc legitur quod esse commune aliter se habeat ad Deum quam alia existentia. quantum ad tria. Primo quidem quantum ad hoc, quod alia existentia dependent ab esse commune, non autem Deus, sed magis esse commune dependet a Deo. Et hoc est quod dicitur quod ipsum esse commune est ipsius Dei, tanquam ab ipso dependens, & non ipse Deus est esse commune, nisi se communi tanquam ab ipso dependens. Secundo quantum ad hoc quod omnia existentia continentur sub ipso esse commune, non autem Deus, sed magis esse commune continetur sub eius virtute, quia virtus diuina plus extenditur quod ipsum esse commune. Et hoc est quod dicitur, quod esse commune est in ipso Deo sicut continentum in continente, & non sicut conuersio ipse Deus est esse commune. Tertio quantum ad hoc quod omnia alia existentia participant eo quod est esse, non autem Deus, sed magis ipsum esse creatum est quædam participatio Dei & similitudo ipsius. Et hoc est quod dicitur quod esse commune habet ipsum scilicet Deum, vt participans similitudinem eius, non autem ipse Deus habet esse, quasi participans ipso esse. Et hoc patet, quod ipse Deus est ipse esse creati æuum & duratio eius, hoc est, durationis ratio, & est etiam principium eius & mensura, ita tamen quod ipse est existens ante omnem substantiam, & ante omne ens, & ante omne æuum, & non solum est ante, duratio vel ordinis, sed etiam causalitate, quia est omnium substantiarum, sicut causa subsistenti omnibus, & principium essendi omnibus, & medietas, & secundum quod duratio & processus omnium est ab eo, & est etiam finis in quem omnia tendunt. Deinde cum dicitur. Propter hoc ab eloquiis &c. infer conclusionem ex dictis. Et dicit quod propter hoc quod Deus est principium omnibus, in sacra scriptura ipse Deus qui vere præexistit omnibus, multipliciter laudatur secundum omnem rationem existentium. Dicitur enim de eo quod erat & est & futurus est. Apo. 1. per quod intelligitur, quod factum est id est, præteritum, & quod sic id est, præsens, & quod fiet id est, futurum. Quod quidem non est intelligendum quasi esse diuinum subiacet tempori, sed per hoc significatur his qui possunt intelligere diuina, vt decet secundum Deum, quod omne esse secundum quemque rationem essendi, substantiæ existit in eo qui omnium existentium est causa. Non enim esse suum est finitum per aliquam naturam determinatam ad genus vel speciem vt possit dici quod est hoc & non est illud, vt sit determinatæ etiam substantiæ spirituales, neque etiam per locum vt possit dici quod est hic & non est ibi, sicut accidit in corporibus, sed ipse quasi omnium causa est id est, omne esse in se præhabet, & in ipso comprehenduntur & præhabentur principia omnium entium, & fines, non tamen eodem modo sicut in ipsi rebus, sed ipse est super omnia

omnia, sicut ante omnia supereminenter existens. Et quia in ipso quodammodo sunt omnia, quasi in se omnia comprehendens, simul de ipso omnia prædicantur, & simul ab ipso omnia renouantur, quia nihil est omnium, sed super omnia, sicut dicitur quod ipse est omnis figuræ, in quantum omnes in ipso præexistunt, & tamē est sine figura, quia non habet esse ad modum rerum figuratarum. Et eadem ratione est omnis pulchritudinis, & tamen sine pulchritudine, in quantum scilicet ipse in se ipso incomprehensibiliter & excellenter præcepit principia, media, & fines, non secundum aliquam compositionem, sed ex hoc quod ipse secundum vniuersalem vnam omnibus esse infundit, superlucendo eis absque sui maculatione, non enim alterans alterat sicut in corporibus accidit. Deinde cum dicitur. Si n. no. sol. &c. manifestat quod dicitur per exemplum sensibile. Et dicit quod noster sensibilis sol vnus existens & vniuersiter lumen infundens omnibus, omnia sensibilia & quantum ad substantias & quantum ad qualitates renouat quibusdam corruptis, alia de nouo generando, sicut in plantis & in vitibus ex glo percussis apparet, & nutrit omnia viuientia & custodit, id est, conseruat vniuersaliter omnia tam viuientia quam non viuientia, & perficit, id est, ad vitam & debitam perfectionem adducit, & discernit, id est, distinguit sensibilibus diuersitatem, & vnit, ex multis vnam constituendo & plantas hyeme per frigus exicatas reserore facit, etiam infra tecta conclusas, & facit eas germinare, & eius virtute germinant plantæ, vires & animalia, & commutat ea quæ commutantur in rerum natura. & collocat, id est, firmiter esse & conualescere facit vnumquodque in suo loco vel etiam in suis principis. Iterum ex planta facit prodire fructus & semina & alias plantas, & sursum mouet alimentum a radice plantarum ad summitates ipsarum, & viuificat omnia quæ viuunt, & vnumquodque omnium naturalium corporum secundum suam proprietatem participat virtutem vnus & eiusdem solis. Ex quo patet, quod vnus & idem sol in se ipso casualiter præcepit vniuersaliter, id est, secundum suam virtutem ea quæ a diuersis participantur. Non enim effectus participantur causa nisi causa in se præhaberet & casualiter ea quæ sunt effectuum. Eadem autem est proportio cause particularis ad suos particulares effectus & cause vniuersalis ad suos, quinimmo plus insit causa vniuersalis ad suos effectus quam causa particularis. Si igitur in sole secundum vnam eius virtutem præexistunt vniuersaliter omnes eius effectus, multo magis in Deo qui est causa & ipse solis & omnium existentium, concedendum est quod præexistant exemplares rationes omnium entium secundum vniuersaliter super substantialia quæ scilicet omnium substantiarum vniuersaliter excedit. Sic enim omnia præexistunt in Deo sicut ipse omnium est productiuus, productiuus autem omnes substantias secundum virtutem qua excedit substantias omnes. Vnde sequitur quod omnia in Deo præexistant secundum virtutem substantialiter vnam.

LECTIO III.

De exemplaribus rerum.

Exemplaria autem esse dicimus in Deo existentium rationes substantias, & singulariter præexistentes, quas theologia prædiffinitiones vocat, & diuinas & bonas voluntates, existentium prædeterminatas & effectiuas, secundum quas substantialis essentia oia prædiffiniuit & produxit. Si autem Philosophus Clementis probat & ad aliquid quidem exemplaria dici in existentibus principaliora, procedit quidem non per propria, & perfecta & simplicia nomina sermo illi. Concedentibus autem & hoc recte dici, memoranda est theologia dicens, quod non demon-

strabo tibi illa, vt eas post illa, sed vt per istorum proportionalem cognitionem ad omnium causam, sicut possumus sursum agamur. Igitur omnia existentia ipsi secundum vnam omnium segregatam vniuersalem sunt attribuenta, quoniam ab essentia substantiæ processione & bonitatis incipiens, & per omnia vadens, & omnia ex ipsa essentia implens, & in omnibus existentibus exultans, omnia quidem in se ipsa præhabet secundum vnam simpliciter excessum omnem dupliciter eodem modo continet secundum super simpliciter ipsam infinitatem, & ab omnibus singulariter participatur, quemadmodum & vox vna existens & eadem a multis audietibus sicut vna par-

plaria dici possunt, ad quarum imitationem vult res in esse producere, sicut producit artifex artificia ad imitationem formarum artis quæ mente concepit, quæ etiam artificialium exemplaria dici possunt. Hoc est ergo quod dicitur, quod exemplaria dicimus esse non res aliquas extra Deum, sed in ipso intellectu diuino quasdam existentium rationes intellectuales, quæ sunt substantiarum factiæ, & præexistunt in Deo singulariter, id est, vnite, & non secundum aliquam diuersitatem, & huiusmodi rationes sancta scriptura vocat prædiffinitiones sue prædestinationes, secundum illud Rom. 8. Quos prædestinauit, hos & vocauit, & vocat etiam eas diuinas & bonas voluntates, secundum illud Psalm. Magna opera domini, exquisita in omnes voluntates eius. Quæ quidem prædiffinitiones & voluntates sunt distinctiue entium & effectiue ipsorum, quia & huiusmodi rationes super substantialis Dei esse prædeterminauit, omnia produxit. Deinde cum dicitur, si autem philosophus &c. excludit contrarium errorem ponendum exemplaria rerum esse quædam supra mentem separata. Et imponit hunc errorem cuidam Clementi Philo. & dicit quod si ille philosophus approbat quod quantum ad aliquid ea quæ sunt principaliora in existentibus dicuntur inferiorum exemplaria, non procedit eius ratio per nomina propria & perfecta & simplicia. Exemplar enim est secundum quod fit aliud & sic exemplar imitatur. Res autem non sunt factæ ad hoc vt imitentur aliqua superiora entia, sed ad hoc quod in eis impleatur quod diuina sapientia ordinauit. Vnde non sunt propria rerum exemplaria quæcunque rerum principalia, similiter etiam non sunt perfecta exemplaria, cum & ipsa aliis exemplaribus indigeant, non sunt etiam simplicia quia sunt simul exemplaria & exempla. Sed si & hoc concedatur quod hoc recte dici possit quod superiorum exemplaria in quantum inferiora imitantur secundum quod possunt superiora, tamen commemoranda est sacra scriptura sententia, quæ dicit. Non monstrabo tibi illa scilicet superiora entia vt eas post illa, sed vt cognoscendo ista secundum nostram proportionem eleuemur prout possumus ad cognoscendum omnium causam. Sic ergo concedi potest quod sunt exemplaria, non quidem, vt eis finaliter conformemur, sed vt per eorum considerationem tendamus in Deum cui conformari debemus. Sumitur autem sententia illa sacra scripturæ ex hoc quod dicitur Deut. 4. Ne forte inquit, oculis eleuatis ad cælum vi. so. & lu. & omnia alia cæli. & er. de. co. & ado. ea. Deinde cum dicitur. Igitur oia ex, &c. epilogat quæ supra dicta sunt, ostendens quomodo Deus habet vniuersalem habitudinem ad omnia. Concludit ergo primo ex præmissis quod omnia sunt ei attribuenda, non quidem secundum aliquam compositionem, sed secundum aliquam simplicem vniuersalem. Et hoc ideo, quia ipse Deus incipit suam perfectionem aliis communicare ab ipsa processione essendi per quam res substantiæ ab ipsa processione bonitatis, hæc inueniuntur primo inter ea quæ a Deo

LECTIO III.

Exemplaria autem esse dicimus, in Deo existentium rationes, & c. Postquam Dionysius ostendit Deum esse causam omnium entium secundum proprias naturas, hic determinat de exemplaribus rerum secundum quæ, quæcunque res in propriis naturis producere esse videntur. Et circa hoc duo facit. Primo enim ostendit quæ sunt rerum exemplaria. Secundo excludit errorem, ibi. Si autem philosophus Clementis, &c. Circa primum considerandum est quod Platonicus ponentes Deum esse totius esse causam, quia credebant quod idem non posset esse causa plurium secundum propria in quibus differunt, sed solum in id quod est omnibus commune, posterius quasdam secundas causas, per quas res ad proprias naturas determinantur, &

Deo procedunt in creaturas esse & bonum, posteriora enim his sunt vita & sapientia & huiusmodi processio esse & bonitatis vadi...

nomine vite ostenditur in Deo causalitas omnis vite. Secundo manifestat diuinam vite causalitatem, ibi: {Et quid immortalis...}

CAPVT VI.

De vita.

LECTIO I.



Ed de istis quidem in aliis opportunis dictum est. Nunc autem laudanda est nobis vita eterna...

Ed de istis quidem in aliis opportunis dictum est &c. Postquam Dionysius determinat de vita, quia processio vite est minus communis quam processio ipsius esse...

nem vite, quia vita ultra plantam non procedit. Destructa autem vita participata in creatur...

quod est per se esse, est causa, ita & hic rursus, quod & ipse per se vite semper viuens diuina vita est viuificatio & substantificatio...

LECTIO II.

Causalitas quantum ad proprietates humana vite.



Ans autem & vitis sicut commixtis contingentem ad angelorum fontem vitam, & superemana-

tionem vite, quia vita ultra plantam non procedit. Destructa autem vita participata in creatur...



Ans autem & vitis sicut commixtis contingentem &c. Hec manifestat Dionysius diuinam causalitatem quantum ad proprietates humana vite...

ne bonitatis & recedentes nos ad seipsum conuertens & reuocans. Et quod quidem est diuinius & totos nos, dico animas & coniuga corpora ad perfectam vitam & immortalitatem...

surgerent, sed mihi & tibi id est, fidelibus omnibus secundum veritatem fidei apparet quiddam diuinum & supra naturam...

SUPER CAPVT VI. LECTIO I.



Ed de istis quidem in aliis opportunis dictum est &c. Postquam Dionysius determinat de vita, quia processio vite est minus communis quam processio ipsius esse...

INDIONYSIVM

cum dicit. Et suo intellectualem &c. ostendit habitum diuini...

peruincens & princeps vitæ, vitæ & omnis vitæ causa, & vitæ generatiua, & adimpletiua, & discretiua & diuisiua vitæ & ex omni vitæ est laudanda secundum multam fecunditatem omnium vitarum sicut largissima, & omnis vitæ contemplatione comprehensa & laudata, & sicut non indigens, magis autem superplena, per se viuens, & sicut super omnem vitæ viuificans & superiuuens, aut quomodo aliquis vitam superiuuentem & ineffabilem humane laudet.

CAPVT VII. De sapientia, mente, ratione, veritate & fide.

LECTIO I.



Ge autem si videtur bonam & æternam vitam, &c. Postquam Dionysius determinauit de ente & vita, hic determinat de sapientia & his quæ sapientie adiunguntur ad cognitionem pertinentia.

magis autem sicut omnis sapientie substantiatiua & super omnem sapientiam & prudentiam superexcellentem. Non enim...

LECTIO I.



Ge autem si videtur, bonam & æternam vitam, &c. Postquam Dionysius determinauit de ente & vita, hic determinat de sapientia & his quæ sapientie adiunguntur ad cognitionem pertinentia.

ta, quam sapientia, quia quædam sunt quæ non viuunt, & quedam viuunt quæ non cognoscunt. Et hoc Dionysius subtiliter insinuat.

tantum Deus superplenus sapientia, & prudentia ipsius non est numerus, sed super omnem rationem & mentem & sapientiam supercollocatur. Et hoc supernaturaliter intendens diuinus vere vir communis nostri & ducis Sol, stultum Dei sapientius hominibus esse dicit, non solum quoniam omnis humana deliberatio, error quidam iudicata ad stabile & manens diuinorum & perfectissimorum intellectuum, sed quoniam consuetum est Theologis contraria passione in Deo ea quæ sunt priuationis dicere. Ita & inuisibile dicunt eloquia, clarissimum lumē & multum laudabilem & multum nominabilem, ineffabile & innominabilem, & omnibus præsentem & ex omnibus inuentum, incomprehensibilem & non inuestigabilem. Hoc modo igitur & nunc diuinus Apostolus laudare dicitur stultitiam Dei, quæ apparet in ipsa præter rationem & inconueniens, ad ineffabilem, & ante rationem omnem sursum agens veritatem. Sed quod in aliis dixi, iuxta modo ad ipsam diuinam sapientiam excellentem non habere debeat, ibi. Sed quod in aliis dixi &c. Circa primum tria facit. Primo proponit quod intendit, scilicet quod Deus non tantum dicitur superabundanter plenus omni sapientia, & quod habet prudentiam infinitam, sed etiam dicitur esse summus supra omne id quod ad cognitionem pertinere videtur, scilicet supra rationem, & super mentem, id est, intellectum, & super sapientiam, quæ est perfectio intellectus. Secundo, ibi. Et hoc supernaturaliter &c. probat excessum diuine sapientie, dicens. Supernaturali modo intelligit Paulus qui fuit diuinus vir ex participatione diuine sapientie, & fuit solus magister illius tam Dionysij quam dicitur eius, id est, Ierothemi, qui fuit eius magister, dicit. 1. Cor. 1. Quod stultum est Dei, sapientius est hominibus. Tertio ibi. Non solum quoniam &c. exponit auctoritatem inductam. Vbi considerandum est, quod duplex modus inuenitur in scripturis ad signandum excellentiam diuinorum. Quoniam enim ea quæ ad priuationem & defectum pertinent, rebus creatis attribuuntur secundum comparationem ad excellentiam diuinam, sicut si dicamus, quod omnis iustitia hominis est immunditia in comparatione ad Dei iustitiam: & similiter possumus dicere quod omnis humana deliberatio & cognitio reputatur quidam error in comparatione ad stabilitatem & permanentiam diuine & perfectæ cognitionis, quam pluraliter nominat propter cognoscendam pluralitatem. Alio modo consuetum est in diuina scriptura, ut ea quæ priuatiue dicuntur Deo attribuantur propter eius excessum, sicut Deus qui est clarissimum lumen, dicitur inuisibilis, & qui est ex omnibus laudabilis & nominabilis dicitur ineffabilis & innominabilis, & qui est omnibus præsens dicitur incomprehensibilis quasi sit omnibus absens, & qui est omnibus rebus inuenti potest, dicitur non inuestigabilis, & hoc propter difficultatem inueniendi, quia nusquam eius spheræ circumferentia est, sed punctus eiusdem spheræ intelligibilis vtrouaque est, & hæc cuncta dicuntur propter eius excessum. Sic igitur & Apostolus in Deo laudat stultitiam propter id quod apparet in Dei sapientia, propter nostram rationem & ut nobis inconueniens, dum non possumus Dei sapientiam comprehendere, & per hoc eleuat nos ad veritatem diuinam, quæ est nobis ineffabilis, & quia omnem nostram

nostram rationem excedit. Deinde cum dicit. Sed quod in aliis dixi &c. Dicit qualiter nos habere debeamus ad excellentiam diuine sapientie. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit quomodo decipimur in contemplatione diuine sapientie. Et dicit quod sicut in aliis libris suis dixit, dum res diuinas quæ sunt supra nos, uolumus accipere secundum modum nostrum, & dum insitimus rationi nostræ quæ constituitur sensibus, a principio, scilicet a sensibus ueritatem colligentes, & dum uolumus comparare res diuinas rebus nostris quæ scilicet nostris sunt non, hoc decipit uolentes perferuari rationem diuinam & ineffabilem nobis, secundum illud quod nobis apparet per rationem & per sensum. Secundo, ibi. Oportet autem &c. Ostendit quomodo hanc deceptionem uitemus. Et dicit quod oportet considerare quod mens nostra duo habet ad intelligibilia se habentia. Primo quod habet naturalem uirtutem, id est, intelligentiam per quam inspicere potest intelligibilia sibi proportionata. Secundo uero habet quandam unionem ad res diuinas per gratiam quæ excelsis naturam mentis nostræ, per quam unionem coniunguntur homines per fidem ad quamcumque cognitionem ad ea quæ sunt super naturalem mentis uirtutem. Oportet ergo ut intelligamus diuinam secundum hæc unionem, ergo quia non trahendo diuinam ad ea quæ sunt secundum nos, sed magis totos nos statuamus supra nos in Deum, ita per prædictam unionem totaliter deificemur. Et quia postea aliquis dicere quod hoc nobis esset nociuum si nos ipsos deificaremus, ideo hoc tertio excludit, ibi. Melius enim &c. Et dicit quod cum Deus sit melior nobis, melius est nobis quod sumus dei per unionem, & quod non sumus nostri ipsorum, nostris naturalibus innitentes, quam quod sumus nostri ipsorum. Sic enim nobis factus cum deo, & cum deo unio fuerimus, diuina nobis dona aderunt quæ percipere non possumus si dei unionem negligentes nobis ipsos inhaeremus.

LEC. II.

Causalitas diuina sapientie, primo in generali.



Anc igitur irrationabilem & amentem & stultam sapientiam excedit laudatam, dicimus, quod omnis est mentis & rationis, &

LEC. II.



Anc igitur irrationabilem & amentem & stultam sapientiam &c. Postquam Dionysius ostendit excessum diuine sapientie, hic ostendit causalitatem ipsius. Et primo in generali. Secundo in speciali, ibi. Ex ipsa intelligibiles &c. Recolligit ergo primo excessum diuine sapientie, dicens, quod diuina sapientia laudatur excellenter sicut irrationabilis, in quantum excedit rationem, & sicut amentis in quantum excedit mentem, & sicut stulta in quantum excedit habitum mentis, scilicet sapientiam. Et adiungit causalitatem diuine sapientie, ponens tres condiciones huius cause. Primo quidem causalitatem eius, dicens quod diuina sapientia causa est per suam similitudinem per aliqualem participationem, potentiarum et practicarum & cognoscitiuarum, scilicet {mentis} id est, intellectus, & {rationis}, quæ est intellectum & habitum practicum, & cognoscitiuorum, scilicet {sapientie} quæ est habitus contemplatiuus mentis, & {prudentie}, quæ est ratio recta in agendis. Secunda conditio huius cause est, quod effectus dicuntur de ipsa, ipsa enim est omne consilium, & tamen ab ipsa est omnis cognitio & prudentia, Tertia conditio huius cause est, quod effectus existunt in ipsa. In ipsa enim sapientia dei, quæ est Christus, sunt omnes thesauri sapientie & scientie absconditi, sicut Apostolus dicit Colos. 1. Et huiusmodi tertia conditio est causa secunda. Ideo enim Deus nominatur a suis effectibus, quia effectus supereminenter præexistunt in ipso. Vnde quantum ad abundantiam sapientie & cognitionis in deo utitur nomine thesaurorum, quantum uero ad eminentiam diuine cognitionis prout excedit nostrum intellectum attribuit huiusmodi thesauro absconsonem. Et hanc quidem uniuersalem diuinæ sapientie causalitatem manifestat per similitudinem præmissorum, scilicet bonitatis, essentiae, & uirtutis. Et dicit sicut dicitur in prædictis, cōsequenter & hic dendum est, quod Deus qui est causa supereminenter sapiens & abundanter, utpote omnem sapientiam habens & causa, dans & etiam ipsi per se sapientia, prout in intelligitur ut quoddam formale siue intelligitur in uniuersali siue in particulari, prout inducit sapientia huius uel illius. Deinde cum dicit. Ex ipsa intelligibiles. Ostendit causalitatem diuine sapientie in particulari respectu singulorum. Et primo quantum ad angelos. Secundo quantum ad animam rationalem, ibi. Propter diuinam sapientiam &c. Tertio quantum ad sensus, ibi. Sed & aliquis non peccet &c. Quarto quantum ad demones non in quantum est deprauatio cognitionis, sed in quantum est de natura sua in quibus est scientia quædam cognoscens. Circa primum tria facit. Primo ponit processum angelicæ cognitionis a deo. Et dicit quod ex ipsa diuina sapientia uirtutes angelicarum mentium quæ sunt intelligibiles, in quantum sunt immateriales, & sunt intellectuales in quantum intelligere possunt, secundum quædam diuinæ similitudinis participationem {habent} quidem {intellectus} simplices, secundum proprietatem suæ naturæ, & beatos secundum unionem ad Deum, & bonos secundum proprietatem suæ scientie dirigere sermone ad Deum. Secundo ibi. Non in diuisibilibus &c. manifestat simplicitatem angelici intellectus per remotionem eorum quæ in nostro intellectu compositionem inducunt. Est autem considerandum quod in nobis est duplex compositio intellectus. Vna quidem quæ pertinet ad inuentionem ueritatis. Alia uero quæ pertinet ad iudicium. Inueniendo quidem quasi congregantes, ex multis ad unum procedimus, siue multa dicuntur diuersa sensibilia, per quorum experimentum ueritatem cognitionem accipimus, siue multa dicuntur diuersa signa ex quibus ratiocinando ad talem ueritatem peruenimus. Non solum autem ab huiusmodi multis & diuisibilibus procedimus ad unam intelligibilem ueritatem, cum primo scientiam acquirimus, sed etiam iam scientia habentes in ipsis multis uel diuisibilibus per quandam applicationem, consideramus quod iam uniuersali cognitione tenemus. In iudicio uero procedimus ab aliquo cōmuni principio ad prædicta multa & diuisibilia, siue particularia sui effectus & signa. Vtrumque autem istorum ab angelis excludens dicit, quod intellectus angelorum non congregant sicut nos diuinam cognitionem in diuisibilibus diuersis considerantes quæ iam sciunt, aut ab huiusmodi diuisibilibus scientiam acquirentes. {Diuisibilibus} dico {aut sensibilibus} quantum ad sensibilia, {aut sermonibus diffusis} id est, rationibus, ut alia translatio habet. Nam logos in græco, & rationem & sermonem significat. Et dicitur ratio diffusa, propter processum ex uno in aliud, neque & prædictæ intellectuales uirtutes similiter Dion. de diuin. nom.

ut in nobis aguntur ab aliquo communi ad ista multa & diuisa, sed cum sint pura ab omni materia, per quod differunt a sensibus & sensibilibus, & multitudinem, per quod differunt a rationibus diffusis, & intelliguntur intelligibilia diuinorum, non sensibilibus neque rationabiliter, sed intellectusualiter, sed & immaterialiter, ad differentiam sensus, & uniformiter ad differentiam rationis. Tertio ibi. Et est ipsius intellectusualis virtus & assignat causam tam excellentis cognitionis in angelis. Et primo quidem ex parte naturae ipsorum. Et dicit quod ipsis angelis est virtus & operatio intellectusualis re splendens puritate multa & immaculata. Munda quidem per remotio nem exterioris inquinantis. Et haec puritas in eis puenit ex duobus. Primo quidem ex quadam simplicitate naturali & immaterialitate, & conuenit ipsis intellectibus angelicis quos uocat diuinos propter propinquitate & similitudinem ad Deum, & ex hac simplicitate, & immaterialitate redduntur simpliciores, acute intelligentes. Secundo etiam respiciuntur in eis puritas ex dono diuinitus eis dato, per quod uniuertur ad Deum, per quod quidem donum secundum eorum possibilitatem intendunt ad diuinum, id est, ad hoc ipsum quod Deus est, ad diuinam mentem & rationem, quae omnem sapientiam excedit. Est ergo in eis puritas intellectus & splendor tam eorum simplicitate, quam etiam ex dono diuinae gratiae. Deinde cum dicitur. Propter diuinam sapientiam &c. Ostendit quomodo animorum rationalitas a diuina sapientia deriuatur. Et dicit quod propter diuinam sapientiam & animarum humanarum habent quod sint rationales. Et ad exponendum secundum quid animae rationales dicantur, subiungit, quod circumuenitur circa ueritatem existentium diffusae & circulo. Veritas enim existentium radicaliter consistit in apprehensione rerum, quam quidem rationales animae non sicut apprehendere possunt per seipsam, sed diffundunt se per proprietates & effectus qui circumstant rei essentiam, ut ex his ad propriam ueritatem ingrediantur. Haec autem circulo quodam effectum dum ex proprietatibus & effectibus causis inueniunt, & ex causis de effectibus indicant. Et quia mentes angelicae secundum ueritatem & simplicem considerationem ueritatem inspicunt, deficiunt ab eis animae in quantum per diuisionem & multitudinem uariarum rerum diffunduntur, ad ueritatis cognitionem. Sed tamen in hoc ipso quod multa in unum conuoluerunt possunt, sicut cum ex multis effectibus & proprietatibus proueniunt ad cognoscendam rei essentiam, & in tantum dignae habentur animae ut homines habeant intellectus quodammodo angelis aequales, scilicet secundum proprietatem & possibilitatem animarum. Inquisitio enim rationis ad simplicem intelligentiam ueritatis terminatur, sicut incipit a simplici intelligentia ueritatis quae consideratur in primis principiis. Et ideo in processu rationis est quadam conuolutio ut circulus, dum ratio ad uno incipiens per multa procedens, ad unum terminatur. Deinde cum dicitur. Sed & aliquis non peccet &c. ponit quod etiam cognitio sensitiua a diuina sapientia deriuatur. Et dicit quod aliquis non peccabit quasi diuertens ab intentione proposita, secundum quam intendimus processum diuinae sapientiae assignare, si quis etiam ipsos sensus esse quadam resonantiam dixerit sapientiae diuinae. Infimum enim cuiuslibet processions resonantia nominatur, ad similitudinem eius quod non potest sentiri de sono, propter distantiam. Sicut enim ultimum uirtus est in planis, ita infimum cognitionem est in sensu. Nam diuina sapientia est super omnem cognitionem, eius primus effectus est cognitio intellectusualis angelici, quae tota in uniformitate consistit. Secundus effectus est cognitio

rationis, quae multa ad unum conuoluit. Tertius autem effectus est cognitio sensitiua, quae circa multa diffunditur, sed uniformitatem cognoscere non ualeat. Deinde cum dicitur. Et quidem daemoneum mens &c. Ostendit quod etiam cognitio daemoneum a diuina sapientia deriuatur. Et ponit ultimo cognitionem daemoneum, quia est cognitio deprauata, licet secundum naturae ordinem sit aliorum cognitione rationis & sensus. Et dicit quod mens daemoneum in quantum retinet de natura, & uirtute mentis, ex diuina sapientia procedit, sed in quantum habet cognitionem deprauatam per malam uoluntatem, dum summum bonum quod naturaliter desiderat neque sic consequitur, neque uult eo modo quo oportet, in hoc magis cadit a diuina sapientia, qui quidem casus non est eius a deo sed ex libero arbitrio. Ultimo autem recapitulat quod dixerat. Et dicit quod dictum est quod diuina sapientia est principium quod tota cognitionis emanatio incipit & causa ipsam profundens. & substantificatrix in quantum facit esse sapientiam in unoquoque & perfectio in quantum cognitionem ad perfectum adducit, & custodia, id est, conseruatio, & finis, quia in hoc terminatur omnis cognitio quod Deus cognoscatur. Est igitur diuina sapientia & principium & causa ipsius sapientiae secundum se accipere in communi, & omnis mentis, id est, intellectus quantum ad angelos, & omnis rationis, quantum ad homines, & omnis sensus, quantum ad animalia.

LECTIO III.

Quomodo Deus cognoscit per diuinam sapientiam.



VOMODO enim intelligit aliquid intelligibilem non habens intellectuales operationes? Aut quomodo cognoscet sensibilia super omnem sensum collocatus? Et quidem omnia ipsum sci re dicunt eloquia, & nihil effugere diuinam cognitionem. Sed quod dixi multoties, diuina ut decet Deum intelligere conuenit. Etenim sine mente & non sensibile secundum excessum non secundum defectum in deo est ordinatum, sicut irrationalia reponimus ei qui est super rationem, & imperfectione ei qui est super perfectum, & impraeceptibile & inuisibile caliginis luminis inaccessibile secundum excessum uisibilem luminis: quare diuina mens omnia continet, ab omnibus segregata cognitione,

ducit, & custodia, id est, conseruatio, & finis, quia in hoc terminatur omnis cognitio quod Deus cognoscatur. Est igitur diuina sapientia & principium & causa ipsius sapientiae secundum se accipere in communi, & omnis mentis, id est, intellectus quantum ad angelos, & omnis rationis, quantum ad homines, & omnis sensus, quantum ad animalia.

LECTIO III.



VOMODO enim intelligit aliquid intelligibilem non habens &c. Postquam Dionysius manifestauit eminentiam & causalitatem diuinae sapientiae, hic ostendit quomodo per diuinam sapientiam Deus cognoscatur. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit quomodo Deus cognoscatur. Secundo quomodo cognoscatur, ibi. Praeterea inquirere oportet &c. Circa primum tria facit. Primo mouet dubitationem. Secundo soluit eam, ibi. Sed quod dixi multoties, &c. Tertio ex solutione posita quadam conclusionem infert, ibi. Igitur ipsa diuina sapientia &c. Dicit ergo primo, quod cum Deus sit super omnem sapientiam, ipse tamen laudatur in sapientia, & ut mens, & ut ratio, & ut cognitor. Est enim dubitatio quomodo possit intelligere intelligibilia, cum non habeat intellectuales operationes & quomodo possit cognoscere sensibilia, cum sensum non habeat, sed sit super omnem sensum, & quod nihil effugit diuinam cognitionem, secundum illud Hebraeorum. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius, & non est ulla creatura inuisibilis in conspectu eius. Deinde cum dicitur. Sed quod dixi multoties, &c. Soluit propositam dubitationem. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit quomodo sensus & intellectus remoueantur a Deo. Secundo quomodo cognitio ei conueniat, ibi. Quare diuina mens, &c. Tertio probat per autoritatem, ibi. Et hoc arbitror tradere, &c. Dicit ergo primo, quod sicut multoties dictum est, conueniens est ut intelligantur diuina ut decet Deum. Quod enim dicitur quod Deus est sine intellectu & sine sensu, non est accipiendum secundum defectum, quasi Deus deterior sit his quae habent sensum uel intellectum, sed in excessum accipi debet, quae scilicet omnia intelligibilia excedit, sicut attribuitur ei irrationalia, in quantum est supra rationem, & attribuitur ei imperfectionem

in quantum est perfectus super omnia & ante omnia, & attribuitur ei quod est caligo impalpabilis & inuisibilis, in quantum est lumen inaccessibile, excedens omne lumen quod a nobis uideri potest uel per sensum uel per intellectum. Deinde cum dicitur. Quare diuina mens &c. Concludit ex praemissis quod diuina mens omnia cognoscendo & continet per cognitionem separatam ab omnibus, quia scilicet eius cognitio est supra cognitionem intellectus, & supra cognitionem sensus, in quantum cognoscit omnia per ipsam primam causam omnium, primo in se habens omnem scientiam quam omnia esse habeant, sicut prius habuit notitiam angelorum quae angeli fieret, & prius etiam intus in sui dispositione produxit angelos, & oia alia quam in propriis naturis esset, quasi sciens omnia, ut ita dicam, ab ipso primordialium rerum principio, & per suam scientiam duxit omnia ad hoc quod ipsa subsisterent. Deinde cum dicitur. Et hoc quod dixerat per autoritatem scripturae. Et dicit quod hoc quod dictum est significatur in sacra scriptura cum dicitur. Deus scit omnia antequam & potest accipere Ecclesiastici 23. ubi dicitur. Domino enim deo antequam crearetur omnia sunt agnita. Et exponit hoc dicens quod hoc quod dicitur quia diuina mens non

secundum omnium causam, in seipso omnium scientiam praecipiens. Antequam angeli fierent, sciens & producens angelos, & cuncta alia intus & ab ipso, ut ita dicam, principio sciens, & ad substantiam agens. Et hoc arbitror tradere eloquium quando dicit, qui scit omnia antequam fiant ipsa. Non enim ex existentibus existentia discens, nouit diuina mens, sed se ex seipso secundum causam omnium scientiam & cognitionem & substantiam praehabet, & praecipit non secundum uisionem singulis se immittens, sed secundum unam causam continentiam omnia sciens & continens, sicut & lumen secundum causam per semetipsum tenebrarum praecipit uisionem, non aliunde uidens tenebras quam a lumine. Igitur seipsam diuina sapientia cognoscens cognoscit omnia, immaterialiter materialia, & indiuisibiliter diuisibilia, & multa unitiue, in ipso uno omnia & cognoscens & producens. Etenim si secundum unam causam deus omnibus existentibus esse tradidit, secundum eandem causam sciet omnia, sicut ex ipso existentia, & qua in ipso praextiterunt, & non ex existentibus sumet ipsorum cognitio-

Quodam conclusionem infert, ibi. Non igitur Deus &c. Si enim Deus cognoscendo se, cognoscit omnia, sequitur quod non sit in ipso alia cognitio qua cognoscatur seipsum, & alia qua communiter comprehendit omnia. Si enim ita esset quod cognoscendo seipsum non cognosceret omnia, sequeretur quod eius causalitas alicubi uacaret, ita scilicet, quod essent aliqua non ab eo causata. Sic igitur impossibile est quod sit aliquid a deo non cognitum. Tertiam conclusionem infert, ibi. Ita igitur Deus &c. Si enim modus cognitionis sequitur cognitionis principium, ex quo Deus cognitionem rerum non accipit a rebus, sequitur quod non cognoscit existentia per cognitionem qua sit existentium, sed qua sit sui ipsius. Etenim & angelos scire dicunt eloquia ea qua sunt in terra, non secundum sensum ita cognoscens sensibilia quidem existentia, sed secundum propriam deiformis mentis uirtutem & naturam.

LECTIO III.

Quomodo cognoscatur Deus.



Propterea inquirere oportet quomodo nos cognoscimus deum, neque intelligibilem neque sensibilem neque aliquid uniuersaliter existentium existentem. Numquid igitur uerum est dicere, quod deum cognoscimus, non ex natura ipsius? Ignorantia, & omnem intellectum & rationem & mentem excedens, sed ex omnium totorum ordinatione sicut

lia, sed etiam singularia, quamuis homo intellectu cognoscatur uniuersalia, sensu uero singularia.

LECTIO III.



Propterea inquirere oportet, quomodo nos cognoscimus Deum &c. Postquam Dionysius ostendit quomodo Deus cognoscatur, hic ostendit quomodo cognoscatur. Et circa hoc tria facit. Primo mouet dubitationem. Secundo soluit, ibi. Numquid igitur uerum, &c. Tertio infert conclusionem ex dictis, ibi. Propter quod non omnibus Deus &c. Dicit ergo primo, quod cum dictum sit, quod Deus cognoscit omnia per essentiam suam quae est super intellectum & sensum & super omnia existentia, restat querendum quomodo nos possumus cognoscere Deum, cum ipse non sit intelligibilis, sed supra intelligibilia, neque sensibilis, sed supra sensibilia, neque est aliquid de numero existentium, sed super omnia existentia, omnis autem cognitio nostra est per intellectum uel sensum, nec cognoscimus nisi existentia. Deinde cum dicitur. Numquid igitur uerum est dicere, &c. Soluit propositam dubitationem. Et quia quaestio ita est, solutionem sub interrogatione infert. Est ergo haec solutio, quod nos cognoscimus Deum, non per naturam ipsius quasi ipsam essentiam eius uidentes, eius enim essentia est ignota creaturae, & excedit non solum sensum, sed etiam omnem rationem humanam, & etiam omnem mentem angelicam quantum ad naturalem uirtutem rationis, & mentis, unde non potest aliter conuenire alicui nisi ex dono gratiae. Non ergo cognoscimus Deum uidentes eius essentiam, sed cognoscimus Dion. de diuin. nom. E 2 scimus

scimus ipsum ex ordine totius uniuersitatis...

dicuntur. Et hoc recte &c. Ostendit quomodo conclusio...

ex ipso posita & imagines quasdam & assimilationes...

tabili profundo sapientia illuminata. Et quidem ex omnibus...

LECTIO V.

Quae sapientia adiunguntur.

Ratio autem deus laudatur a sanctis eloquiis...

est omnium causa & effectus in quantum res producit in esse...

LECTIO V.

Ratio autem laudatur deus a sanctis eloquiis &c. Postquam...

Ampliatem, & absoluta est, id est, separata uel abstracta ab omni...

existentis ueritas, circa quam sicut mundam & non erroneam...

ea deficiens, sed eam superans & excedens. Unde & sacra scriptura...

SVPER CAPVT VII. I. E. C. I. Ed quoniam diuina ueritate & super sap. &c. Postquam...

CAP. VIII. De uirtute, iustitia, saluatione, liberatione, in quo & de inaequalitate.

LECTIO I.

ED quoniam diuinam ueritatem, & super sapientem sapientiam, & sicut uirtutem laudant...

folum est virtutis causa sicut largiens virtutem, sed quia ipsam virtutem causat, sive accipiam virtutem uniuersalem sive aliquam virtutem particularem. Deinde cum dicitur. {Et sicut infinita virtutis &c.} quia dixerat quod deus producit omnia secundum virtutem infinitam, secundo ostendit quomodo virtus dei infinita dicatur.

Et circa hoc duo facit. Primo dicit secundum quam rationem virtus dei infinita dicatur. Secundo manifestat infinitatem diuinae virtutis per exemplum, sicut in deo non dicitur per extensionem, sicut in quantitate continua, sed per negationem, quia, inon finitur aut determinatur aliquo. Sic ergo virtus dei quicquid dicitur infinita, primo quidem quia non determinatur ad aliquem effectum, sed omnem virtutem producit. Secundo non solum propter hoc, sed eo quod non terminatur per commensurationem aliquis virtutis, sed esse super omnem virtutem, quia hoc ipsum quod nomine communi virtutis intelligitur est minus diuina virtute. Tertio quia non terminatur per ea que sunt sed potest finiri modis & infinitas alias virtutes producere per eas que sunt. Quarto quia si infinitas virtutes produceret prater eas que sunt, non propter hoc haberetur, aut debilitaretur eius actio superinfinita que est factiva omnis virtutis: & sic etiam patet quod nec sua actio finitur secundum quod actio ad effectum terminatur. Quinto dicitur infinita eo quod non terminatur intellectu. Est enim ineffabilis & ignota & que cogitari non potest diuina virtus cuncta excedens. Deinde cum dicitur. {Quae per abundantiam &c.} manifestat infinitatem diuinae virtutis signat, & exempla. Et dicit quod diuina virtus per se abundantiam possibilibus, i. potestatis etiam que sunt infirma firmat, id est, conseruat continentiam & fortiter tenet etiam illas res in quibus, sicut ultima resonantia virtutis, id est, que minimum participant de virtute, quod est signum infinitae virtutis, sicut videmus in potentiis sensibilibus quod lumina que sunt valde splendida possunt videri etiam ab eis qui habent debiles visus, & magni soni perueniunt ad auditus debiles, qui non de facili recipiunt sonos & ultra hoc non potest se extendere virtus luminis & soni, quia quod omnino non habet auditum, non potest audire quantumcumque magnum sonum, & quod totaliter non videt, non potest videre splendidum lumen. Sic igitur concludit quod distributio diuinae virtutis propter sui infinitatem procedit ad omnia existientia, & nullum est existens quod non habeat aliquam virtutem, sed oportet quod habeat aut virtutem intellectualem sicut angelus, aut rationalem sicut homines, aut sensibilem sicut animalia, aut uisceralem sicut plantas, aut substantialem sicut alia, & non solum existientia, sed etiam ipsum esse habet virtutem ad hoc quod sit a super substantiali dei virtute. Et dicitur, si fas est dicere, quod non sic proprie dicitur quod esse sit, sed quod per esse aliquid sit.

LECTIO II.

X ipsa sunt deiformes angelicorum ornatum uir, &c. Postquam Dionysius ostendit in communi processum diuinae virtutis ad entia, hic ostendit in speciali. Et primo distinguendo res in quas effectus diuinae virtutis procedunt. Secundo distinguendo ea que a diuina virtute inueniuntur in rebus, ibi. {Et firmat, &c.} Circa primum duo facit. Primo ostendit processum diuinae virtutis ad superiores creaturas scilicet angelos. Secundo ad inferiores. Ibi. {Procedunt &c.} Dicit ergo primo, quod ex diuina virtute procedunt omnes virtutes angelicorum ornatum, que sunt deo conformes. Apparet etiam in angelis virtus quantum ad tria. Primo quod dem quantum ad ipsum esse. Et secundum hoc dicitur quod ex diuina bonitate habent esse intranmutabile. Secundo quantum ad intelligere. Et secundum hoc dicitur quod ex diuina uirtute habent sempiternos motus intellectuales & immortales, quia, si semper actu intelligunt. Tertio quantum ad appetere. Et quantum ad hoc dicitur quod acciperunt a uirtute infinita boni ipsam fortitudinem per quam bonum desiderant absque diminutione talis desiderii. Hec quidem omnia habent a diuina uirtute, in quantum diuina uirtus immutabiliter eis & esse & posse respectu ipsorum, & quod desiderant absque fastidio, habentes ea que semper eis adsunt, & hoc ipsum quod esse posse desiderare quod semper possunt, est eis a deo. Deinde cum dicitur. {Procedunt autem &c.} Ostendit processum diuinae virtutis ad inferiores creaturas. Et dicit quod effectus indeficientis dei virtutis procedunt & ad homines & ad animalia & ad plantas, & ad omnes res naturales. Deinde cum dicitur. {Et firmat uita &c.} Ostendit quod inueniuntur in rebus a diuina uirtute. Et primo quantum ad ea que sunt communia omnibus. Quorum primum est unio. Et quantum ad hoc dicitur, quod diuina uirtus omnia que sunt unita conseruat ad quandam amicitiam sui & communionem. Secundum est discretio. Et quantum ad hoc dicitur, quod diuina uirtus firmat ea que sunt discreta ad inuicem ad hoc quod singula secundum propriam rationem & distinctionem conseruet inconfusa & incommuni ista ad inuicem. Tertium est ordo. Et quantum ad hoc dicitur, quod diuina uirtus conseruat cuiuslibet rei ordines secundum quos res ad inuicem ordinantur, & iterum dirigit unum quodque in ordine ad finem, quod est proprium bonum rei. Deinde ponit ea que pertinent ad singula. Et primo quantum ad angelos dicit quod diuina uirtus {custodit} immaculate a quacumque corruptione, & immortales uitas angelicarum unitatum, id est, substantiarum simplicium ipsorum. Secundo quantum ad corpora caelestia dicit quod custodit inuariabiliter substantias & ordines caelestium corporum & luminarium, scilicet Solis & Luna & stellarum. Tertio quantum ad aerum quod mensurat substantiam caeli, & dicit quod diuina uirtus facit quod possit esse aerum, quod est simplex mensura essendi. Et quantum ad tempus, quod est mensura motus, subiungit quod diuina uirtus omnes circuitiones temporis discernit processibus & congregat restitutionibus. Attribuit autem tempori circuitionem, eo quod sequitur circulationem reuolutionem caeli. Est autem in motu caeli duo considerare. Primo quidem quod in motu caeli semper sit renouatio situs, secundum transitum de loco ad locum. Secundo uero quod eglum redit ad eundem situm secundum circulationem motum. Ita etiam est & in tempore, quia secundum processum motus, succedit tempus tempori, ut hora horae, & dies diei. Et quantum ad hoc dicit quod tempus discernitur processibus. Secundum autem reditum alicuius celestis corporis ad eundem locum etiam & tempus restituitur in id quod praetererat, & sic quod erat futurum quodammodo ad praeteritum congregatur.

niuntur in rebus, ibi. {Et firmat, &c.} Circa primum duo facit. Primo ostendit processum diuinae virtutis ad superiores creaturas scilicet angelos. Secundo ad inferiores. Ibi. {Procedunt &c.} Dicit ergo primo, quod ex diuina uirtute procedunt omnes virtutes angelicorum ornatum, que sunt deo conformes. Apparet etiam in angelis virtus quantum ad tria. Primo quod dem quantum ad ipsum esse. Et secundum hoc dicitur quod ex diuina bonitate habent esse intranmutabile. Secundo quantum ad intelligere. Et secundum hoc dicitur quod ex diuina uirtute habent sempiternos motus intellectuales & immortales, quia, si semper actu intelligunt. Tertio quantum ad appetere. Et quantum ad hoc dicitur quod acciperunt a uirtute infinita boni ipsam fortitudinem per quam bonum desiderant absque diminutione talis desiderii. Hec quidem omnia habent a diuina uirtute, in quantum diuina uirtus immutabiliter eis & esse & posse respectu ipsorum, & quod desiderant absque fastidio, habentes ea que semper eis adsunt, & hoc ipsum quod esse posse desiderare quod semper possunt, est eis a deo. Deinde cum dicitur. {Procedunt autem &c.} Ostendit processum diuinae virtutis ad inferiores creaturas. Et dicit quod effectus indeficientis dei virtutis procedunt & ad homines & ad animalia & ad plantas, & ad omnes res naturales. Deinde cum dicitur. {Et firmat uita &c.} Ostendit quod inueniuntur in rebus a diuina uirtute. Et primo quantum ad ea que sunt communia omnibus. Quorum primum est unio. Et quantum ad hoc dicitur, quod diuina uirtus omnia que sunt unita conseruat ad quandam amicitiam sui & communionem. Secundum est discretio. Et quantum ad hoc dicitur, quod diuina uirtus firmat ea que sunt discreta ad inuicem ad hoc quod singula secundum propriam rationem & distinctionem conseruet inconfusa & incommuni ista ad inuicem. Tertium est ordo. Et quantum ad hoc dicitur, quod diuina uirtus conseruat cuiuslibet rei ordines secundum quos res ad inuicem ordinantur, & iterum dirigit unum quodque in ordine ad finem, quod est proprium bonum rei. Deinde ponit ea que pertinent ad singula. Et primo quantum ad angelos dicit quod diuina uirtus {custodit} immaculate a quacumque corruptione, & immortales uitas angelicarum unitatum, id est, substantiarum simplicium ipsorum. Secundo quantum ad corpora caelestia dicit quod custodit inuariabiliter substantias & ordines caelestium corporum & luminarium, scilicet Solis & Luna & stellarum. Tertio quantum ad aerum quod mensurat substantiam caeli, & dicit quod diuina uirtus facit quod possit esse aerum, quod est simplex mensura essendi. Et quantum ad tempus, quod est mensura motus, subiungit quod diuina uirtus omnes circuitiones temporis discernit processibus & congregat restitutionibus. Attribuit autem tempori circuitionem, eo quod sequitur circulationem reuolutionem caeli. Est autem in motu caeli duo considerare. Primo quidem quod in motu caeli semper sit renouatio situs, secundum transitum de loco ad locum. Secundo uero quod eglum redit ad eundem situm secundum circulationem motum. Ita etiam est & in tempore, quia secundum processum motus, succedit tempus tempori, ut hora horae, & dies diei. Et quantum ad hoc dicit quod tempus discernitur processibus. Secundum autem reditum alicuius celestis corporis ad eundem locum etiam & tempus restituitur in id quod praetererat, & sic quod erat futurum quodammodo ad praeteritum congregatur.

LECTIO II.

Processus diuinae uirtutis in speciali.



X ipsa sunt deiformes angelicorum ornatum uirtutes, ex ipsa & esse intranmutabilem liter habent, & omnes ipsorum intellectuales, & immortales. sempiternos motus, & fortitudinem ipsam, & non minorabile desiderium boni ab infinito boni uirtute acceperunt, ipsa immittente ipsis posse & esse ista, & desiderare quod semper est, & ipsum posse desiderare quod semper possunt. Procedunt autem ea que sunt indeficientis uirtutis & ad homines, & animalia & plantas, & totam omnium rei naturam, & firmat unita ad sui inuicem amicitiam & communionem, & discreta ad hoc quod sint singula secundum propriam rationem, & distinctionem inconfusa & incommista, & omnium rei ordines & directionis ad bonum proprium saluat. Et immortales angelicarum unitatum uitas immaculatas custodit. Et caelestes & illuminat

ad homines & ad animalia & ad plantas, & ad omnes res naturales. Deinde cum dicitur. {Et firmat uita &c.} Ostendit quod inueniuntur in rebus a diuina uirtute. Et primo quantum ad ea que sunt communia omnibus. Quorum primum est unio. Et quantum ad hoc dicitur, quod diuina uirtus omnia que sunt unita conseruat ad quandam amicitiam sui & communionem. Secundum est discretio. Et quantum ad hoc dicitur, quod diuina uirtus firmat ea que sunt discreta ad inuicem ad hoc quod singula secundum propriam rationem & distinctionem conseruet inconfusa & incommuni ista ad inuicem. Tertium est ordo. Et quantum ad hoc dicitur, quod diuina uirtus conseruat cuiuslibet rei ordines secundum quos res ad inuicem ordinantur, & iterum dirigit unum quodque in ordine ad finem, quod est proprium bonum rei. Deinde ponit ea que pertinent ad singula. Et primo quantum ad angelos dicit quod diuina uirtus {custodit} immaculate a quacumque corruptione, & immortales uitas angelicarum unitatum, id est, substantiarum simplicium ipsorum. Secundo quantum ad corpora caelestia dicit quod custodit inuariabiliter substantias & ordines caelestium corporum & luminarium, scilicet Solis & Luna & stellarum. Tertio quantum ad aerum quod mensurat substantiam caeli, & dicit quod diuina uirtus facit quod possit esse aerum, quod est simplex mensura essendi. Et quantum ad tempus, quod est mensura motus, subiungit quod diuina uirtus omnes circuitiones temporis discernit processibus & congregat restitutionibus. Attribuit autem tempori circuitionem, eo quod sequitur circulationem reuolutionem caeli. Est autem in motu caeli duo considerare. Primo quidem quod in motu caeli semper sit renouatio situs, secundum transitum de loco ad locum. Secundo uero quod eglum redit ad eundem situm secundum circulationem motum. Ita etiam est & in tempore, quia secundum processum motus, succedit tempus tempori, ut hora horae, & dies diei. Et quantum ad hoc dicit quod tempus discernitur processibus. Secundum autem reditum alicuius celestis corporis ad eundem locum etiam & tempus restituitur in id quod praetererat, & sic quod erat futurum quodammodo ad praeteritum congregatur.


puer cum dies & mane incipiens terminatur, iterum redit ad mane, & idem apparet in mense & in anno. Quarto ostendit effectum diuinae virtutis ex elementis. Et dicit quod diuina uirtus facit virtutes ignis inextinguibiles, licet enim ignis in hac materia extinguatur, tamen ignis in uirtute saluatur & inextinguibilis est. Facit etiam indeficientes fluxiones aquae, quia dat perpetuum fluxum fluuiorum & commotiones maris que apparent in fluctibus & fluxu & refluxu maris. Qui etiam terminat effusionem aerem, hoc autem dicitur quia aeri maxime competit proprietas humidi, ut non bene terminetur termino proprio, & ideo quantum est de se, aer habet omnimodam effusionem, sed diuina uirtus terminatur intra limites sui naturalis loci. Diuina etiam uirtus collocat terram in nihilo, quia semper diuina uirtute in medio mundi collocatur, & nihil est quod ipsa sustinet. Diuina etiam uirtus conseruat generatiuos partus ipsius & terrae scilicet plantarum & aliorum que ex terra nascuntur & indifferentes, id est, uisiformiter in sua natura manentes, dum scilicet ex seminibus terrae mandatis similes plantae nascuntur, & non solum ea que ad singula elementa pertinent diuina uirtus facit, sed etiam que pertinent ad commixtionem elementorum ad inuicem. In qua quidem commixtione tria inueniuntur, necessesse est enim esse primo quandam proportionem elementorum ad inuicem quam Dionysius hic nominat armoniam. Secundo requiritur quod cuiuslibet elementi remaneat uirtus propria incorrupta, alioquin non esset mixtio, sed corruptio. Et quantum ad hoc dicitur, & concretionem inconfusam. Tertio requiritur quod elementa sint concreta & simul commanent & non statim ab inuicem separentur. Et quantum ad hoc dicitur, & indiuisibile saluat. Quinto etiam ponit effectum diuinae uirtutis in rebus animatis. Et uniuersaliter quidem dicit quod diuina uirtus in unum tenet conjunctionem animae & corporis. Et specialiter de plantis adiungit quod motus sursum uirtutes plantarum nutritiuas & augmentatiuas. Nutritiuas quidem in quantum alimentum per radices attractum usque ad cacumen plantae subleuatur. Augmentatiuas uero in quantum ipsum corpus plantae ex terra procedens paulatim in altum producit. Deinde quantum ad omnia uniuersaliter subdit quod diuina uirtus fortiter tenet substantiales & naturales uirtutes omnium, & cuiuslibet rei firmat indiuisibilem mansionem, in quantum scilicet omnia gradum sibi praefixum a Deo conseruant. Vltimus autem effectum diuinae uirtutis ostendit in his que pertinent ad gratiam. Et dicit quod diuina uirtus dat ipsam deificationem, id est, participationem deitatis que est per gratiam. Et ne aliquis credat quod hanc participationem aliquis sua uirtute possit acquirere, subdit quod Deus praebet uirtutem ad hoc ut aliqua praedicto modo deificetur. Vltimo autem uniuersaliter concludit quod uniuersaliter nihil est in entibus, quod sit segregatum & non contentum a continentia diuinae uirtutis, quae rebus per suam omnipotentiam dat firmitatem. Sicut enim a diuina uita non potest esse segregatum quicquam nisi quod caret uita, ita a diuina uirtute non potest esse segregatum nisi quod caret uirtute. Quod autem uniuersaliter nullam habet uirtutem, omnino non est, neque habet aliquam positionem id est ordinem in uirtute seu firmitatem.

LECTIO III. T quidem dicit Elymas Magus. Si omnipotens, &c. Postquam determinauit Dionysius de diuina uirtute, hic excludit quandam obiectionem. Et circa hoc tria facit. Primo ponit obiectionem. Secundo soluit, ibi. {Apponens autem, &c.} Tertio excludit dubitationem, asserit ueritatem, ibi. {Nos autem dicunt Theologi &c.} Primo ergo ponit dubitationem quam Elymas Magus, de quo in Actibus legitur, obiecit contra Paulum dicentem. 2. Tim. 2. quod Deus negare seipsum non potest, quod eius omnipotentia uideat contrarium. Deinde cum dicitur. {Apponens autem hoc, &c.} soluit propositam dubitationem. Et circa hoc tria facit. Primo praemittit suam excusationem de hoc quod intendit ad tam debilis obiectionis solutionem. Secundo solutionem ponit, ibi. {Etenim sui ipsius &c.} Tertio redarguit obiectionis praesumptionem, ibi. {Quod sapiens & non intelligens &c.} Dicit ergo primo quod super praemissam dubitationem addit quod multum timeret ne ipse debeat derideri de stultitia, sicut aliquis qui conatur destruere domunculas a pueris dissolutis factas, quae nec firmamentum firmum habent, eo quod super arenam edificatae sunt, & in seipsis infirmas sunt, eo quod absque cemento conglutinatee sunt, & ita posset uideri quod cum ipse intendit loqui contra deliberationem de rebus diuinis, quam de proposito uerbo habuit praedictus Elymas, quasi quaedam iacula immittat contra aliquam positionem impossibilem. Positio enim eius est manifeste impossibilis, in seipsa infirmata, quia ueritate non confirmatur, & innititur friuolae rationi sicut debili fundamento. Deinde cum dicitur. {Etenim sui ipsius &c.} soluit propositam questionem. Et dicit quod cum Deus sit ipsa ueritas, Deum negare seipsum nihil aliud est quam Deum decidere a ueritate. Cum autem uerum idem sit quod ens, sequitur quod excidere a ueritate idem sit quod excidere ab esse. Quod ergo dicit Deum non posse negare seipsum, id est, ac si diceretur, Deum non posse deficere ab essendo. Hoc autem quod est non deficere ab essendo, idem est ac si diceretur, quod Deus non est non ens, quo quidem magis significatur ipsum esse, sicut & si dicitur quod Deus non potest non posse, non ostendit quod sit impotens, sed quod sit maxime potens. Et similiter si dicitur quod non cognoscit se nescire, ita quod habet scientiae priuationem, hoc est ipsum habere perfectam scientiam. Per hoc ergo quod Deus non potest negare seipsum nihil detrahitur ex omnipotentia, sed idem est ac si diceretur quod Deus non potest non esse uerus & ens & potens. Deinde cum dicitur. {Quod sapiens & non intelligens &c.} reprehendit obiectionis praesumptionem. Et dicit quod Elymas qui se sapientem reputabat, non intelligens praedictae solutionis rationem, similis erat pugilibus inexpertis, qui frequenter aduersarios contra quos pugnare debent supponunt esse infirmos, secundum quod eis uidentur, & dum sunt absentes contra eos audacter ictus proiciunt, quandam similitudinem pugnae facientes, & absque timore percipiunt aerem inutilibus plagis, & sic opinantur se uicisse aduersarios, & de hoc laudant seipsos, quamuis non dum sciunt aduersariorum uirtutem. Ita etiam est & de illis qui debiles obiectiones facientes, cum non est qui eis resistat, se obtinuisse arbitrantur. Deinde cum dicitur. {Nos autem dicunt Theologi &c.} excludit obiectionem contra omnipotentiam diuinam. Secundo Apostoli scientiam commendat dicens, quod nos considerantes dicta Apostoli Dion. de diuin. nom. E secundum,

qua ipsius omnino positio.

LECTIO III.

Obiectio contra uirtutem diuinam.



T quidem dicit Elymas Magus Si omnipotens est Deus, quomodo dicitur aliquid non posse a nostro theologo? Improperat autem diuino Paulo, qui dixit, Deum non posse negare seipsum. Apponens autem hoc, nimium timere ne stultitia debeat risum, puerorum effrenorum & superarenam & infirmas adificationes dissoluere moliens, & sicut contra quandam impossibilem intentionem iaculari studens contra theologiam de isto deliberationem. Etenim sui ipsius negatio casus est a ueritate, ueritas autem existens est. Et a ueritate casus, ab existente est casus. Si igitur ueritas exis est, negatio aut ueritatis est ab existente casus, ab exite cadere Deus non potest. Et hoc est non esse non est. Sicut si aliquis dicat, non posse non posse

Fetur destruere domunculas a pueris dissolutis factas, quae nec firmamentum firmum habent, eo quod super arenam edificatae sunt, & in seipsis infirmas sunt, eo quod absque cemento conglutinatee sunt, & ita posset uideri quod cum ipse intendit loqui contra deliberationem de rebus diuinis, quam de proposito uerbo habuit praedictus Elymas, quasi quaedam iacula immittat contra aliquam positionem impossibilem. Positio enim eius est manifeste impossibilis, in seipsa infirmata, quia ueritate non confirmatur, & innititur friuolae rationi sicut debili fundamento. Deinde cum dicitur. {Etenim sui ipsius &c.} soluit propositam questionem. Et dicit quod cum Deus sit ipsa ueritas, Deum negare seipsum nihil aliud est quam Deum decidere a ueritate. Cum autem uerum idem sit quod ens, sequitur quod excidere a ueritate idem sit quod excidere ab esse. Quod ergo dicit Deum non posse negare seipsum, id est, ac si diceretur, Deum non posse deficere ab essendo. Hoc autem quod est non deficere ab essendo, idem est ac si diceretur, quod Deus non est non ens, quo quidem magis significatur ipsum esse, sicut & si dicitur quod Deus non potest non posse, non ostendit quod sit impotens, sed quod sit maxime potens. Et similiter si dicitur quod non cognoscit se nescire, ita quod habet scientiae priuationem, hoc est ipsum habere perfectam scientiam. Per hoc ergo quod Deus non potest negare seipsum nihil detrahitur ex omnipotentia, sed idem est ac si diceretur quod Deus non potest non esse uerus & ens & potens. Deinde cum dicitur. {Quod sapiens & non intelligens &c.} reprehendit obiectionis praesumptionem. Et dicit quod Elymas qui se sapientem reputabat, non intelligens praedictae solutionis rationem, similis erat pugilibus inexpertis, qui frequenter aduersarios contra quos pugnare debent supponunt esse infirmos, secundum quod eis uidentur, & dum sunt absentes contra eos audacter ictus proiciunt, quandam similitudinem pugnae facientes, & absque timore percipiunt aerem inutilibus plagis, & sic opinantur se uicisse aduersarios, & de hoc laudant seipsos, quamuis non dum sciunt aduersariorum uirtutem. Ita etiam est & de illis qui debiles obiectiones facientes, cum non est qui eis resistat, se obtinuisse arbitrantur. Deinde cum dicitur. {Nos autem dicunt Theologi &c.} excludit obiectionem contra omnipotentiam diuinam. Secundo Apostoli scientiam commendat dicens, quod nos considerantes dicta Apostoli Dion. de diuin. nom. E secundum,

secundum nostram possibilitatem laudamus Deum qui excedit omnem potentiam sicut omnipotentem, in quantum eius potentia ad omnia se extendit, sicut beatum in quantum habet plenitudinem omnis boni nullo indigens, & sicut solum potentem ex seipso. Omnes enim alii potentes non sunt ex se potentes, sed ex Deo, & sicut per suam potentiam dominantur aeo. Alii enim dominantes dominantur his qui sunt in aeo, aut in tempore; sed ipse toti aeo dominatur. Et eorum laudamus eum sicut secundum nihil excidentem ab existentibus, & quod nihil quod est in eo potest ab eo recedere. Creatura vero & si aliqua inueniantur quae non excident ab esse simpliciter, possunt tamen excidere ab aliquo, in quantum sunt autrabilis, sed Deus qui est omnino immutabilis secundum nihil potest excidere ab esse. Vel sumitur haec verba ex his quae Apollus. i. Thim. vii. dicit. Quis suis temporibus ostendit beatus & solus potens, Rex regum & dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem. Quam de signat, per hoc quod dicit, & secundum nihil ab existentibus excidentem. Et non solum ista Deo conveniunt: sed excellenter ea habet. Unde subdit, quod adhuc amplius possumus laudare Deum sicut supereminenter habentem virtutem, & sicut praehabentem omnia existentia, id est, quicquid est in rebus, non quidem eodem modo quod in rebus est, sed secundum superfluentiam. Item virtutem, id est, sicut effectus sunt per virtutem in causa secundum modum causae excidentis omnem substantiam. Et non solum supereminenter haec ei conveniunt, sed et cetera. Unde subdit quod omnibus existentibus dat posse & esse determinatum. Et hoc convenit ei ex abundantia suae excidentis virtutis, quae dat omnibus bonitatem copiose effundendo. Dat enim omnibus abundanter, ut dicitur Jacobi primo.

test, & non scire secundum privationem non novit. Quod sapiens non intelligens imitatur pugilum inexperos, qui multoties infirmos esse aduersarios supponentes secundum quod videtur sibi ipsis, & contra absentes illos viriliter vmbra pugnare facientes, & aere vanis plagis confidenter percipientes, opinantur aduersarios ipsos obtinuisse, & praedicant seipso necque scientes illorum virtutem. Nos autem dicta Theologi secundum quod est possibile coniectantes, Deum super potentem laudamus, sicut omnipotentem, sicut beatum, & solum potentem sicut dominantem in potestate sua aeo, sicut secundum nihil ab existentibus excidentem, magis autem & superhabentem & praehabentem omnia existentia secundum virtutem superstantialem, & omnibus existentibus posse esse, & hoc esse secundum abundantiam excidentis virtutis copiose effusione largientem.

LECTIO III.

De iustitia Dei.

Iustitia autem rursus laudatur Deus sicut omnibus secundum dignitatem distribuens & commensurationem & pulchritudinem & bonam ordinationem & ornatum & omnes distributiones & ordines segregans, unicuique secundum vere existentem iustitiam

LECTIO III.

Virtus autem rursus laudatur Deus &c. Postquam Dionysius determinavit de virtute Dei, hic determinat de eius iustitia. Est enim iustitia virtutis species. Considerandum est autem quod inter virtutes morales sola iustitia potest Deo magis proprie attribui. Aliae enim morales virtutes sunt passiones, quae in Deo locum non habent. Sicut temperantia circa concupiscentias, fortitudo circa timores & audacias sed iustitia est circa actiones, puta circa distributiones vel retributiones quae Deo competere possunt. Diuiditur autem praesens pars in duas. In prima determinat de iustitia Dei. In secunda de effectibus diuinae iustitiae, ibi. Ipsa igitur diuina iustitia, & saluatio totorum laudatur &c. Circa primum duo facit. Primo ostendit quid pertinet ad rationem diuinae iustitiae. Secundo soluit quorundam obiectiones contra diuinam iustitiam, ibi. Et si ista recte dicimus &c. Circa primum duo facit. Primo ostendit secundum

quos actus iustitia Deo conueniat. Secundo manifestat quod dixerat, ibi. Omnia enim diuina iustitia, &c. Conuenit autem Deo secundum tres actus. Primo quidem secundum hoc quod est distribueret. Commutatua autem iustitia in Deo locum non habet, sicut est in venditoribus & emptoribus, quia ut dicitur Rom. 11. ca.

diffinitionem, & omnibus proportionem operationis ipsorum causa existens. Omnia enim diuina iustitia ordinat & terminat, & omnia ab omnibus immixta, & non confusa saluat, omnibus existentibus conuenientia unicuique donat secundum dignitatem unicuique existentium superuenientem. Et si ista recte dicimus, quicunque improperant diuinae iustitiae, latet se, sui ipsorum iniustitiam manifeste condemnantes. Dicunt enim debere inesse mortalibus immortalitatem, & imperfectis perfectum, & per se mobilibus per aliud mobile necessitatem, & variabilibus identitatem, & infirmis esse perfectam potentiam, & temporalis esse aeterna, & naturam motis esse immutabilia, & temporales delectationes esse aeternas, & totaliter ea quae sunt aliorum aliis attribuunt. Oportet autem videre diuinam iustitiam in hoc vere existentem veram iustitiam, quae omnibus attribuit propria secundum unicuique existentium dignitatem & unicuique naturam in proprio saluat ordine & virtute. Si dicat aliquis, non est iustitia, homines sanctos dimittere non adiutos a prauis cruciatos. Ad quod dicendum, quod si illi quos dicit sanctos, diligunt quidem ea quae sunt super terram, ab inherentibus materiae zelata, a diuino omnino ceciderunt amore, & non noui quo sancti vocentur, iniuriam facientes vere amabilibus & diuinis propter inzelabilia, & iniustitia dicit, quod diuina iustitia distribuit unicuique omnes distributiones & ordines secundum quandam determinationem, quae vere est iustitia, ut scilicet vnum in id quod est alterius non irrumpat. Tertius vero actus iustitiae est, ut unicuique id quod est sibi conueniens operetur, propter quod & quodam modo iustitia dicitur omnis virtus. Et quantum ad hunc actum subdit quod diuina iustitia est causa omnibus propriae operationis eorum. Deinde cum dicit, Omnia enim diuina iustitia &c. Manifestat quod dixerat, rationem assignans praedictorum. Ideo enim praemissa ad diuinam iustitiam pertinent, quia iustitia proprium est, quod ordinem in rebus statuat, & quod unicuique rei terminum praefigat, ultra quem non progrediatur, & quod huiusmodi ordinationem & terminationem absque confusione conferuet, & quod vterius rebus sic ordinatis & terminatis unicuique donet de superuenientibus donis secundum propriam dignitatem sibi praestitam a Deo. Deinde cum dicit, Et si ista recte dicimus &c. soluit duas dubitationes circa diuinam iustitiam. Circa quarum primam tria facit. Primo ex praemissis ostendit, quod illi qui diuinam iustitiam reprehendere nituntur, se ignorare praemissa ostendunt. Et hoc est quod dicit, quod si praemissa ratione sunt dicta, scilicet quod iustitia est dare unicuique secundum suam dignitatem, quicunque arguere volunt diuinam iustitiam quae hoc facit, ipsi ignorant, quod dum volunt diuinam iustitiam reprehendere,

hendere, suam iustitiam manifestant. Secundo ibi. Dicit enim debere &c. ponit eorum obiectionem. Dicit enim, quod cum deus sit optimus, & per hoc ei competat optime facere unumquodque, debet etiam his quae sunt immortalia dare immortalitatem, ut pote quod homines & animalia nunquam morerentur, & imperfectis dare perfectionem, ut pote quod homines statim nascerentur perfecti, & per se mobilibus dare necessitatem per aliud mobile, ut pote quae hominibus per se competat: quia per se moueri possunt & ad bonum & ad malum: uellent autem quod deus daret hominibus uel aliis rationalibus creaturis quod non possent peccare, quod esset habere necessitatem quae semper ex alio moueretur. Non enim aliter competeret ut ad malum defecere non possent nisi quadam occasione ab aliis mouerentur non ex libero arbitrio, sanctis. n. ex ipsa perfectione cooperit ut defecere non possent, ut patet in beatis qui sunt confirmati in bono. Dicunt etiam quod debet variabilibus inesse identitatem, ut scilicet semper eodem modo se haberent omnia, & quod infirmis esset perfectum potentia, & quod temporalis essent aeterna, & quod ea quae secundum suam naturam mouentur essent immutabilia, & quod delectationes quae sunt temporales essent aeternae. Et secundum suum iudicium unicuique attribuit alii quae sunt aliorum, id est, inferioribus ea quae sunt superiorum entium. Tertio ibi. Oportet autem uidere &c. Excludit eorum iudicium peruersum. Et dicit quod oportet considerare de diuina iustitia quod in hoc uere iustitia est, quod omnibus dat secundum propriam dignitatem, & quod unicuique naturam conferuat in proprio ordine & uirtute, ita scilicet quod in his quae sunt secundum suam naturam immortalia conferuat immortalitatem, & in mortalibus mortalitatem, & sic de aliis quae supra tacta sunt. Secundo obiectionem ponit ibi. Sed dicat aliquis &c. Circa hoc duo facit. Primo ponit obiectionem. Possent enim aliqui obicere, non esse iustitiam quod deus permittit homines sanctos cruciari a prauis hominibus, & non dat eis auxilium ut non cruciantur. Secundo, ibi. Ad quod dicitur, &c. soluit praedictam obiectionem. Et dicit quod si isti dicuntur sancti amant ea quae sunt super terram pro quibus zelant homines, rebus materialibus inhaerentes, omnino ceciderunt a diuino amore. Quod intelligendum est si ita ea amant quod in eis finem constituent, & quod propterea spiritualia bona contemnant. Et hoc est quod subdit, quod ipse nescit quomodo dici debeant sancti illi qui faciunt iniuriam rebus diuinis, quae sunt uere amabilia ut reprobent ea contra religionis debitum propter bona temporalia, quae non sunt amanda principaliter, nec pro eis est zelandum. Sed si ipsi amant bona spiritualia quae uere sunt existentia, quia sunt seipsum, debent letari si ea desiderant quando ea desiderata consequi possunt. Consequuntur autem ea cum ad afflictiones in rebus temporalibus patientes, quodam seruore amoris spiritualibus magis inhaerent. Tunc enim magis per similitudinem appropinquant angelicis uirtutibus, in quibus nulla est materialium rerum affectio, quando homines secundum suam possibilitatem ex desiderio rerum diuinarum recedunt ab affectione materialium rerum. Et hoc quidem faciunt quando pro bono, id est, amore dei & pro iustitia & uirtute luccantur uirtutibus existentibus. Et sic si uere sancti istius in aduersitatibus consequuntur quod desiderant, scilicet contemnendo temporalia bona, adhaerere spiritualibus, non male cum eis agitur, sed bene. Unde uere dici potest quod proprium est diuinae iustitiae quod animosam uirtutem non destruat aut emolliat per collationem prosperitatis, sed si aliquis conatur hoc facere, ut scilicet pugnet pro ueritate, quod ipse non dimittat tales sine adiutorio, sed firmet eos in pulchra & firma statione spiritualium bonorum, per quae in aduersis consolantur, & uicibus quod talibus retribuit in futuro secundum proprii meriti dignitatem.

PSA igitur diuina iustitia & saluatio totorum laudatur &c. Postquam Dionysius determinauit de iustitia diuina hic determinat de effectibus diuinae iustitiae. Et primo de saluatione. Secundo de liberatione, ibi. Propter quod & liberationem &c. Tertio de inaequalitate, quam quodam modo iustitia facit, quodam uero modo remouet, ibi. Sed de istis quidem & de iustitia, &c. Circa primum tria facit. Primo ponit saluationis propriam rationem. Secundo ponit quandam aliam rationem saluationis ab aliis assignatam, ibi. Si autem aliquis saluationem laudat & sicut, &c. Tertio ostendit quomodo haec duae rationes se habent ad inuicem, ibi. Et hanc primam saluationem &c. Dicit ergo primo, quod diuina iustitia laudatur sicut saluatio omnium, quia scilicet omnia saluat, in quantum scilicet custodit & conseruat in unoquoque tria. Primo quidem substantiam unicuique co-

LECTIO V.

De effectibus diuinae iustitiae.

PSa igitur diuina iustitia & saluatio totorum laudatur, propriam unicuique & mundam ab aliis substantiam & ordinem saluans & custodiens, & causa mundi existens in totis propriis operationibus. Si autem aliquis saluationem laudat, & sicut ex peioribus tanta saluatorie abripientem omnino alicubi & hunc nos laudatorem largissime recipimus saluationis. Et hanc primam saluationem totorum rogabimus ipsum diffinire qui omnia & seipsum intransmutabilia & non pugnata & fortia contra peiora saluat, & omnia custodit non pugnata & non bellantia, singula sicut ipso

feruans, & propriam, id est, in proprietate suae naturae, & mundam, id est, abique permissione extranei. Secundo similiter conferuat ordinem unicuique proprium & mundum. Tertio uero est causa in omnibus rebus propriae & mundae operationis. Et sic omnis ratio saluationis consistit secundum quod res conseruantur in his quae eis conueniunt secundum suam proprietatem. Deinde cum dicit, Si autem aliquis &c. Ponit secundam rationem saluationis. Et dicit quod si aliquis uelit dicere quod ratio saluationis consistit in hoc quod deus omnino eripit a malis, non est ei in hoc repugnandum, sed debemus recipere eum qui sic laudat largiter diuinam saluationem, non solum quantum ad conseruationem in deo, sed etiam quantum ad separationem a malo. Deinde cum dicit, Et hanc primam saluationem, &c. Comparat has duas rationes ad inuicem. Et dicit quod ipse rogat humiliter persuadendo eum qui secunda rationem saluationis assignat, quod ipse hanc diffiniat, quod prima ratio saluationis consistit in conseruatione in bono. Quae quidem conseruatio in bono multipliciter fit. Quaedam enim conseruantur in bono a deo qui constituit ea intransmutabilia in seipsis, sicut sunt corpora caelestia, quae sunt longe a corruptione & beati, qui peccare non possunt. Secundo prout aliqua quae intransmutabilia sunt conseruantur, ut non habeant aliquam contrapugnantiam. Sicut aliquando uidens deus aliquos esse infirmos, non permittit eos tentari, & sic saluat eos, conseruando eos in bono. Tertio ex eo quod permittit quod aliqui impugnantur, sed dat eis fortitudinem ut resistere possint, contra impugnantiam, sicut fortia contra peiora, id est, contra infirmiora, & ita omnia custodit, & saluat, neque facit ea impugnantia neque bellantia, ut pugna referatur ad actuale impugnantiam, bellum uero ad habituale. Et hoc conuenit quod impugnationem non habeant prout singula sunt ordinata, id est, firmiter disposita in his quae pertinent ad proprias rationes. Et non solum facit aliqua non pugnata, sed etiam ex terminat, id est, destruit ab omnibus rebus & omnem inaequalitatem & alienam operationem, ut inaequalitas referatur ad id quod est extraneum in essentia, aut uirtute, aliena operatio autem ad id quod est extraneum in operatione. Constituit etiam diuinam iustitiam saluans proportionem cuiuslibet rei non ualentis decidere ad inuenientiam, neque qualitercumque transire. Transitus enim superiorum ad inferiora casus dici potest. Inferiorum uero ad superiora transitus omnino dicitur non casus, sed secundum se transitus. Non est autem mirandum quod dicit intransmutabilia non pugnata nec transire ad contraria, quamuis in multis inueniatur pugna & permissio extranei & transitus ad contraria, quia in omnibus intransmutabilibus semper permanet aliquid non transiunt & non permittunt & non impugnantur. Sicut subiectum non transit quantum fit transitus secundum formam. Et haec tria quae secundo ponit respondent tribus primo positis, non tamen eodem ordine. Nam id quod

quod inter secundam & ultimam ponit, eum dicit, & proportio- nes uniuersalesque &c. & responderi ei quod inter prima primo po- nitur, eum dicit, in scriptis intransmutabilia. Quod autem secundum est inter ultimam, scilicet & omnem inaequalitatem &c. Responderi ei quod supra ultimo dixerat, & fortia contra peiora saluat. Quod uero dicit primo inter ultima, & omnia custodit, &c. Responderi quod primo in medio posuerat, & non pugnatia, & sic igitur quia ratio saluationis in hoc consistit primo & principaliter, ut ali- quid in bono conferuetur, non erit longe ab intentione sacrae scripturae si quis saluationem dei uelit laudare, in quantum ipse deus saluat omnia per propriam bonitatem liberando a malo, quod est casus a propriis bonis. Et hoc dico secundum quod patitur natura eorum quae saluari dicuntur. Aliter enim restitueret ea quae cadunt secundum liberum arbitrium, atque aliter ea quae cadunt secundum naturalem corruptionem. Deinde cum dicit, Propter quod & liberationem &c. & de terminat effectum liberationis. Et dicit quod facti doctores nominant diuinam iustitiam liberationem & liberationis causam, in quantum saluat a malo. Et hoc multipliciter. Primo in quantum non permittit ea quae sunt uere entia a sub- stantijs cadere ad hoc quod nihil sint, sed se per eis substantiarum aliquid remanet. Secundo quantum ad hoc quod si aliquid uere existens decidat ad ali- quod peccatum in actio- ne, in aliquam inordinationem, inclinationem appetitus, & ad aliquem defectum propriae operationis, deus liberat id quod sic cadit a pas- sione quae ad peccatum inducit, & infirmitate, ex qua aliquid ordi- nem debitum non tenet, & priuatione, quae pertinet ad minoratio- nem perfectionis. Et sic haec tria respondent primis tribus. Et ut ostendat quomodo ab his liberat, subdit alia tria, primis tribus praemissis respondentia. A priuatione enim liberat, in quantum adimplet quod minus habebatur. Ab infirmitate autem liberat, in quantum paterno & misericordiae affectu supportat infirmitatem nostram. A passione autem liberat, suscitans, id est, reuocans a malo, & quod plus est, firmiter statuens in bono, & id bonum quod erat percussum, id est, minoratum & debilitatum, adimplet restaurando, & quod ad peccatum destruxerat, statuit, id est, firmat, & ornatur, id est, cum decencia quadam disponit, & sic omnem inordinationem & indispositionem ad integritatem perducit, & ab omnibus maculis peccatorum soluit. Deinde cum dicit, Sed de istis quidem &c. Determinat de inaequalitate. Et primo ostendit quam inaequalitatem iustitia excludat. Secundo quam inaequalitatem constituat, ibi & Etenim inaequalitatem &c. Inaequalitatem enim proportionis iustitia distributiuam excludit, inaequalitatem autem quantitatis cau- sas secundum quod dat &c. Secundum quod dat maiora uel minora secundum proportionem dignitatis cuiuslibet naturae. Dicit ergo primo quod de istis, id est, saluatione & liberatione & de iustitia dicitur est, secundum quam mensuratur & diuiditur aequalitas proportionis quae est in omnibus, & exterminatur, id est, excludit om-

nis inaequalitas quae dicitur secundum priuationem & aequalitatis pro- portionis quae est in singulis rebus. Ad iustitiam enim pertinet quod det unicuique secundum propriam proportionem, & sic aequalitas proportionis secundum iustitiam determinatur secundum quod non est eadem capacitas omnium, & necesse est ut diuersis diuersa distribuatur, & sic cau- sando aequalitatem pro- portionis causat inae- qualitatem quantitatis. Et ideo subdit. Si quis uellet accipere inaequalitatem secun- dum differentiam quae est in uniuerso omnium ad omnia per quam differunt, aliquid est melius alio secundum quamcumque perfe- ctionem, huiusmodi inaequalitatis iustitia est conferuatiua, dum non permittit fieri tur- bationem seu confu- sionem in rebus per hoc quod omnia om- nibus commiscetur, & sic conferuat iusti- tiam omnia existentia secundum species suas prout uniuersalesque natura recipit, & re- quirit.

incipiat differentias in toto toto rum ad rota, & huius iustitia est saluatiua, non concedens com- mista tota in totis facta turbari, custodiens autem existentia om- nia, secundum speciem unum- quodque in qua unumquodque esse naturam habet.

C A P. I X.

De paruo, magno, eodem, alicro, si- mili, dissimili, statione, sessione, motu, aequalitate.

L E C. I.




Voniam autem & magnum & paru- um attributum est omnium cau- sa, & idem & alterum, & simile & dissimile, & status & motus, & age & horum insignium in quibus deus nomi- natur, quaecumque sunt nobis manifesta contemplerur. Igitur magnus quidem in eloquijs deus laudatus est, & in magni- tudine, & in aura subtili, diuin- nam manifestantem paruitatem. Et idem quando dicunt eloquia. Tu autem idem ipse es. Et alter, quando sicut multa figura, & multae formae ab eisdem eloquijs componitur. Et similis, sicut si- milium & similitudinis substan- tificator. Et dissimilis oibus, si- cut quod non sit ipsi simile, &

status & motus, & age & horum insignium in quibus deus nomi- natur, quaecumque sunt nobis manifesta contemplerur. Igitur magnus quidem in eloquijs deus laudatus est, & in magni- tudine, & in aura subtili, diuin- nam manifestantem paruitatem. Et idem quando dicunt eloquia. Tu autem idem ipse es. Et alter, quando sicut multa figura, & multae formae ab eisdem eloquijs componitur. Et similis, sicut si- milium & similitudinis substan- tificator. Et dissimilis oibus, si- cut quod non sit ipsi simile, &

rudo unius ad alterum, sicut de magno & paruo, quae important ex- cessum & defectum secundum quantitatem, de eodem, & altero, quae important conuenientiam & differentiam in substantiam, & de si- mili, & dissimili, quae important conuenientiam & differentiam in qualitate, & de statione & motu, quoniam ratio stationis quidem consistit in hoc quod aliquid similiter se habet nunc & prius, & ulterius de aequalitate quae importat conuenientiam in quantitate, & est medium inter magnum & paru- um. Diuiditur ergo in tres partes. K In prima ostendit de quo est intentio. In secunda ostendit quod singula praedictorum de deo dicuntur ibi. Igitur magnus quidem in elo- quijs &c. In tertia ostendit in quam rationem de deo dicuntur, ibi. Igitur magnus quidem, &c. Dicit ergo primo, quia deo quod est omnium causa attribuitur & magnum & paru- um & alia praedi- cta, oportet considerare circa haec insignia quibus deus nominatur quaecumque nobis possunt esse manifesta. Deinde cum dicit. Igitur magnus quidem in elo, &c. Ostendit quod praemissa de deo dican- tur. Laudatur enim in sacra scriptura deus sicut magnus & in ma- gnitudine existens, secundum illud psal. Magnus dominus & lauda- bilis nimis, & magnitudinis eius non est finis. Et quia subtilitas quae- dam paruitas est, paru- um etiam attribuitur deo in scriptura ut dicitur iij. Regum xix. quod apparuit in sibilo auro tenuis, quae quidem tenuitas seu subtilitas manifestat diuinam paruitatem. Quandoque etiam in scriptura deus dicitur idem, secundum illud psal. Tu autem idem ipse es. Attribuitur etiam ei alteritas, in quantum diuersae fi- gurae & diuersae species rerum ei comparantur in sacris scripturis, sicut

sicut quod aliquando designatur in figura uel specie hominis uel agni uel leonis uel lapidis. Dicitur autem similis in scripturis, in quantum ipse factus est sibi similia & est causa ipsius similitudinis, secun- dum illud Gen. i. Faciamus hominem ad imaginem & similitudi- nem nostram. Dicitur etiam deus dissimilis omnibus, ubi scriptu- ra dicit quod nihil est ei simile secundum illud psal. Deus, quis simi- lis tibi in dijs domi- ni? Describitur etiam deus in scripturis ut stans, secundum illud Amos. vii. Ecce deus stans super murum la- terum. Describitur & immobilis secundum illud Malachiae. 3. Ego dominus & non mu- tor. Et sedens in secu- la secundum illud Eza- y. 9. Super solium Da- uid sedebit ammodo, & usque in sempiternum. Describitur autem & motus sicut ad omnia ambulans seu procedens, secundum illud Genesis. 3. Cum audissent uocem do- mini dei deambulatis in paradiso. Et Sapien- tiae 7. dicit quod ois mo- bilibus mobilior est sa- pientia. Attingit au- tem ubique propter suam mobilitatem. Et multa alia istis aequipollentia in scripturis de deo dicuntur. Deinde cum dicit. Igitur magnus quidem deus &c. Ostendit secundum quam rationem praedicta de deo dicuntur. Et primo de magno & paruo. Secundo de eodem & altero, ibi. Idem autem est &c. Tercio de si- mili & dissimili, ibi. Simile autem de, &c. Quarto de statione & sessione & motu, ibi. Quid autem & de diuina statione &c. Quinto de aequalitate, ibi. Si autem aliquid in eloquijs &c. Cir- ca primum primo determinat de magno. Secundo de paruo, ibi. Paruum autem &c. Circa primum tria facit. Primo attribuit magnum deo secundum rationem causalitatis. Secundo per ratio- nem cuiusdam similitudinis, ibi. Et extra omnem magnitudinem &c. Tercio secundum dissimilitudinem ibi. Magnitudo haec infi- nita est &c. Dicit ergo primo, quod deus dicitur magnus secundum quod magnitudinem suam quae essentialiter ei conuenit, aeternali- ter tradit omnibus magnis, sicut & dicitur sapiens in quantum, & sapientiam tradit omnibus sapientibus. Vel potest aliter legi, quod deus magnitudinem suam tradit omnibus quae sunt essentialiter magna, id est, a principio creaturae usque in sempiternum. Deinde cu- dicit, & extra omnem magnitudinem &c. attribuit ei magni- tudinem quandam rationem similitudinis. Et primo quantum ad eius substantiam. Secundo quantum ad eius effectus, ibi. Et secun- dum superplenum &c. Manifestum est autem quod magni creatu- ris attribuitur secundum rationem excessus. Illa enim magna dicitur quae inueniuntur alia excedere. Excessus autem in rebus creatis multipliciter attenditur. Vno modo secundum dimensionem lon- gitudinis, latitudinis, & profunditatis. Et secundum hoc dicitur ali- quid magnum respectu alterius, in quantum superexcedit quantita- tem eius. Et sic deus dicitur magnus simpliciter, in quantum magni- tudo eius extra omnem magnitudinem est superflua & superexten- ta. Et dicitur superflua ad similitudinem rerum humidarum ut aeris & aquae superextenta uero ad similitudinem corporum siccorum, & solidorum. Alio modo attenditur excessus in rebus creatis secun- dum locum. Et sic locus dicitur esse maior qui est magis continens. Vnde & deus dicitur simpliciter magnus, in quantum continet om- nem locum. Tercio excessus inuenitur in rebus secundum numerum. Et sic etiam dicitur deus magnus simpliciter, in quantum supergre- ditur numerum omnem, quia omnis numerus a diuina sapientia procedit, res distinguente, in cuius potentia est plures rerum diffe- rentias producere. Videatur autem in rebus maxime infinitum esse quod omnia excedit. Sed ut in rebus creatis inuenitur nihil dicitur infinitum quin sit secundum aliquid finitum, scilicet secundum speciem. Vnde deus qui est omnibus infinitus excedit omnem in- finitatem. Deinde cum dicit. Et secundum similitudinem & c. attribuit deo magnum secundum rationem excessus, qui consideratur ex parte de- fectuum. Sunt autem tria considerata in effectibus eius. Primo quidem quod effusio effectus procedit ex plenitudine causa, sicut

SUPER CAP. I. L E C. I.



Voniam autem & ma- gnum & paru- um attributum est omnium cau- sa, & idem & alterum, & simile & dissimile, & status & motus, & age & horum insignium in quibus deus nomi- natur, quaecumque sunt nobis manifesta contemplerur. Igitur magnus quidem in eloquijs deus laudatus est, & in magni- tudine, & in aura subtili, diuin- nam manifestantem paruitatem. Et idem quando dicunt eloquia. Tu autem idem ipse es. Et alter, quando sicut multa figura, & multae formae ab eisdem eloquijs componitur. Et similis, sicut si- milium & similitudinis substan- tificator. Et dissimilis oibus, si- cut quod non sit ipsi simile, &

stans, & immobilis, & sedens in saecula, & motus, sicut ad omnia ambulans, & quaecumque alia istis aequipollentes dei nominationes ab eloquijs laudantur. Igitur magnus quidem deus nomina- tur secundum magnitudinem ip- sius quae se ipsam tradit omni- bus eternaliter magnis, & ex- tra omnem magnitudinem, & superflua, & superextenta, om- nem locum continens, omnem numerum supergrediens, omnem infinitatem transiens, & secun- dum superplenum ipsius & ma- gnificum, & fontana ipsius dona in quantum ipsa ab omnibus participata, secundum infiniti- doni effusionem non minorata omnino sunt, & eandem habent super plenitudinem, & non mi- norantur participationibus, sed & magis supermanant. Magni-

alia istis aequipollentia in scripturis de deo dicuntur. Deinde cum dicit. Igitur magnus quidem deus &c. Ostendit secundum quam rationem praedicta de deo dicuntur. Et primo de magno & paruo. Secundo de eodem & altero, ibi. Idem autem est &c. Tercio de si- mili & dissimili, ibi. Simile autem de, &c. Quarto de statione & sessione & motu, ibi. Quid autem & de diuina statione &c. Quinto de aequalitate, ibi. Si autem aliquid in eloquijs &c. Cir- ca primum primo determinat de magno. Secundo de paruo, ibi. Paruum autem &c. Circa primum tria facit. Primo attribuit magnum deo secundum rationem causalitatis. Secundo per ratio- nem cuiusdam similitudinis, ibi. Et extra omnem magnitudinem &c. Tercio secundum dissimilitudinem ibi. Magnitudo haec infi- nita est &c. Dicit ergo primo, quod deus dicitur magnus secundum quod magnitudinem suam quae essentialiter ei conuenit, aeternali- ter tradit omnibus magnis, sicut & dicitur sapiens in quantum, & sapientiam tradit omnibus sapientibus. Vel potest aliter legi, quod deus magnitudinem suam tradit omnibus quae sunt essentialiter magna, id est, a principio creaturae usque in sempiternum. Deinde cu- dicit, & extra omnem magnitudinem &c. attribuit ei magni- tudinem quandam rationem similitudinis. Et primo quantum ad eius substantiam. Secundo quantum ad eius effectus, ibi. Et secun- dum superplenum &c. Manifestum est autem quod magni creatu- ris attribuitur secundum rationem excessus. Illa enim magna dicitur quae inueniuntur alia excedere. Excessus autem in rebus creatis multipliciter attenditur. Vno modo secundum dimensionem lon- gitudinis, latitudinis, & profunditatis. Et secundum hoc dicitur ali- quid magnum respectu alterius, in quantum superexcedit quantita- tem eius. Et sic deus dicitur magnus simpliciter, in quantum magni- tudo eius extra omnem magnitudinem est superflua & superexten- ta. Et dicitur superflua ad similitudinem rerum humidarum ut aeris & aquae superextenta uero ad similitudinem corporum siccorum, & solidorum. Alio modo attenditur excessus in rebus creatis secun- dum locum. Et sic locus dicitur esse maior qui est magis continens. Vnde & deus dicitur simpliciter magnus, in quantum continet om- nem locum. Tercio excessus inuenitur in rebus secundum numerum. Et sic etiam dicitur deus magnus simpliciter, in quantum supergre- ditur numerum omnem, quia omnis numerus a diuina sapientia procedit, res distinguente, in cuius potentia est plures rerum diffe- rentias producere. Videatur autem in rebus maxime infinitum esse quod omnia excedit. Sed ut in rebus creatis inuenitur nihil dicitur infinitum quin sit secundum aliquid finitum, scilicet secundum speciem. Vnde deus qui est omnibus infinitus excedit omnem in- finitatem. Deinde cum dicit. Et secundum similitudinem & c. attribuit deo magnum secundum rationem excessus, qui consideratur ex parte de- fectuum. Sunt autem tria considerata in effectibus eius. Primo quidem quod effusio effectus procedit ex plenitudine causa, sicut

quod non est plenum calore, non potest calorem effundere, secun- dum similitudinem uasis loquimur, quod nisi sit plenum aqua, non potest aquam effundere. Secundo, quia sicut magis plenitudo, sic ma- gna effusio. Tercio, quod quanto prior est effusio, tanto id quod ef- funditur prius recipitur in eo in quod effunditur humor, nisi insu- sio terrae prius ab ea recipiatur. Et haec tria in effectibus dei sunt considerata. Primo enim ex parte dei inuenitur superabun- dans plenitudo boni- tatis. Secundo ex hac abundanti plenitudi- ne sequitur quod ma- gis faciat. Tercio ex hoc quod ipse est pri- mordialis causa, sequitur quod de natura ipsius sunt fontana, id est, primordia. Quic- quid enim a quacum- que causa recipitur, praesupponit id quod a deo recipitur. Ita er- go & secundum super- ipsius quantum ad pri- mum, & magnificum quantum ad secundum, & fontana ipsius dona quantum ad tertium, in quantum ip- sa dona participatur ab omnibus secundum effusionem doni, quod est infinitum ex parte do-

tudo haec & infinita est, & sine quantitate, & sine numero, & hic est excessus secundum abso- lutam & superextentam infinite acceptae magnitudinis effusio- nem.

De paruo.

Arum autem, id est, subtile in ipso dicitur quod omne pondus & distantiam excedit, & per omnia sine prohibitione uadit. Et quidem & omnium cau- sa est paruum. Numquam enim inuenies parui formam non parti- cipatam. Ita igitur in deo paru- um est accipiendum, sicut ad omnia, & per omnia, & sine im- pedimento uadens, & operans, & pertingens usque ad diuissi- onem animae & corporis & com-

nantis, dona huiusmodi omnino non minorantur, sed semper hnt eandem superabundantem plenitudinem, & numquam minoratur quaecumque participentur, immo quanto magis participan- tur, in tantum magis desuper manant, quia quanto aliquid plus recipit de diuinis donis, tanto plus redditur apertum ad recipiendum, & ex parte influentis quod est infinita uirtutis influencia mino- rari non potest. Deinde cum dicit. Magnitudo &c. exponit ma- gnitudinem diuinam per distantiam ad alias magnitudines. Et dicit quod magnitudo diuina est infinita, quia nulli magnitudini create conuenit, & est etiam sine quantitate, quia non est in genere quantitatis, sed dei magnitudo est esse eius, & est sine nume- ro, id est, sine mensura. Numerus enim habet primam ratio- nem mensurae, cum per eum etiam quantitates continuae mensurentur. Vel quod dicit sine quantitate refertur ad quantitates con- tinuae quod autem dicit sine numero, refertur ad quantitates di- scretae, & sic per magnitudinem diuinam attenditur excessus cau- salitatis diuinae secundum quod effundit uniuersaliter & supera- bundanter suam infinitam magnitudinem, quae non accipitur a crea- turis in eius infinitatem, sed secundum suam capacitatem finito mo- do eam accipiunt.

Et deinde cum dicit. Paruum autem &c. Ostendit quo- modo paruum dicitur in deo. Et circa hoc tria facit. Primo ponit rationes parui. Secundo attribuit eas deo, ibi. Ita ergo, &c. Tercio ostendit differentiam huius parui ad alia parua, ibi. Hoc paruum, &c. Circa primum considerandum est, quod subtilitas quaedam paruitas est, huc acci- piatur subtilitas prout est qualitas quaedam, secundum quod corpo- ra subtilia rara dicuntur, prout habent parui de quantitate sub eis- dem dimensionibus, huc accipitur subtilitas prout est differentia quaedam circa quantitatem, sicut enim longum & breue se habet ad lineam, latum uero & strictum ad superficiem, ita subtile & grossum ad corporis profunditatem. Vnde subtilitas paruitatem quandam signat. Ponit ergo tres proprietates parui sive subtilis. Quarum prima est quod excedit omne pondus & omnem distantiam. Et dicit pondus secundum quod subtile dicitur quod est rarum, tale enim maxime leue inuenitur. Dicit uero distantiam secundum quod sub- tile opponitur grosso in quo tanta distantia est, magna scilicet pro- funditas, in subtili uero parua. Excessus autem iste quo paruum & subtile excedit omne pondus & omnem distantiam, non attenditur secundum maiorem quantitatis quae opponitur paruitati, sed sicut unitas excedit numerum, quia mensurat ipsum & non mensu- ratur ab eo. Secundum proprietatem parui ponit quod uadit per om- nia sine prohibitione. Est enim de ratione subtilis quod sit penetra- tium. Tertiam proprietatem parui ponit quod paruum est omnium causa. Et huius probationem inducit, quod nihil inuenitur quod non

participet formam parui. Paruum enim inuenitur in magnis, sed magnum non inuenitur in paruis, participatum autem uidetur esse causa participantis, unde & principia in omnibus generibus sunt parua quantitate sed magna uirtute. Deinde cum dicitur: *Et ita igitur in deo &c.* Assignat praedictas rationes parui deo, & praecipue secundam. Et dicit quod in deo accipitur paruum, in quantum sine impedimento uadit ad omnia, implendo ea & suis effectibus, & sua praesentia, quia ipse in omnibus est, & iterum per omnia operatur sicut per propria instrumenta. Et ad hoc probandum inducit auctoritatem apostoli ad Hebr. 4. Et primo specialiter ostendit quod deus penetrat omnia quae pertinent ad humanam naturam, in qua primo inuenitur compositio anime & corporis, quorum distinctio & unio modum diuina sapientia cognoscit & operatur. Et ideo dicitur quod pergit usque ad diuisionem anime & corporis. Secundo in homine est compositio partium corporis, quae etiam est deo nota. Et ideo dicitur, *Et compagum, quantum ad iuncturam, & medullarum quantum ad ea quae intra membra continentur.* Tertio subdit de his quae pertinent ad animam, inter quae intentiones cordis sunt maxime occultae, & tamen sunt deo notae. Et ideo dicitur, *Et intentionum cordis.* Et quia ista sunt occultissima, multo magis pergit per suam scientiam ad entia uniuersalia: nulla enim creatura est occulta uel inuisibilis in conspectu eius: dicitur ad Hebr. 4. Deinde cum dicitur: *Et hoc paruum &c.* Manifestat diuinam praesentiam per distinctam ad alia parua. Et primo quidem considerandum est quod paruum est in genere quantitatis, sed paruum quod de deo dicitur est sine quantitate. Sicut enim est sine quantitate magnus, ita est sine quantitate paruum. Secundo, considerandum est quod omne paruum de facili mensurari potest, sed paruum quod de deo dicitur est sine numero. Non enim aliqua mensura comprehendit potest. Tertio considerandum est quod aliqua res parua de facili deinetur siue per hoc quod a cursu suo impeditur, siue per hoc quod de facili capitur, sed diuinum paruum neutro modo potest teneri, quia eius uirtus non potest impedi, nec deum aliquis perfecte capere potest. Quarto considerandum est quod ex hoc sunt aliqua parua quae cito terminantur in termino quantitatis uel diffiniuntur diffinitione subtilitatis comprehendente substantiam, sed diuinum paruum est sine termino & sine diffinitione. Quinto considerandum est quod ea quae sunt parua, parum comprehendere possunt, sed ipsa de facili ab aliis comprehenduntur: diuinum autem paruum est comprehensuum omnium, sed est incomprehensibile ab omnibus.

L B C. I I.

Dem autem est, &c. Postquam determinauit Dionysius de magno & paruo, hic determinat de eodem & altero. Et primo ostendit quomodo idem attribuitur deo. Secundo quomodo attribuitur ei alterum, ubi dicitur: *Alterum autem, &c.* Circa primum duo facit. Primo proponit modos in quibus summa quibus idem attribuitur deo. Secundo manifestat eos, ubi dicitur: *Et ipsum secundum &c.* Attribuitur autem idem deo secundum eius immutabilitatem, prout in psalmo legitur: *Tu autem idem ipse es.* Immutabilitas autem dei primo quidem attenditur quantum ad hoc quod non transmutatur secundum esse & non esse, sicut generabilia & corruptibilia. Et ideo dicitur quod deus est idem aeternum in quantum est super substantialiter aeternus. Sed quia quaedam habent quandam aeternitatem in quantum non desiciunt penitus in non esse in aliqua alia conuertibilia, ad hoc excludendum consequenter dicitur, *in conuertibile.* Secundo excludit motum localem per hoc quod dicitur, *in seipso manens.* Deus enim seipso continetur ut loco sine loco. Tertio excludit motum alterationis & augmenti & diminutionis, cum dicitur quod semper habet secundum eandem formam stare, quia scilicet non mutatur de forma in formam ut de albo in nigrum, uel de quantitate in quantitate, ut de paruo in magnum, quia nihil in eo intenditur, aut remittitur: quod enim est albi, habet se quidem secundum idem, sed non eodem modo. Quarto excludit motum qui est secundum habitudinem ad res. Et dicitur quod ipse in quantum est ex parte sui semper est eo modo omnibus praesens, sed quod omnia non semper eodem modo se habeant ad ipsum, penitus ex uariatione quae contingit circa res. Deinde cum dicitur: *Et ipsum secundum &c.* Exponit ea quae summarie tergerat. Et primo hoc quod dixerat in seipso manens, & excludit ea per quae pos-

set impediri manio alicuius in aliquo. Quae quidem sunt quinq; Primo enim unumquodque manet in loco qui conuenit ei per se, & secundum suam naturam, facile autem remouetur a loco qui conuenit ei per accidens. Et quantum ad hoc dicitur, quod deus collocatur in seipso secundum seipsum, id est, per se & non per accidens.

L E C. I I.

De eodem & altero.

Dem autem est super substantialiter aeternum in conuertibile in seipso manens, semper secundum eadem, & eodem modo habens, omnibus eodem praesens, & ipsum secundum seipsum

corrupto cemento. Et ad hoc excludendum a deo dicitur, *incontaminata.* Quarto prohibetur aliquod manere, quia non est optime collocatum, sed potest ad melius perducere. Et ad hoc excludendum dicitur, *In optimis finibus, id est, summitatibus.* Quinto prohibetur aliquid permanere propter diuersitatem eorum quae ad inuentionem rei concurrunt, quorum unus trahit huc & alius illuc. Et quantum ad hoc dicitur, *abundantis identitatis, quia in deo est perfectissima identitas, omnem diuersitatem excludens.* Deinde cum dicitur, *intransmutabile, &c.* Exponit quod dixerat, *semper secundum eadem & eodem modo habens.* Et primo quantum ad alterationem. Et dicit quod est intransmutabile, in quantum non potest uariari secundum magis & minus, & in oppositum cadere non ualens, in quantum non mutatur de forma in formam oppositam. Deinde exponit dictorum causam. Quod enim aliquid non transmutetur uel non cadat in contrarium, una causa potest esse, quia habet formam uirtutem actiuam ad resistendum, ut patet in igne. Et quantum ad hoc dicitur, *forte.* Alia causa potest esse, quia non habet in seipso mutabilitatis principium. Et quantum ad hoc dicitur, *inuariabile.* Hoc autem principium uariabilitatis est quandoque quidem ex permissione extranei. Et ad hoc excludendum dicitur, *simpliciter, uel purum, secundum aliam translationem.* Purum uel nudum dicitur quod est extraneo neuo impermissum. Quandoque uero principium uariabilitatis est principium materiae in eo quod uariatur quando ab agente reducitur in aliam dispositionem. Et ad hoc excludendum dicitur, *immateriale.* Quandoque uero uariabilitatis principium est compositio alicuius rei ex diuersis, sicut corpora mixta uariabilia sunt, non solum quia sunt materialia, sed etiam quia sunt ex contrariis composita. Et ad hoc excludendum dicitur, *simplicissimum.* Quandoque uero uariationis ratio est indigentia eius quod uariatur. Quod enim est imperfectum naturaliter tendit in perfectionem suam. Et ad hoc excludendum dicitur, *non indigens.* Deinde ad excludendum motum augmenti subdit, *non augmentabile.* Ad excludendum uero motum decrementi subdit, *non minorabile.* Ad excludendum uero transmutationem generationis subiungit, *ingenitum, id est, non generatum.* Quandoque autem dicitur aliquid non generatum, quia nondum accepit esse per generationem, sicut ea quae in futuro generabuntur. Ad illud modum excludendum subdit, *non sicut non dum genitum.* Quandoque autem dicitur aliquid non generatum, quia eius generatio est incepta, sed nondum consummata. Et ad hoc excludendum dicitur, *aut imperfectum.* Quandoque autem dicitur aliquid non generatum non simpliciter sed secundum quid, sicut si dicamus, *illud hominem non esse generatum ad istum, uel si dicamus hoc non esse generatum hominem sed esse generatum animal.* Et ad hoc excludendum dicitur, *aut non sicut factum ad hoc, id est, ab aliquo determinato generante, aut istud, quantum ad certum generatio nis terminum.* Quandoque autem dicitur non generatum aut non factum quod impossibile est esse, ut hominem esse ahaum. Et ad hoc excludendum subdit, *neque sicut nusquam, id est, nullo loco uel nunquam, id est, in nullo tempore, & nullo modo existens.* Deinde qualiter de deo dicatur ingenitum per oppositum ad praemissa, subdit dicens quod deus dicitur ingenitum sicut omne, id est, quia ipse quodammodo est omnia, in quantum omnia in ipso praesentia existunt. Et ideo hoc opponitur ei quod dixerat, *neque sicut nusquam nullo modo existens.* Dicitur etiam ingenitum, non sicut nondum genitum sed sicut semper existens. Dicitur etiam ingenitum, non sicut imperfectum, sed sicut per se perfectum existens. Sic ergo ostendit differentiam dei ad ea quae non dicuntur generata. Unde consequenter ostendit differentiam dei ad ea quae dicuntur generata. Omnis enim generatio est transmutatio ex hoc toto in hoc totum. Ex quo sequitur quod non sit semper idem. Et ad hoc excludendum dicit, *idem existens.* Quod autem res generata non sit semper idem, ex duobus contingit. Primo quidem, quia determinatur ad esse specificum non per seipsum totum, sed per aliquam sui partem, scilicet per formam, & propter hoc corrumpitur & generatur, secundum quod una forma separatur a materia & aduenit altera, quod autem est forma determinatur secundum seipsum totum ad suum esse specificum. Secundo, quia res generata determinatur ad suum esse non a seipso, sed ab actione generantis. Et ideo ad hoc excludendum a deo dicitur, quod deus existit & idem sicut determinatum, id est, ad hoc quod est uniformiter & se habentem, & secundum formam identitatis non secundum formam identitatis, non secundum aliquid aut aliud aut aliud, & absolute ingenitum & semper existens, & semper per se perfectum existens, & idem existens secundum seipsum, & a seipso uniformiter, & identitatis forma determinatum, & idem eodem omnibus ad participandum conuenientibus super splendens, & alia aliis coordinans, abundantia, & causa identitatis in seipso, & contraria eodem modo praehabens, secundum unam & singularem totius identitatis excellentem causam.

Alterum attribuitur deo.

Alterum autem, quoniam prout sine deus omnibus ad est, & omnia in omnibus propter omnium sit saluationem, manens in seipso & propria identitate, & ingreſſibiliter secundum operationem unam & impaſſibilem stans, & seipsum donans indeclinabili uirtute ad deificationem conuersorum, & alteritate

in seipso firme & incontaminatae in optimis finibus abundantis identitatis collocatum, intransmutabile, in oppositum non ualens cadere, forte, inuariabile, mundum, immateriale, simplicis immo, non indigens, non augmentabile, non minorabile, ingenitum, non sicut nondum genitum, aut imperfectum, aut sicut ad hoc, aut istud non factum, aut nusquam nullo modo existens, sed sicut omne ingenitum, & absolute ingenitum & semper existens, & semper per se perfectum existens, & idem existens secundum seipsum, & a seipso uniformiter, & identitatis forma determinatum, & idem eodem omnibus ad participandum conuenientibus super splendens, & alia aliis coordinans, abundantia, & causa identitatis in seipso, & contraria eodem modo praehabens, secundum unam & singularem totius identitatis excellentem causam.

Alterum autem, quoniam prout sine deus omnibus ad est, & omnia in omnibus propter omnium sit saluationem, manens in seipso & propria identitate, & ingreſſibiliter secundum operationem unam & impaſſibilem stans, & seipsum donans indeclinabili uirtute ad deificationem conuersorum, & alteritate

scere, sed moueri semper ipsorum motu uelint, & hoc desiderium est totorum diuinae pacis, oia in seipsis cadere non ualentia. aluatis, & omnium motum proprietatem & motiuam uitam immobilem & cadere non ualentem custodientis. in eo quod mota ad seipsam pacem habentia & eodem modo habentia, operantur ea quae sunt suis ipsorum. Si autem secundum casum a pace alteritate dicens conatur probare non esse omnibus amabilem pacem, maxime quidem nihil est existens quod ab omni perfecte unitione ceciderit. Quod enim est omnino instabile, & interminatum, & incollocabile & indefinitum, neque existens. est neque in existentibus. Si autem istos dicit paci & pacis bonis iniuriam qui libus & furoribus & uariationibus & instabilitatibus gaudent, & isti obscuris imaginibus pacifici desiderii tenentur, a passionibus multum motu uelint impugnat, & istas sedare stulte desiderantes, & arbitratas adimplerione sempfluentium pacem habere seipsos, non consecutionem delectationis se detinentium perturbatos. Quid dicat quidem opus mobilis in quantum est mobile, quod autem propriam operationem retinet, habet ad se pacem. Vnde patet quod cum ea quae naturaliter mouentur, uolunt moueri semper & non quiescere, pacem desiderant. Deinde cum dicitur: Si autem secundum casum &c. soluit dubitationem motam quantum ad sui intellectum dubitationis. Et dicit quod si ille qui dubitationem mouet, cum dicit quod multa gaudent alteratione & discretionem, non intellexit de alteritate & discretionem naturali quae pertinet ad rationem pacis, sed intellexit de alteritate & discretionem per seipsum secundum casum a pace, id est, secundum quod aliquid excidit ab inuicem in quo consistit ratio pacis, & sic uelit probare quod pax non est omnibus amabilis, contra hunc opponentem sic erit dicendum, quod nihil est quod taliter excidit ab omni unitione in qua consistit ratio pacis. Et hoc sic probat, quia nullo modo potest esse aliquid existens per se uel aliqd in existentibus, ut accidens uel pars quod omnino ceciderit ab unitione. Quomodo quidem casum quadruplicem per quatuor loquitur. Primo quidem quantum ad ipsam casum, cui opponitur statio. secundum quod aliquid stat in naturali unitione. Et quantum ad hoc dicitur: Instabile. Deinde ea tangit ex quibus casus accidit. Cadit autem aliquid dum colluntur ea per quae statat. Stat autem aliquid in naturali unitione per tria. primo quidem per terminum quo continetur ne effluat. Nam & sic continentur propriis terminis, & humida continentur terminis alienis & forma per quam unaqueque res continetur in suo esse terminus dicitur. Et quantum ad hoc dicitur: interminatum. Secundo aliquid habet stationem per aliquod extrinsecum continens, sicut corpora continentur loco. Et secundum hanc similitudinem omne extrinsecum continens & non conseruans, locus dici potest. Et quantum ad hoc dicitur: incollocabile. Tertio aliquid habet stationem in sua propria operatione extrinsecum, quod enim artifex habet finem determinatum suae operationis, regulariter operatur secundum regulam finis, quod autem non habet finem determinatum, sed uagatur circa diuersos fines, oportet quod fluctet & instabile circa propriam operationem. Et quantum ad hoc dicitur: indefinitum. Sic ergo nihil totaliter excidit ab unitione pacis,

pacis, immo quodque autem appetit & amat id quod est sibi conueniens, refugit autem contrarium. Impossibile enim est esse aliquod ens quod totaliter unitiorem refugiat & appetat alteritatem & discretionem quae est secundum casum a naturali pace. Deinde cum dicitur: Si autem istos dicitur &c. soluit dubitationem secundum tertium intellectum; prout id quod dicitur est, quod multa sunt quae alteritate & discretionem gaudent, non referatur ad appetitum naturalem, ut in praemissis, sed ad appetitum uoluntarium. Et dicit quod si ille qui mouet dubitationem, dicat illos homines iniuriam paci & bonis eius qui gaudent in exterioribus libus & interioribus commotionibus & instabilitatibus quae uidentur paci contrariari, & hoc quantum ad secundam partem dubitationis, dicendum est, quod tales etiam homines de tinentur ad desiderium pacis, secundum quandam obsecram similitudinem. Et hoc sic manifestat. Tales enim homines multum impugnantur a passionibus quibus commouentur, & sic per huiusmodi passionem eorum pax interior perturbatur. Huiusmodi ergo impugnationem passionum ex desiderio pacis sedare uolunt, non sapienter sed stulte. Putant enim quod possunt habere interiorem pacem, implendo superflua & inordinata desideria quae incitantur secundum uarias passionem, sed per hoc magis perturbantur, dum non possunt consequi delectationes a quibus detinentur. Impossibile est enim quod homo superfluis & inordinatis desideriis subiactis, omnia desiderata consequi possit, & ideo tales quereutes pacem, lites commouent, ut sua desideria implerent. Et quia uariis desideriis subiactis, uariationibus gaudent. Sapienter autem hanc impugnationem passionum sedarent, si multa desideria reprimentes, ad unum desiderium uerum pacis conuerterentur. Deinde cum dicitur: Quid dicat quidem aliquis &c. determinat de pace facta per Christi incarnationem, dicens quod sufficiens aliquid dicere potest de pietate dei, quae effundit pacem in mundum per Christum, secundum quam pacem iam liberati a peccato (didicimus doctrina & exemplo Christi & interiori & spiritu sancti inspiratione) non facere bellum peccando neque contra nosmetipsos neque discordando a sanctis angelis, sed per hanc pacem secundum nostram uirtutem operamur ea quae dei sunt simul cum sanctis angelis, & hoc secundum prouidentiam & gratiam Iesu qui operatur omnia in omnibus, & qui facit illam ineffabilem pacem quae est ab eterno praedeterminata, per quam pacem reconciliamur ipsi Christo in spiritu sancto, quae est spiritus dilectionis & pacis, per ipsum Christum & in ipso Christo simul reconciliamur deo patri. De his autem super naturalibus donis pertinentibus ad pacem factam per Christum, dictum est sufficienter in libro de theologis ypotiposis, & hoc secundum testimonium scripturarum a deo inspiratarum. Et ideo hic de his breuiter pererrauimus.

LECTIO III.

De diuinis perfectionibus.

Ed quoniam & alibi per epistolam me interrogasti, quid forte dicam per se esse, per se uitam, & per se esse sapientiam, & ad te ipsum dixisti dubitasse, quomodo deum aliquando quidem per se uitam dico, aliquando autem per se uita substantificatorem, necessarium arbitratum sum sancte dei uir, & ab hac dubitatione in nobis te absoluerem. Et primam quidem ut multipliciter dicitur & nunc assumam, non est contrarium per se uirtutem aut per se uitam dicere deum & per se uita aut pacis aut uirtutis substantificatorem. Haec enim quidem existentibus, & maxime ex primo existentibus sicut causa omnium existentium dicitur. Haec autem sicut super omnia & etiam quae prius sunt substantificatorem super substantiam. Dicit autem, quid totaliter dicimus per se esse, aut per se uita, aut quae uirtute absolute & simpliciter esse & ex deo primo substantificatorem. Hoc autem quod dicimus, non est obliquum, sed rectum & simplicem habens manifestationem. Non enim substantiam quaedam diuinam aut angelicam dicimus esse per se, quod est causa quod sunt omnia. Solum enim quod sunt existentia omnia, & ipsum esse super substantiale, est principium, & substantia & causa, neque uita generatiuam aliam deitatem dicimus, praeter superdeam uitam omnium quae uirtute uiuunt & ipsius uita per se causam, neque ut colligendo dicamus, dicimus principales existentium & causatiuas substantias & personas, quae & deos existentium & causatores per se facientes dixerunt. Quos uere & proprie dicendum non existes, neque ipsi sciuerunt, neque patres eorum. Sed per se esse & per se uita diuinitate dicimus, & diuina & causaliter unum osum super principalem & super substantiale principium & causam, participabiliter autem datas ex deo impar-

per se uita non dicitur simpliciter, sed multipliciter, non est contrarium quod dicamus deum per se uita, aut per se uirtutem & iterum quod dicamus eum substantificatorem. Vnde est creatorum per se uita, aut per se pacis, aut per se uirtutis. Esset autem contrarium si ista non multipliciter dicerentur. Cum enim dicimus deum esse substantificatorem per se uita & huiusmodi, laudamus eum sicut causam omnium existentium, ex illis existentibus quae maxime & primo existunt. Manifestum est enim, quod per se uita est prius quam uiuens, & sic de aliis. Vnde si deus est causa horum primorum, est causa omnium. Cum uero dicimus deum esse per se uirtutem aut per se uita, laudatur deus sicut existens super omnia & super ea quae sunt prima inter omnia, dicitur per se uita per quandam excellentiam. Deinde cum dicitur: Dicit autem quid totaliter &c. soluit primam dubitationem, scilicet quid sit per se uita. Et primo repetit questionem. Secundo excludit falsum intellectum, ibi. Hoc autem dicimus &c. Tertio determinat ueritatem, ibi. Sed per se esse, &c. Proponit ergo primo ex persona Timothei quid significetur cum dicitur, per se esse, aut per se uita, & quaecumque alia huiusmodi. Et dicit signanter absolute id est, abstracte & principaliter id est, sicut principia aliorum. Nam per se uita significat principium uiuentium. Deinde cum dicitur: Hoc autem dicimus &c. excludit erroneum intellectum. Ad cuius euidentiam sciendum est, quod Platonici ponentes ydeas rerum separatas, omnia quae sic in abstracto dicuntur, posuerunt in abstracto subsistere causam secundum ordinem quendam, ita scilicet quod primum rerum principium dicebant esse per se bonum.

zatem, & per se unitatem, & hoc primum principium quod est essen-

zialiter bonum & unum dicebant esse summum deum, sub bono autem possibant esse, ut supra dictum est, & sub esse ponebant unitatem, & sic de aliis. Et ideo dicebant sub summo deo esse quendam divinam substantiam, que nominatur per se esse, & sub hac aliam que nominatur per se vita. Hoc ergo excludere intendens dicit, quod id quod supra dixerat, quod per se esse & per se vita primo a deo subsistunt, non est aliquid erroneum, sed est rectum & planas manifestaciones habens. Non enim nominamus per se esse aliquam substantiam divinam aut angelicam, quod sit causa essendi omnibus. Ad dicit autem angelica, quod quos Platonici deos secundos dicebant, nos angelos nominamus. Solum enim ipsum esse super substantialia divinum est principium & substantia & causa quod omnia existantia sint, ut hoc quod dicit principium referatur ad orationem naturam, secundum quod est de diuinum precedentia omnia entia substantia vero importat rationem exemplaris, id enim cuius substantia est suum esse, est exemplar omnium existentium. Quod autem dicitur causa prinet ad hoc quod dat esse existentibus. Similiter autem cum dicimus per se vitam, non intelligimus quamdam deitatem causatiam vitæ que sit alia præter vitam summi dei, qui est causa omnium que uiuunt & est ipse per se vitæ.

Et ut in summa omnia colligamus, non dicimus esse aliquas essentias & hypostasies separatas que sint principia rerum & creatrices earum, quas Platonici dixerunt esse deos existentium & creatores, quasi per se operantes ad rerum productionem. Huiusmodi autem deos si uere & proprie loqui uolumus, dicamus non existere in rebus, neque illi qui tales deos posuerunt, per aliquam certitudinem scientia hoc inuenierunt aut ipsi aut patres eorum, quia neque primi Platonici neque posteriores huius rei scientiam per certas & firmas scientias accipere poterunt, sed per qualdam humanas rationes decepti sunt ad opinandum. Deinde cum dicitur sed per se esse & per se vitam & per se esse & per se vitam & huiusmodi dupliciter dicuntur. Vno modo dicitur de deo qui est unum super substantialia principium omnium & causa. Et dicitur Deus per se esse & per se vitam, quia non uiuit participatione alicuius uitæ, neque est per participationem alicuius esse, sed ipse est suum uiuere & sua uita, & excedens omne esse & omnem uitam que participatur a creaturis, & existens principium uiuendi & essendi omnibus. Alio autem modo per se esse & per se vitam dicuntur uirtutes uel perfectiones quædam secundum prouidentiam unius dei imparticipabilis datæ creaturis ad participandum. Licet enim deus qui est harum uirtutum principium, in se imparticipabilis maneat & per consequens non participetur, tamen dona ipsius diuiduntur in creaturis & partialiter recipiuntur, unde & participari dicuntur a creaturis, & secundum quod participatur secundum proprietatem uniuscuiusque participatiuum, secundum hoc participatiua & sunt & dicuntur ex natura existentia, in quantum participatiua esse, & uirtutes in quantum participatiua uita, & diuina in quantum participatiua deitate, & simile est de aliis. Et quia principium imparticipatum causa est & participationum & participan-

rium, ideo deus & participatiua & participatiua substantia est. Participatiua autem ipse tripliciter considerari possunt. Vno modo scilicet prout abstractum & ab unitate & a particularitate, scilicet car, signatur, & dicitur per se esse. Alio modo consideratur in particulari, sicut dicitur, nisi totalis uel uniuersalis. Tertio modo in particulari, secundum quod uita dicitur huius uel illius rei. Similiter & participatiua dupliciter considerari possunt. Vno modo in uniuersali, ut si dicitur uita uniuersalis uel totalis. Alio modo in particulari, ut si dicitur uita uel illud uiuens. Et huiusmodi omnia dicitur esse, & hoc est quod dicitur, quod bonus idem primo quod idem dicitur esse substantia participatiua, & per se esse, & huiusmodi prout per se & absolute considerantur, pulchritudo totorum ipsorum idem uniuersalis esse & similitum: postea particularis esse uel particularis uita, postea totaliter participatiua ipsius uel uirtutis uniuersalis & existentis, uniuersalis, postea particulariter ipsius participatiua, ut huius uel illius entis aut uirtutis. Deinde cum dicitur, quod bonus idem primo quod idem dicitur esse substantia participatiua, & per se esse, & huiusmodi prout per se & absolute considerantur, pulchritudo totorum ipsorum idem uniuersalis esse & similitum: postea particularis esse uel particularis uita, postea totaliter participatiua ipsius uel uirtutis uniuersalis & existentis, uniuersalis, postea particulariter ipsius participatiua, ut huius uel illius entis aut uirtutis. Deinde cum dicitur, quod bonus idem primo quod idem dicitur esse substantia participatiua, & per se esse, & huiusmodi prout per se & absolute considerantur, pulchritudo totorum ipsorum idem uniuersalis esse & similitum: postea particularis esse uel particularis uita, postea totaliter participatiua ipsius uel uirtutis uniuersalis & existentis, uniuersalis, postea particulariter ipsius participatiua, ut huius uel illius entis aut uirtutis.

CAPVT XII

De sancto sanctorum, Rege regum, Domino dominorum, Deo deorum,


LECTIO I



Ed quoniam & de istis quecumque dicere oportet, ut arbitretur, acceptum finem, laudare nos conuenit eum qui est infinitorum nomen, & sicut sanctorum sanctorum, regem regnantium, & regnatorem seculorum & in secula, & adhuc dominum dominorum & deum deorum. Et primum quidem est dicendum, quid quidem per se bonitate esse arbitramur, quid autem regnum; quid autem dominationem, quid autem diuinitatem, & quid uolunt monstrare eloquia duplicatione nominum. Igitur sanctitas quidem est, ut secundum nos dicitur, ab omni immundicia libera & perfecta, & omnino immaculata mundicia. Regnum autem omnis finis & ornatus & legis & ordinis distributio. Dominatio autem, non peiorum excessus tantum,

scilicet quod bonitas & deitas omnibus supereminens est causa ipsius per se deitatis & bonitatis, nominantes per se bonitatem quoddam donum ex deo proueniens per quod entia sunt bona, & per se deitatem quoddam dei donum per quod aliqui sunt participatiua dei, & similiter nominant per se pulchritudinem ipsam effusionem pulchritudinis per quam causatur & uniuersalis & particularis pulchritudo in rebus, & per quam sunt aliqua & uniuersaliter & particulariter pulchra. Et similiter est dicendum de omnibus aliis quæcumque dicuntur secundum eundem modum, quibus demonstrantur dona diuinitus prouisa & bonitates participatæ ab entibus creatis, que procedunt copiosa effusione & supermanant a deo qui est imparticipabilis, cum ipse non fiat pars alicuius, ita quod ipse qui est causa omnium perfecte sit super omnia, & ipse est deus qui est super substantialis & supernaturalis excedat omnem substantiam & naturam in quantum neque participat neque participatur, sed remanet in sua puritate simplex & indiuisus.

LECTIO II



Ed quoniam & de istis quecumque dicere oportet, &c. Postquam Dionysius exposuit diuina nomina, per que significatur emanatio perfectionum a deo in creaturas, hic exponit nomina dei que designant rerum gubernationem. In qua quid gubernatio est sunt quatuor attendenda. Primo quidem diuine cognitionis prouidentia, ad quam pertinet nomen deitatis. Secundo potestas exequendi sapientie diuine ordinatione ad quam pertinet nomen dominationis. Tertio ipsa executio gubernationis, ad quam pertinet nomen regis. Quarto gubernationis effectus qui est iudicia ab omni inordinatione, & ad hoc pertinet nomen sanctitatis. Vnde in hoc capitulo agit de sancto sanctorum, rege

rege regum, domino dominorum, deo deorum, ut pater ex italo. Similiter etiam ex ipso modo loquendi dicitur sanctus sanctorum, uel rex regum, quædam gubernationis præsentia designatur. Circa hoc ergo duo facit. Primo dicit de quo est intentio, secundo exequitur propositum, ibi. Igitur sanctitas qui-

sed omni & pulchrorum & bonorum perfecta & omnimoda possessio, & uera & cadere non ualens fortitudo. Vnde & ab eo quod est dominium facere dicitur dominatio, & dicitur, & dicitur.

Deitas autem que omnia uidet prouidentia & bonitate perfecta, omnia circumspiciens & continens, & in seipso implens, & excedens omnia præbentia ipsa uirtutia. Igitur hæc quidem in causa excedente omnia absolute, laudare conuenit, & addendum est ipsam esse excedentem sanctitatem, & damnationem, & regnum, superpositam & amplissimam deitatem. Et enim ipsa in uo collectiue subsistit, & distributa est omnis munda diligentia omni clare mandicata. Omnis existentium & ordinatio & ornatus, in conuenientiam & inæqualitatem, & in commen-

ta officia que ad bonum statum multitudine pertinet, ideo quædam sit uirtus communis totius multitudinis finis, tamen sine multis & differentes diuersorum finis particularis, puta iudicium sanctitas & militis uirtutia, yconomia diuitie, & sic de alijs. Ad consequendum autem diuersos fines, necesse est homines diuersas facultates habere ex diuersis bonis quibusque regulari. Alii namque leges imponendæ sunt militibus, alij præcepta hæc uendendi, de sic de alijs. Similiter ad diuersos fines diuersos dines hominum instituendi sunt. Non enim deest collatum esse militibus & negociatoribus, ut per consuetudinem in hoc prædicatur officium. Quia igitur rex est qui regit de multitudinis omnia habet, ad hoc præceptum primo quid est distribuire finis, ut nihil necessarium cum multitudine inuenit ad eum esse prius distribuire bonorum uirtutem orationis & distribuire leges, ut scilicet singulis proprijs legibus regulentur, ad eum enim pertinet distribuire ordines officiorum. Et hoc est quod dicitur quod regnum est distributio: omnis finis & ornatus, & legis & ordinis. Deinde cum dicitur, Dominatio autem & c. ostendit quod sit dominatio. Ad quam uirtutem requiruntur. Primo quidem superioritas gradus. Est autem indecens alicuius esse in superiori gradu, nisi & bonis potioribus abundaret, & ideo secundo requiruntur bonorum abundantia, que etiam non sufficeret, nisi tertio adesse potestas continendi & coercendi subditos, alioquin excessus fecundum bonorum abundantiam faceret diuitem uel meliorem, non autem dominum, & ideo tertio requiritur potestas regendi subditos. Hoc est ergo quod dicitur, quod dominatio non tantum est excessus peiorum, sed est inferiorum que pertinent ad sublimitatis gradum, sed & etiam est perfecta & omnimoda possessio & pulchrorum & bonorum. Dicit autem pulchrorum & bonorum, non solum enim oportet eum qui dominatur abundare in bonis, sed etiam ad hoc quod in reuerentia habeatur oportet illa bona esse conspicua, quæ ad rationem pulchritudinis pertinet. Dicit autem omnis perfecta & omnimoda possessio, ut omnia bona habeat, & unumquodque eorum que habet sit perfectum, & ut plene habeat & non debilitet. Quantum autem ad tertium dicit, & uera & cadere non ualens fortitudo. Quod potest exponi uel de fortitudine uirtutis interioris que est uera fortitudo ad ea que sunt hominis, & non potest cadere nisi gratia diuina subleuata. Vel potest referri ad exteriorem fortitudinem quod sit uera & non ficta, sicut contingit in aliquibus que se ostentant esse potentiores quam sint, & cadere non ualent. I. de facili propter sufficientiam auxiliorum. Et quod hoc sit de ratione dominationis probat per deriuationem nominis, quia hoc quod signat dominium facere in greco a quo denominatur, & dominatio, & dominus, & dominans, signat prædicta. Deinde cum dicit, Deitas autem & c. ostendit quid sit deitas. Et quia ut Damascenus dicit, hoc nomen theos quod in greco signat Deum, a thea, i. e. considerando omnia dicitur. Ideo nomen deitatis hic Dionysius secundum rationem prouidentie exponit. In nomine autem prouidentie intelligitur cognitio, non per modum speculationis tantum, sed secundum quod est directiua & inclinatiua ad rerum gubernationem. Sic igitur in nomine deitatis primo quidem intelligitur respectus diuinus ad omnia. Secundo continentia qua omnia continentur sub Deo certis quibusdam regulis & mensuris. Tertio communicatio diuine bonitatis in creaturis que sub Deo continentur. Et hoc est quod dicit, quod deitas est que omnia uidet. Dicitur autem a thea quod est uidere, ut dictum est. Sed qualis sit ista uisio omnium que in nomine deitatis intelligitur, exponitur per illud quod subditur, quod ipsa est etiam omnia circumspiciens & continens & in seipso implens. Inam bonitatem communicando, & hoc secundum prouidentiam & bonitatem perfectam. Sed ne aliquis exclaimet diuinam prouidentiam & bonitatem obligatam esse ad istiusmodi & ordinem qui apparet in rebus ex gubernatione diuina, ad hoc

ad hoc excludendum subdit, quod deitas excedit omnia...

sentia, & omnium participatio... Deinde cum dicitur...

rationem praeferentiam. Assignat autem consequenter rationem praeferentiam...

habilis omnium participantium & participatio. Causa n. ex...

CAPVT XIII. De perfecto & vno. LECTIO I.



Anta & de istis. Ad ipsum autem reliquum si videtur sermonem...

SVPER CAP. XIII. LECTIO I.



Anta & de istis &c. Postquam Dionysius exposuit divina nomina...

tura sit aliquo modo composita, & in quolibet composito sit...

& sicut perfectum ipsum, & sicut vnum laudat. Igitur perfectum quidem est non solum...

Primo quidem, quia ipse est omnia vnitue, secundum excessum...

dicitur perfectus in quantum de super manat suam perfectionem...

LECTIO II.

De vno.



Num autem, quoniam omnia vnitue est secundum vnum vnitatis excessum...

Primo quidem, quia ipse est omnia vnitue, secundum excessum...

LECTIO II.



Num autem, quoniam omnia vnitue est secundum vnum vnitatis...

gubibus, quia & in vno individuo eiusdem speciei sunt multae virtutes, vnam & eandem speciem consequentes, siue quia in diuersis individuis sunt diuersae virtutes, secundum quod diuersimode disponuntur ad actus speciei exequentes. Non enim est eadem potestas aut virtus omnium hominum ad intelligendum, & illa quae sunt multa speciebuz sunt vnum genere, sicut homo & canis differunt quidem specie, conueniunt autem in vno genere animalis, & vterque ea quae sunt multa processibus conueniunt in vno principio, sicut esse & viuere, & intelligere, & huiusmodi sunt diuersae processiones procedentes ab vno principio quod est Deus, vt ex praemissis patet. Et sic manifestum fit, quod cum omnia quocumque modo sint multa, conueniunt tamen in aliquo vno. Nihil enim est in entibus quod non participet secundum aliquid ipso vno, quod quidem secundum suam rationem est secundum omnia singularia. I. in diuisum in se. Nam multa individua quae sunt vni genere, multa sunt diuisa secundum speciem, & similiter omne quod est in aliquo est in eo per modum eius in quo est, vt omnes effectus sunt in principio. Omnia autem participata operantur ad id quod participant sicut ad principium. Vnde relinquuntur, quod vnum in quantum est singulare in omnibus, participatur singulariter, id est indiuisibiliter coaecepit in se, sicut in principio vno omnia existuntia & tota omnia sicut vniuersa genera, & opposita, sicut sunt differentiae quibus diuiditur totum genus. Deinde cum dicitur, Et sine vno quidem &c. } ponit secundam rationem, quae talis est. Illud a quo non conuertitur consequentia essentia, est naturaliter prius & quodammodo principium: Sed vnum est huiusmodi, quia sine vno non inuenitur aliqua multitudo, sed inuenitur aliquod vnum ab eo, omni multitudine, vni igitur est prius omni multitudine & principium eius. Cuius signum apparet in numeris, quia vnitas est ante omnem numerum qualitatemque multiplicetur. Deinde cum dicitur, Et si omnibus omnia &c. } ponit tertiam rationem, quae procedit ex quadam suppositione, scilicet quod omnibus omnia sunt vnita. Hoc enim negant soli illi, qui non ponunt vnum principium omnium, sicut illi qui dicunt, quod bonum & malum sunt duo prima principia, & quod mala non coordinantur bonis. Sed cum ex supra dictis sit manifestum, esse vnum principium omnium quod est bonum, necesse est omnia omnibus coordinata esse & vnita, saltem secundum ordinem ad vnum principium. Quocumque autem vnium ad inueniendum, se habent sicut partes vnus totius, quod per eorum vnitionem constituitur. Sic igitur si omnia omnibus sunt vnita, necesse est quod omnia conueniant in vno toto, & sic omnia participabunt vno, sicut partes participant forma totius. Erit igitur vnum principium omnium. Deinde cum dicitur, Et aliter &c. } ponit quartam rationem ex eadem suppositione procedentem. Quae enim ad inueniendum sunt vnita, non solum conueniunt in vna forma totius, sed etiam secundum aliquam vnam praecogitatum speciem vnita esse dicuntur, sicut partes domus quae vnium in vna parte domus, praecogitata ab artifice. Sic igitur si omnia omnibus sunt vnita, non solum conueniunt in vna forma totius, sed etiam conueniunt in hoc, quod sunt vnita omnia secundum vnam formam ab eo excogitatum qui est author vnium totum. Ipsa enim vnitas vnium procedit ab vnitate diuinae mentis, sicut forma domus quae est in materia prouenit a forma domus quae est in mente artificis. Deinde cum dicitur, Et omnium est vnum elementatum &c. } ponit quintam rationem, quod vnum est omnium elementatum. Est autem elementum ex quo componitur aliquid primo, & est in eo, & non diuiditur secundum formam. Manifestum est autem, quod in omni composito est aliqua componenti multitudo. Omnis autem multitudinis elementum est vnum, cum vnum sit indiuisibile, & vnum sit in multi-

tudine, sicut id ex quo primo componitur multitudo. relinquitur ergo, quod vnum sit sicut principium elementare omnium elementatorum. Patet ergo ex praemissis, quod vnum quocumque modis habet rationem principij. Vno modo sicut participatum participantis. Alio modo sicut vnium universale a quo non conuertitur consequentia essentia. Et hi duo modi procedunt secundum opinionem Platonis. Tertio modo sicut formatio eius & principium formale ex quibus componitur totum. Quarto modo sicut forma praecogitata ab artifice, est principium eorum quae producant effectum. Quinto modo sicut elementum est principium. Et ita probato multipliciter, quod vnum sit principium omnium, quali concludendo subdit, quod si remouetur vnum, neque totum, neque pars, neque aliquod existentium remanebit, quia vnum in se omnia praecipit tanquam principium omnium.

LECTIO III.

Quomodo vnum attribuitur Deo.

TA igitur theologia totam thearchiam sicut omnium causam laudat vnius nominatione. Et vnus Deus pater, & vnus dominus Iesus Christus, & vnus & idem spiritus, propter excellentem totius diuinae vnitatis simplicitatem, in qua omnia singulariter congregata sunt, & super vnita, & praesunt supersubstantialiter. Propter quod & omnia ad ipsam iuste remittuntur & reponuntur, a qua, & ex qua, & per quam, & in qua, & ad quam omnia sunt, & coordinata sunt, & manent, & continentur, & adimplentur, & conuertuntur. Et non inuenies aliquid existentium, quod non in vno, secundum quod omnis deitas supersubstantialiter nominatur, & sit hoc quod est, & per

dat &c. } Postquam Dionysius ostendit, quod vnum secundum propriam rationem est principium omnium, hic ostendit quomodo vnum attribuitur Deo. Et diuiditur in partes duas. In prima ostendit quomodo vnum attribuitur Deo. In secunda ostendit differentiam huius vnus quae est ad omne aliud vnum, ibi. } Et oportet &c. } Circa primum duo facit. Primo assignat rationem quare vnum attribuitur Deo. Secundo rationem etiam assignat manifestat, ibi. } Propter quod & omnia &c. } Est autem aduertendum, quod tria supra dixerat de vno, scilicet quod sit omnium causa, quod sit singulare vel simplex & indiuisum, & quod omnia in se praecipit vnde per haec tria vnitatem Deo attribuitur. ex praemissis concludit, quod sacra scriptura laudat totam thearchiam, id est principalem deitatem totius trinitatis sicut omnium causam in hoc, quod nominat eam vnum. Dicit enim Apostolus prima ad Corinth. 8. Vnus Deus pater, & vnus dominus Iesus Christus. Et prima Corinth. 12. c. dicit. Vnus atque idem spiritus haec omnia operatur. Et sic attribuitur singulis vnitatem propter excellentem simplicitatem diuinam. In qua quidem simplici vnitate, omnia sicut in causa sunt aggregata & supereminenter vnita { singulariter } id est, indiuisibiliter, & omnia praexistunt in ea non per modum proprium, sed per modum ipsius Dei, scilicet { supersub. } Deinde cum dicitur, } Propter quod & omnia &c. } manifestat rationem positam de causalitate diuinae vnitatis. Et primo per auctoritatem scripturae. Secundo per experimentum humanae rationis, ibi. } Et non inuenies &c. } Dicit ergo primo, quod quia Deus laudatur vnus sicut omnium causa, & sicut omnia in se praehabens, propter hoc in sacra scriptura } iuste } id est, rationabiliter omnia } ad ipsam } deitatem } remittuntur } id est, reducuntur, sicut effectus ad suam causam a qua procedunt. Addit autem } & reponuntur. } quantum ad hoc, quod effectus praexistunt in causa. Dicit enim Apostolus Roma. 11. Ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia, quibus tribus Dionysius duo addit. scilicet, a quo, & ad quem: quae etiam non longe sunt a traditione scripturae. Quibus quinque habitudinibus, quinque correspondentia ponit, vt intelligatur, quod a Deo sunt omnia sicut a principio, quod omnibus esse inluit. Ex Deo autem ordinata sunt omnia, in quantum in se ordo rerum sumitur ex ipsa ratione diuinae bonitatis. Per Deum manent omnia sicut per causam conseruantem. In Deo continentur omnia sicut effectus in causa, & ad Deum conuertuntur omnia sicut ad finem, & adimplentur, id est, perficiuntur omnia. Vltima enim rei perfectio est ex eo, quod attingit proprium finem. Deinde cum dicitur, } Et non inuenies &c. } manifestat & idem per experimentum humanae rationis. Et dicit, quod si quis diligenter consideret non poterit inuenire aliquid quod non habeat

habeat & esse, & perfectionem, & salutem, id est conseruationem per vnum secundum quod deitas trinitatis vna supersubstantialiter nominatur. Deinde cum dicitur, } Et oportet & nos &c. } ostendit differentiam vnus secundum quod deo dicitur ad omnia quibus attribuitur. Et circa hoc tria facit. Primo ponit ordinem. Secundo assignat praemissi ordinis rationem, ibi. } Quomodo existens vnum &c. } Tertio concludit differentiam, ibi. } Propter quod & vnitas laudata &c. } Dicit ergo primo, quod oportet nos laudare totam & vnam trinitatem deitatem { vniciue } id est, secundum rationem vnitas, quae conuertitur a multis creaturis quae participant vnum ad id quod vere vnum est, scilicet Deum, & haec conuersio fit in nobis virtute diuinae vnitatis. Dum enim consideramus, quod diuina vnitas est virtuosior omni vnitate, omnia relinquentes in ipsam conuertimur. Et quia dixerat, quod oportet vnam deitatem laudare vniciue, quid hoc importet exponit subdens, } scilicet omnium causam. } Est enim de ratione vnus causalitas, vt supra dictum est, similiter etiam & prioritas, vnde subdit vnum quod est ante omne vnum creaturam, & ante omnem multitudinem, & ante omnem partem & totum, de quibus supra dictum est, quod participant vnum, & iterum est ante omnem diffinitionem & infinitatem oppositam, & terminum oppositum ad interminabilitatem. Finis enim & terminus ad rationem vnus pertinere videntur. Vnum quodque enim in quantum est finitum & terminatum, secundum hoc habet vnitatem in actu. Sed vnum quod est Deus, est ante omnem finem & terminum, & opposita eorum, & est causa terminationis omnium, & non solum existentium, sed etiam ipsius esse. Nam ipsum esse creatum non est finitum si comparatur ad creaturas, quia ad omnia se extendit, si tamen comparatur ad esse increatum, inuenitur deficientes, & ex praecogitatione diuinae mentis propriae rationis determinationem habens, & ipsum vnum & diuinum est causa omnium, & non solum particularium, sed etiam omnium totorum. I. entium vnium saluum, & est simul cum omnibus & ante omnia, quia scilicet sua aeternitate continet omnium durationes, & excedit, & est super omnia sublimitate suae naturae, & singulariter sua celsitudine ab omnibus separatam existens, & cum sit vnum super substantialia, ipse est super ipsum vnum existens, id est super vnum creatum, quod in existentibus creatis inuenitur, & ipsum vnum existens terminat. id est terminationem propriae rationis vni creatum quod non est super existens, sed existens quasi inter genus existentium contentum. Deinde cum dicitur, } Quomodo existens vnum &c. } assignat rationem praemissi ordinis, quare scilicet vnum quod est Deus, est ante ipsum vnum creatum, & ante omnia alia. Et dicit, quod hoc ideo est, quia vnum existens quod est in genere creaturarum, hoc numerabile. id est, quaedam pars numeri. Omne enim quod est vnum in creaturis connumeratur alteri cum quo conuenit, aut specie, aut genere, aut in aliquo ordine, sed numerus participat existentia, cui sit quaedam species entis. Vnde per consequens vnum quod est in rebus creatis participat entia. Sed vnum supersubstantiale, quod Deus est non connumeratur alteri, nec participat entia, sed dat terminum rationem propriae rationis & vni creati. & numero antequam ipsum est principium est causa & numerus, & ordo vnus creati, & numeri, & vnium vnium existens. Dicitur autem esse principium

omnis entis, prout est ante omnia. Causa autem, sicut dicitur quod ab ipso omnia procedunt. Numerus autem, secundum quod dicitur, } Quomodo existens vnum &c. } ostendit differentiam vnus secundum quod deo dicitur ad omnia quibus attribuitur. Et circa hoc tria facit. Primo ponit ordinem. Secundo assignat praemissi ordinis rationem, ibi. } Quomodo existens vnum &c. } Tertio concludit differentiam, ibi. } Propter quod & vnitas laudata &c. } Dicit ergo primo, quod oportet nos laudare totam & vnam trinitatem deitatem { vniciue } id est, secundum rationem vnitas, quae conuertitur a multis creaturis quae participant vnum ad id quod vere vnum est, scilicet Deum, & haec conuersio fit in nobis virtute diuinae vnitatis. Dum enim consideramus, quod diuina vnitas est virtuosior omni vnitate, omnia relinquentes in ipsam conuertimur. Et quia dixerat, quod oportet vnam deitatem laudare vniciue, quid hoc importet exponit subdens, } scilicet omnium causam. } Est enim de ratione vnus causalitas, vt supra dictum est, similiter etiam & prioritas, vnde subdit vnum quod est ante omne vnum creaturam, & ante omnem multitudinem, & ante omnem partem & totum, de quibus supra dictum est, quod participant vnum, & iterum est ante omnem diffinitionem & infinitatem oppositam, & terminum oppositum ad interminabilitatem. Finis enim & terminus ad rationem vnus pertinere videntur. Vnum quodque enim in quantum est finitum & terminatum, secundum hoc habet vnitatem in actu. Sed vnum quod est Deus, est ante omnem finem & terminum, & opposita eorum, & est causa terminationis omnium, & non solum existentium, sed etiam ipsius esse. Nam ipsum esse creatum non est finitum si comparatur ad creaturas, quia ad omnia se extendit, si tamen comparatur ad esse increatum, inuenitur deficientes, & ex praecogitatione diuinae mentis propriae rationis determinationem habens, & ipsum vnum & diuinum est causa omnium, & non solum particularium, sed etiam omnium totorum. I. entium vnium saluum, & est simul cum omnibus & ante omnia, quia scilicet sua aeternitate continet omnium durationes, & excedit, & est super omnia sublimitate suae naturae, & singulariter sua celsitudine ab omnibus separatam existens, & cum sit vnum super substantialia, ipse est super ipsum vnum existens, id est super vnum creatum, quod in existentibus creatis inuenitur, & ipsum vnum existens terminat. id est terminationem propriae rationis vni creatum quod non est super existens, sed existens quasi inter genus existentium contentum. Deinde cum dicitur, } Quomodo existens vnum &c. } assignat rationem praemissi ordinis, quare scilicet vnum quod est Deus, est ante ipsum vnum creatum, & ante omnia alia. Et dicit, quod hoc ideo est, quia vnum existens quod est in genere creaturarum, hoc numerabile. id est, quaedam pars numeri. Omne enim quod est vnum in creaturis connumeratur alteri cum quo conuenit, aut specie, aut genere, aut in aliquo ordine, sed numerus participat existentia, cui sit quaedam species entis. Vnde per consequens vnum quod est in rebus creatis participat entia. Sed vnum supersubstantiale, quod Deus est non connumeratur alteri, nec participat entia, sed dat terminum rationem propriae rationis & vni creati. & numero antequam ipsum est principium est causa & numerus, & ordo vnus creati, & numeri, & vnium vnium existens. Dicitur autem esse principium

nem supernominabilem nominamus, & existentibus superessentiali. Nulla autem monas aut trinitas, neque numerus, neque vnitas, aut fecunditas, neque aliud aliquid aliter existentium cognitum educit existens super omnia & rationem, & metem occultum superdeitatis super omnia supersubstantialiter superexistens, neque nomen ipsum est, neque sermo, sed in inuis segregatum. Et neque asserimus ipsum nomen bonitatis sicut concordantes ipsi, sed desiderio intendendi aliquid & dicendi de ineffabili natura illa, nominum dignissimum sanctificamus ipsi primum. Et concordabimus quidem, & hic theologis, a rerum autem veritate deficiamus. Propter quod & ipsi per negationes ascensum praehonorauerunt, sicut exultantem animam ab his quae sunt ipsi conaturalia, & per omnes diuinos intellectus pergentem, a quibus segregatum est, quod est super omne nomen, & omnem rationem, & omnem cognitionem. In vicinis autem totorum ipsi coniungentes, in quantum nobis illi coniungi est possibile.

ipsum } id est, excellentiam vnitatis eius, quae est super omne vnum } & vere laudemus deigenum } eius, id est vt nomine trinitatis inuenitur nobis diuina processio, prout filius generatur a Patre, & Spiritus sanctus procedit a Patre & Filio. Trinitas enim personarum non distinguitur, nisi per relationes originis, quibus designatur processio vnus personae ab alia. Et quamuis intendamus in Deo laudare superum & deigenum eius, nomine vnitatis & trinitatis hoc retinendum est quod nulla monas. id est, vnitas, aut trinitas, neque vnium vnium quocumque vnitas, siue quocumque fecunditas, neque quocumque aliud sit quod a quocumque entium creatorum naturaliter cognoscatur } educit } id est, manifestat & perfecte exprimit illud occultum super excellentis deitatis, quae supersubstantialiter superexistit omnibus. Quod quidem dico occultum non propter sui defectum, sed quia existit supra omnem & rationem humanam, & mentem angelicam. Et quia voce exprimitur ea quae ratione vel mente capiuntur, ideo subdit, quod illius occultum quod est super mentem & rationem, nec potest esse nomen simplex, neque sermo compositus, exprimens ipsum vt in se est, sed in diuinis est segregatum. Et loquitur ad similitudinem sensibilibus rerum, in quibus ea sunt occulta hominibus quae sunt posita extra vias per quas homines transeunt, ita & essentia deitatis est occulta, quia est praeter omnes vias quas ratio, aut mens creata excogitare potest. Est autem considerandum, quod Platonici possederunt Deum summum esse quidem super ens, & super vitam & super intellectum. Non super ipsum bonum, quod ponebat primum principium. Sed ad hoc exclamauit Dionysius subdit, quod neque ipsum nomen bonitatis asserimus ad diuinam praedicationem, sicut concordantes ipsi, quasi hoc nomen per quod da aequiparati ei responderat. Sed quia desiderabile est nobis vt de illa ineffabili Dei natura aliquid quantificem; modicum intelligentes & dicamus, consecramus Deo primo & principia dignissimum nomen, quod est bonum, & in hoc quod concordamus cum } theologis } i. apostolis & prophetis, qui sacras scripturas ediderunt, & hoc nomen Deo attribuit, sed multum deficiunt a rerum veritate. Manifestum est, quod hoc nomen

nomē bonū cū sit a nobis impostū, nō signat nisi qd nos mēte capi...

LECTIO III.

Epilogus.

AS nos intelligibiles Dei significatiōes colligentes, sicut est possibile referamus, nō solū ab ea...

LECTIO IIII.

AS nos intelligibiles Dei significatiōes colligentes &c. Postquā Dionysius in hoc libro exposuit diuina nomina...

aut particulariter errauim⁹, tūc sic benignitatis dirigere non voluntarie ignoratē, & tradere rationes...

reputat se sufficētem virtutē habere. Quarta cōditio est qd sanitatis cura impēdēda est ei qui nolens egrotat. Qūo autē ipsūm possit dirigere...

REGISTRVM

A B C D E F Omnes sunt Quaterniones.



ROMAE

Apud haeredes Antonij Bladij, & Ioannem Osmarinum Liliotum socios.

M D L X X

Expositionis beati Thomae de Aquino super librum sancti Dionysij de diuinis nominibus Finis.

